
GULIELMI GROTII ISAGOGE AD PRAXIN FORI BATAVICI, ILLUSTRATA PARAPHRASI AC...

Abraham : de Pape, Willem : de Groot





BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 B
51

GUILIELMI GROTII

ISAGOGE
AD
PRAXIN
FORI BATAVICI,

ILLUSTRATA


PARAPHRASI AC SUPPLEMENTO,

AUCTORE

ABRAHAMO DE PAPE, J. C.

Accedit index rerum & verborum copiosissimus.









LUGDUNI BATAV.

Apud CORNELIUM BOUTESTEYN.

cIↃ IↃ C XCIV.

NOBILISSIMO, AMPLISSIMO,
A C
CLARISSIMO VIRO,

ANTONIO HEINSIO,

PRÆPOTENTIUM HOLLANDIÆ
A C
WEST-FRISIÆ ORDINUM
SYNDICO SUPREMO,
MAGNI SIGILLI CUSTODI,
FEUDORUM VICE SACRA ADMINISTRO, &c.

ABRAHAMUS DE PAPE
S. P. D.



Qui magnam in Republ. gloriam, Vir Ampliſſime, voluerunt conſequi; alii optimum exiſtimabant patriæ ingenio & conſiliis prodeſſe; quod ſemper apud viros egregios magno in honore fuit. Alii, armis & virtute patriam defendere glorioſum habebant: quorum quidem

 apud

apud bonos magna auctoritas, non tamen tanta, licet major apud populum. Utrumque, si verum fateamur, laudabile ac egregium; & boni civis munus implet, qui alterutrum præstat: licet, qui armis & virtute patriam defenderunt, plurimos, imo penè innumerabiles invenias: qui verò ingenio & prudentia patriam à periculis liberarunt; ejus gubernacula in gravi tempestate ac fluctibus tractarunt, paucissimos. Catones, L. Scævolam, M. Scaurum, M. T. Ciceronem si excipias; vix alios in historiarum monumentis reperies. Nec ratio obscura. Longè siquidem facilius est ad bellicam laudem pervenire; contra, difficilius consilio & prudentia in Repub. gloriam mereri. Majus enim & nobilioris ingenii est, de rebus maximis ac gravissimis sententias ferre; omnes ægras & laborantes Reipub. partes oculis intentis intueri; futura prævidere; habere cognitionem legum; nosse patriæ mores, consuetudines. Deinde, quia rarò inveniuntur ea prudentia instructi, & erga Rempub. ita affecti, qui tam grave & ferè impar onus

nus suis humeris imponi, patiuntur. Et, ut ingenuè dicam, qui consiliis suis & prudentia Reipub. prosunt; quiquè omnia ad solam ejus salutem referenda esse putant, odium multorum incurrunt, variisque insidiarum periculis subjacent. Adeò, ut satis mirandum sit, inveniri quemquam ea in Rempub. affectione, qui munus tanto odio, tantisquè periculis expositum, subire velit. Tanta tamen, Vir Nobilissime, penes te caritas patriæ fuit; ut, periculis omnibus postpositis, saluti patriæ prodesse volens, id gravissimum onus tuis humeris imponi passus sis; illud fortè Ciceronis effatum in animo habens: *Nihil est ex omnibus rebus humanis præclarius aut præstantius, quam de Repub. benemereri: pro qua etiam mortem oppetere, eamque privatæ utilitati anteferre, gloriosum semper fuit habitum.* Hæc caussa, ut verè dicam, sola fuit, ut hasce lucubrationes, primos adolescentiæ meæ fructus, Augusto nomini tuo inscriberem; & quæ antiqua formula votorum est, libens meritò *dicarem, sacrarem.* Sunt & aliæ tuæ virtutes & animi dotes, præclarissima ingenii tui monumenta, quæ non epistola tan-

tum, ſed ne ſatis longa quidem hiſtoria comprehendi ac concludi poſſunt. Omitto, quod ab ineunte ferè ætate ampliſſima Reipub. ſemper obiiſti munia; nec foris tantum & legationibus ad regem Galliarum; ſed & domi talem fœderato Belgio operam navaſti, ut nullus ſit, qui tuam non admiretur prudentiam, vel laudet conſtantiam. Accedit tua in cives comitas. Eos enim, qui deſideria ſua & preces apud te promunt, non ſolum patienter audis, ſed nonnunquam manu ac vultu ipſo, ſi quos fortè inſolitus ille ſplendor percuſſerat, ut auderent, invitas: & finem ſermoni ſuus cujuſquè pudor, non faſtidium tuum facit. Sperandum ergò nobis, atquè omnibus modis expetendum fuit illud tempus, quo Tu noſtram Rempub. conſulendo adjuvares; & eandem, ſi fieri poſſet, ex omnibus malis, tuis conſiliis eriperes. Huic ſanè laudi & immortali gloriæ quid poteſt comparari: cum non ſit major gloria, aut illuſtrior vitæ ſplendor aut dignitas, quam in Rempub. merita conferre: in cujus ſalutem univerſum vitæ noſtræ curriculum eſt tranſmittendum. Votum ſupereſt, Vir Ampliſſime, ut Deus pacis,

Deus

Deus justitiæ, te suo favore complectatur, foveat ac tueatur: per te aureum illud seculum inducatur: per te furores bellici componantur.

DABAM LUGDUNI BATAV.
Ipsis Idib. Octob.
A. CIↃ IↃ C XCIII.

ABRA-

ABRAHAMUS DE PAPE

LECTORI S.



Miraberis fortè, Lector optime, cur & ego circa excolendam hanc materiam, operam etiam adhibuerim, cum jam antea id egerint viri ingenio præcellentes; ut in Italia Maranta; in Gallia Imbertus; in Germania Carpzovius; in Brabantia Christinæus; in Hollandia Guil. Grotius. Spero tamen, facilem mihi fore veniam, si consilii mei rationem paucis exposuero. Videbam enim, aliorum scripta nobis nullam ferè utilitatem adferre, utpotè ad cujusquè tantum loci & provinciæ mores accommodata: & ab Doctissimo Guil. Grotio multa, imò plurima præterita; quædam levi duntaxat brachio tractata: quædam deniquè planè omissa. His ergo caussis motus, operi huic manum admovi; ut ea, quæ adhuc deesse videbantur, adderem; & quæ nondum exposita erant, ex ipsis juris civilis fontibus explicarem, aliaque, quæ & olim & hodiè sunt in usu ob oculos ponerem: ut ex hac collatione simul etiam antiquitatis memoriam Lector retineat, vel notitiam sibi comparet; altero videlic. oculo ad jus quo utimur intento; altero ad jus vetus, quod tamen non peromnia antiquatum est. Præterea, id etiam laboravi, ut omnia solidis & perspicuis rationibus, quanta potui industria, confirmarem; & illa, in quibus antea Dd. nonnulli impegerant, declinarem. Ineptè siquidem arbitratus sum, aliorum opinionibus tanquam Pythagoreæ sententiæ inhærere: cum in relligione id tantum locum habeat, αὐτὸς ἔφα: nequè ibi ullas exigimus rationes, ubi certissimum est, esse vocem Spiritus

Spiritus S. quem Christus promisit nos ducturum in omnem veritatem. Contrà enim res sese habet in artibus & scientiis: in quibus nullo modo assertiones futiles & aridas, nullaquè ratione suffultas, amplectimur. Adjeci & ea, quæ ad historiam Ro. spectarent, potissimum antiquitatis Ro. studiosis; non pragmaticis illis & forensibus rabulis, quibus humaniores litteræ res tetræ ac frivolæ videntur esse, tanquam mulierum voces Præficarum, quæ mercede conductæ, Næniis & ementitis lacrymis aliena funera decorabant. Quis enim est, qui non videat, multa imò plurima in jure civili sine historia Ro. intelligi non posse? Quis enim formam divortiorum; jura asylorum; ritum nuptiarum, aliaquè innumerabilia explicabit, nisi notitiam historiæ Ro. sibi comparaverit? Falluntur igitur illi, qui scientiam omnem in clamore & cursu verborum putant esse positam. Falluntur, qui se pulcros ac beatos prædicant, quia sciunt multarum legum non intellectarum principia uno spiritu citare; multorum interpretum nomina recensere; multos versus, multas paginas, varias conclusionum formulas numerare; & quod caput est, voce magna clamare. Isti tamen, quod summoperè dolendum est, adjuti amicorum auxilio, in forum irrepunt, ex litibus lites serunt, clientes deglubunt; indoctum judicem novis subinde cavillationibus ludificantur. Isti inquam, licet alios despiciant; novit tamen sapiens illorum injurias ferre; nec tamen supercilium submittit, aut frontem contrahit, iræ & mœroris indicia præferens, sed facie ridentis, tanquam si in theatro mimos spectaret, obire amat. Imo & improbum votum judicat, suam conditionem fore meliorem, quam illa quæ ipsi Herculi contigit. qui, si fabulis fides, Jove satus, inimicorum morsus avertere non potuit. nonnulli eum abigeum & furem esse clamitabant: nonnulli adulterum vocabant: alii latronem ac parricidam dicebant

quod

quod tamen non impedimento fuit, quominus ad immortalium ſedem eveheretur. Virtus enim per ea, quibus petitur, illuſtratur. Quibus forte vocabula Latio ignota diſplicent, aut ad ea frontem contrahunt; iis id repono: ſc. me magis ἀκρίβειαν rerum, quam verborum floſculos ſpectaſſe. Sæpè enim clarius quædam exprimi non poſſunt, niſi per flexamina & tædioſas ambages magis eadem obſcurare quam illuminare vellemus. Rectè Manilius:

Et ſi qua externa referentur nomina lingua,
Hoc operis, non vatis erit. non omnia flecti
Poſſunt, & propria melius ſub voce notantur.

Si fortaſſè quidam ſint, qui noſtrum ſcribendi genus carpunt; corrigant, mutent, emendent; non ſanè invideo aut reſiſto: imò ipſe ſuadeo & hortor: modo exulet invidia & livor; pacis enim mihi ingenium eſt. Et ſi quædam tantum pervaſi, non ſatis accuratè complanavi, gratia mihi eſto: ſi quædam minimè, venia. Mecum enim ſcis Lector benevole, inter pœnas mortalitati à Deo impoſitas, eſſe mentium caliginem & errandi neceſſitatem; ita ut Tullio nonnunquam Demoſthenes; & Horatio Homerus dormitare videatur. Imò, nonnunquam in patria mea malè habitus; nonnunquam valetudine impeditus; nonnunquam à calamitatibus, quà publicis quà privatis languens, in cogitationes ſubtiliores aſſurgere haud potui. Hæc ſunt, quæ te, Lector, optime ſcire volui. Vale, & conatibus meis fave. Dabam Lugduni ad Rhenum,

Ipſis Idib. Octob. A. CIↃ IↃ C XCIII.

Nobiliſ-

Nobilissimis, Amplissimis, Clarissimis, Consultissimisque DD.

D. PRÆSIDI

ET

CONSILIARIIS

SUPREMÆ IN BATAVIS CURIÆ,

NEC NON

D. PRÆSIDI

ET

CONSILIARIIS

SENATUS PRÆSIDIALIS,

Hollandiæ, Zelandiæ, & Westfrisiæ.



Offert se vobis NNmi. A Ami. D D. liber mole parvus, usu non aspernandus, utpote qui tractat Elementa ejus praxis quæ in vestro foro exercetur. Multæ enim sunt partes quæ ad perficiendum Jurisconsultum sunt necessariæ, quarum nulla sine maximo detrimento negligi potest. Ars nimirum oratoria, ut apte ad persuadendum possit dicere; jus civile Romanorum, ut notitiam habeat ejus juris, quod à præstantissimis viris summa arte, summa gravitate, summa elegantia, scriptis consignatum est; jus Canonicum; quod à sanctissimis partibus originem trahens, Christianam quam maxime æquitatem spirat; jus patrium, quod consuetudines ab omni antiquitate apud nos observatas, & leges à Principibus aut Ordinibus latas complectitur; & stilus denique Curiarum nostrarum, per quem omnia præcedentia suo modo & ordine

dine usibus fori applicantur: Qui igitur singulas istas partes excolere, aptissimâ pro subjecti naturâ methodo tradere, & tanquam in epitomen redigere, voluerunt, ii quàm optime de republica judiciali meruisse credendi sunt. Fecerunt id magna cum laude in præcipuis partibus viri undecunque maximi: institutiones artis oratoriæ in libris de Oratore delineavit Cicero, latius vero effiguravit Quintilianus: Institutiones Juris Civilis, opus absolutum, principali auctoritate conscribi fecit Imp. Justinianus: Institutiones Juris Canonici, mandato quidem Pontificis, privata tamen auctoritate compilavit Johannes Paulus Lancelottus, Jurisc. Perusinus: Introductionem ad Jurisprudentiam Batavicam, magnæ utilitatis librum, composuit Hugo Grotius, frater meus, cujus æterna apud omnes bonos cives erit memoria. Nihil itaque præter postremam partem, quæ proprie praxim tangit, deesse videbatur. Hanc ego, nostratibus fere neglectam, certe præteritam, vestigiis aliorum, & præcipue fratris mei insistens, excolendam mihi delegi. Et conscribendi quidem occasionem filii præbuerunt, ut ipsis foro nomen daturis (in qua jam palæstra mecum desudant) manuductorem me præstarem: evulgandi vero consilium ab amicis profectum, quorum flagitationibus duci me suaviter passus sum; in gratiam præcipue juventutis, & exterorum, ut nimirum iis quoque, quæ nos vernacule in foro nostro agitamus, notiore lingua innotescant. Nec diu huic operi quærendi fuerunt patroni: vobis enim id N N mi. A A mi. D D. omni jure debetur. Sicut enim aquæ profluentis amænitas à fonte derivatur; sicut omnia membra corporis à capite pendent, & in ejus honorem collimant: ita omnes vigiliæ, lucubrationes & labores nostri ad vos redeunt, vestroque nomini inscribi desiderant. Sunt qui non sine ratione, fori partes functionibus animæ præcipuis assimulant: memoriæ, graphæum; imaginativæ, forum judiciale; judicio, conclave judicum. Ut enim memoria omnes historias, præcepta artium, documenta magistrorum, experimenta rerum conservat, & ubi opus est suppeditare solet: ita graphæum acta litium, res judicatas, & monumenta vetustatis, causam instructuris subministrare aptum natum est. Est quemadmodum imaginativa, vetera, nova, audita, inaudita, conglomerat, eaque dividit, dispescit, iterumque jungit & componit, prout libitum fuerit; magnosque tumultus ciet, & novas quandoque species producit: ita nos causidici in foro judiciali linguam acuimus, stilum stringimus, cæsim, punctim, ferimus, rursusque vibrata ab adversariis tela umbone repellimus: hic velitamur, cominus, eminus; hic sudamus, hic languemus; hic epinicia canimus, hic profligati dolemus; denique hic cum Diogene Cynico

va-

vasculum nostrum volutamus, & tamen vix quicquam ad summam rei proficimus. Nam veluti judicium super reliquas animæ functiones excellit, & de rebus præteritis, præsentibus & futuris, decretoriam fert sententiam; Ita vos N N mi. & A A mi. D D. extra strepitum omnem positi & in conclavi sedentes, sententiâ vestrâ ambigua fata causarum dirimitis, ex incertis certa redditis, & labores nostros aut coronatis, aut damnatis. Quid mirum igitur, si hæc quoque nostra se vobis submittunt, quibus in nos summa est potestàs, & dè actionibus nostris liberum disponendi arbitrium? Præcipue cum & hic de actibus vestris sermo sit, id est, de sententiis earumque executione, quæ propriè ad vos pertinent; vestræque cum voluntatis, tum potestatis, idonea sunt documenta. Neque hac in parte Curiam unam ab altera separandam censui; quia in toto hoc opere, quæ ad utramque Curiam spectant, promiscuæ tractantur; nisi sicubi notabilis occurrit distinctio, quam indicasse sufficiet. De me nihil dicam, nisi quod ea, quæ in foro vestro his triginta sex annis didici, publico invidere nolui, contentus aliquam lucem rei satis intricatæ fœnerasse. Illud unice profiteor, me brevitati quantum fieri potuit consuluisse, & multa resecuisse quæ fusius prosequi potuissem; hanc ob causam, quod ea aliorum commentariis satis illustrata noveram, in quos digitum tantum intendere satis duxi. Vos modo N N mi. & A A mi. D D. laborem hunc nostrum in tutelam vestram recipere ne dedignemini, & licet aliæ forte causæ desint, vel soli id bonæ voluntati, qua juventutis studia pro mea tenuitate juvare conatus sum, patrocinium vestrum concedite. Deus Opt. Max. auctor & fautor justitiæ, vos præsides justitiæ, in bonum patriæ nostræ diu sospitet; intellectum vestrum illuminet, voluntatem inclinet, cogitationes dirigat, ut judicia Domini judicetis; atque ita vestrâ operâ, avita patriæ nostræ laus, qua ut vera patrona justitiæ merito celebratur, apud exteras quoque gentes, nunquam intermorituro fine, in sæculum perennet. Feriis æstivis, Anni cIↃ IↃc LIV.

N Ntum. A Anum. vestrarum

Humillimus & devotissimus cultor

GUIL. GROTIUS.

INDEX CAPITUM.

LIBRI I.


LIBRI II.

ISA-

ISAGOGE AD PRAXIN FORI BATAVICI.

Libri I. Cap. I. De foro & Judiciis.

I. *Institutum auctoris*: II. *Theoria cum Praxi conjunctio*: III. *Praxis quid?* IV. *Officium Juris consultorum*: V. *Pragmatici qui?* VI. *J. Crum. nostrorum laus*: VII. *Forum quid?* VIII. *Subsellia quid?* IX. *Prætermissa ab auctore*: X. *Stilus quid?* XI. *Judicium quid?* XII. *Instantia quid, & ejus peremtio?* XIII. *Lis, causa, controversia quid?*



Quod in omnibus artibus & scientiis evenit, ut pars aliqua Theoriæ dedicetur, pars vero altera, & quidem potior, Praxi cedat, *omnia enim aut ad cognoscendi, aut ad agendi vim referuntur* [1]; id in jure civili usu venire mirabitur nemo, qui quidem ad animum revocet non satis esse ut quis juris apprime gnarus sit, nisi & ejus coram judice ventilandi exactam habeat experientiam. Quare cum eam partem quæ ad juris cognitionem spectat varii tractaverint, imprimis vero Frater meus, cujus memoriam debita veneratione semper prosequar, Hugo Grotius, in sua ad jus Hollandicum Introductione; eam vero quæ ad juris nostri

[1] *Cic. lib. 3. de orat. 1.*

obtinendi rationem pertinet, & ille, & alii (præter Flandrum Damhouderum, & Merulam noſtratem quidem, ſed qui vernacule ſcripſit,) intactam reliquerint, operæ pretium duxi hanc ſpartam pro modulo ingenii mei exornare.

II. [a] Neque enim Praxis forenſis minorem, quam juris ipſius pura puta ſcientia gloriam meretur; [b] quippe cum hæc abſque illius exercitio ſola tantum ſpeculatione conſtet: nemo enim juris ſui compos fieri poteſt, niſi media adhibeat ad obtinendum neceſſaria: atque ita hic etiam locum habet decantata Ciceronis ſententia [1], *virtutis laus omnis in actione conſiſtit.* Cum autem, juxta eundem, *omnes artes aliter ab iis tractentur, qui eas ad uſum transferunt: aliter ab iis, qui ipſarum artium tractatu delectati, nihil in vita ſunt aliud acturi* [2], conſtitui ea quæ ad praxin fori noſtri pertinent in ordinem redigere, eaque ſcripto mandare, & quidem lingua Latina; ut quæ apud nos vernacule agitantur, etiam exteris na-

1 Cic. off. lib.

2 Cic. lib. 3, de orat.

a §. 2. *Neque enim praxis forenſis minorem, quam juris ipſius pura puta Scientia gloriam meretur*] Uſus enim omnium optimus magiſter, meliùs ac perfectiùs quid docet, quam ipſa præcepta: imò ſæpè omnium magiſtrorum præcepta ſuperat: unde rectè praxis vera legum intellectrix, & ſtudii theoretici perfectio dicitur. Caſſiodorus *lib.* 1. *Var. ep.* 40. *Everhardus in loc. legalib. loc.* 82. *num.* 17. *Diogenes Laërtius lib.* 5. *in vita Ariſtotel.*

b §. 2. *Quippe cùm hæc abſquè illius exercitio ſola tantum ſpeculatione conſtet*] Verum non videtur, juriſprudentiam ſine praxi in ſola ſpeculatione conſiſtere: quippe tota ad praxin ordinata eſt, ejuſquè finis unicus, juſtè vivere; quem non ſola ſpeculatione, ſed etiam praxi conſequimur. Quòd artes ſpeculantur, non inde ſpeculatrices rectè dicuntur ſi alium finem habeant. Rectè igitur ait *Ariſtoteles*; *Artes ſpeculari non per ſe, ſed ut opus conſequantur.* Non obſtat id quòd de aſtrologia apud *Quintilianum* extat *lib.* 2. *cap.* 19. Siquidem reſpondendum eſt; longè aliter ſeſe rem habere in aſtrologia;

tis nationibus innotescant, atque ita utraque pars Jurisprudentiæ nostræ non inutiliter conjungatur. *Ego enim*, ut cum Pinello 3 loquar, *in ea sum sententia, ut* c *Theorica sine praxi digestam solidamque juris cognitionem præstare nequeat*, d *praxisque absque Theorica maxime periculosa & manca evadat.*

3 *Pinell. in l. 2. part. 2. cap. 4. n. 2. C. de rescind. vend.*

III. In praxi igitur proprie consistit Jurisconsulti munus; nam, ut recte Cicero 4 scribit, *Jurisconsultus est qui legum & consuetudinis ejus, qua privati in civitate utuntur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cavendum peritus est.*

4 *Cic. lib. de orat. 1.*

IV. Ex quibus verbis notandum, tres præcipue officii par-

logia; quæ in sola speculatione consistit: à qua ad jurisprudentiam utpotè diversam, nihil omninò infertur. *Nicola. Everhardus in loc. legalib. loc. à separatis.*

c §. 2. *Theorica sine praxi*] Mutilus omnis labor, nisi etiam accedat usus sive exercitatio, cui animus, postquam præcepta hauserit, applicetur. *Auctor ad Herennium libro primo: Artem sine assiduitate dicendi non multum juvare: ut intelligas hanc rationem præceptionis ad exercitationem accommodari oportere.* Hinc rectè *Cicero* ait: *nec medicos, nec duces, nec imperatores, licet optimè artium præcepta hauserint, quicquam alicujus momenti sine usu ac exercitatione peracturos.* Non enim minùs exercitatio ad lites dirimendas necessaria, quam juris cognitio summa: undè non immeritò vulgò jactatur, *& hoc jure utimur.* Idem igitur de Jureconsultis dici potest, quod de architectis ajebat *Vitruvius:* * *Itaquè architecti, qui sine litteris contenderunt ut manibus essent exercitati; non potuerunt efficere, ut haberent pro laboribus auctoritatem. Qui autem rationibus & litteris solis confisi fuerunt, umbram non rem persequi videntur. At, qui utrumquè perdidicerunt, (uti omnibus armis ornati) citius cum auctoritate, quod fuit propositum, sunt assecuti.*

* *Lib. 1. cap. 1.*

d §. 2. *Praxisquè absque Theorica maximè periculosa & manca evadat*] Quæ mutuis debent stare auxiliis, cum utrumquè per se indigens. *Budæus ad tit. ff. de origine jur. Papon de arrest. lib. 6. tit. 2. arr. x.* Hippocrates vocat μέθοδον & ἄσκησιν, hoc est *viam & exercitationem. Nequè enim possumus*, inquit, *alicujus nobis artis scientiam com-*

cii partes Jurisconsulto assignari, illam vero quæ in medio ponitur, primas obtinere. a Quamvis enim responsa prudentum non parvam habeant auctoritatem, tamen apud

comparare, nisi & commentationum universam viam quandam pernoverimus, & artis meditationem per singulorum exempla exercuerimus. Plinius lib.6. ep.29. lib. 8. ep. 14. Huc referri potest & illud *Plutarchi in lib. de puerili educatione*: κατὰ τῶν τεχνῶν δὲ τῶν ἐπιστημῶν λέγειν εἰώθαμεν, ὡς εἰς τὴν παντελῆ δικαιοπραγίαν αὐτῶν, τρία συνδραμεῖν, φύσιν, καὶ λόγον καὶ ἔθος. *De artibus & scientiis dicere solemus, ad perfectionem eorum tria debere concurrere; naturam nimirum, rationem, & assuefactionem.* Subjungit deinde has rationes: ἡ μὲν γὰρ φύσις, ἄνευ μαθήσεως τυφλὸν, ἡ δὲ μάθησις δίχα φύσεως, ἐλλιπὲς, ἡ δὲ ἄσκησις χωρὶς ἀμφοῖν, ἀτελές. *Natura absque disciplina si sit, cæca est; disciplina, si natura destituatur, manca mutilaquè est: exercitatio his duobus demtis imperfecta est.* Gravissimè igitur fallunt ac falluntur, qui solam praxin absquè legum auxilio, & privato studio existimant posse subsistere: quippe plurima sunt, quæ domestica lectione, sola verò exercitatione percipi nequeunt: licet longè ineptiores sint illi, qui & theoria & praxi, & omni deniquè juris cognitione destituti, ad munus judicandi se ingerunt; de fortunis & vitis hominum judicant.

† L. 3. §. 1. ff. quod quisque jur. l. 14. ff. de transactio. l. 7. §. 6. 9. 10. 14. 16. 18. ff. pact. l. 7. ff. in jus voc.

a §. 4. *Quamvis enim responsa prudentum non parvam habeant auctoritatem*] Responsa Jureconsultorum, quæ passim in scriptis legibus occurrunt, † tantæ olim fuerunt auctoritatis, ut judici ab iis recedere non liceret. *Jac. Ravardus de auctoritate prudent. cap. 14. Zasius ad l. 2. §. Obiter num.3. ff. de orig. jur. Cujacius paratit. C. de vet. jure enuclea.* Hodie judices Advocatorum consiliis non alligantur; nec ea aliud sunt, quam testimonia, & ipsi Dd. dicuntur juris testes. *Alciatus lib. 7. Respons. consil. 22. num. 1. Budæus ad tit. ff. de justit. & ju. Mascardus de probatio. vol. 3. conclus. 1182. num. 49. Christinæus decis. vol. 2. decis. 66. tit. 17. num. 4.* Hinc tritum illud: tantum Doctoribus credendum quantum probant; non quatenus nihil aut malè probant. Et quod magis est: ne communibus quidem Doctorum opinionibus, judices stare tanquam Pythagoreæ sententiæ tenentur: imo nihil frequentius est, quam ut contra communes sententias judicetur: etiamsi id temerè faciendum non sit, si propiùs ad jus, rationem & æquum

apud præfractos animos parum habent virium: & quanquam in adhibendis ex præscripto Jurisconsultorum cautionibus non parum sit præsidii, accidit tamen sæpenumero quod Comicus notat [1],

1 Plaut. Captiv.

Qui cavet ne decipiatur, vix cavet cum etiam cavet,
Etiam cum cavisse ratus, sæpe is cautor captus est.

V. Quare maxima Jurisconsulti virtus & efficacia in agendo sita est; ut nimirum in judicio persequatur quod singulis debetur; atque hinc præcipue Jurisconsulti Pragmatici vocantur. Quæ ipsa vox etiam purissimæ Latinitatis ævo fuit usurpata, ut nos docet Cicero [2], *Apud Græcos infimi homines, mercêdula conducti, ministros se præbent in judiciis oratoribus, ii qui apud illos πραγματικοὶ vocantur.* Nec est quod quis putet tale hominum genus apud Græcos solum viguisse; quanquam enim id Ciceronis ætate minus fuerit usitatum, ut nos docet hic locus [3]: *Ministros in caussis habent Jurisperitos, qui Pragmatici vocantur, in quo nostri omnino melius*

2 Cic. d. lib. 1. de Orat.

3 Cic. d. lib. 1.

æquum accedant. *Jason ad l.* 15. §. *si fund. num.* 7. *ff. qui satisd. l.* 37. *ff. de leg. Tiraquellus de retractu municip.* §. 9. *gl.* 2. *n.* 52. *Zasius lib.* 2. *singul. respons. cap.* 1. *num. ult.* Nam & *Cicero* scribit; *eum, qui jurisperitis non putat obtemperandum, labefactare leges atque jura.* Falluntur itaque illi, qui putant communes opiniones proximè ad veterum Jureconsultorum responsa accedere: proindeque ejusdem auctoritatis esse. Enimverò, si penitius inspiciantur & considerentur; nulla convenientia, nullaquè similitudo est. Jure namquè veteri jus respondendi, cavendi, interpretandi ab ipso Imperatore peti necesse erat: id cum hoc tempore nunquam fiat; sequitur, Advocatorum consilia tantam potestatem habere non posse, utpote tanta auctoritate haud minuta. Cum ergo hæc omninò sint diversa; nihil de uno ad aliud infertur. *Nicol. Everhardus in topic. legal. loc.* 18. *à separatis. l. fin. ff. de calumniato. l.* 7. §. 1. *ff. pro emto. l.* 83. §. 5. *ff. de verbor. oblig.*

melius multo, quod clarissimorum hominum (id est ipsorum Jurisconsultorum) *auctoritate, leges & jura tecta esse voluerunt:* Tamen posteriori ævo eundem morem & Romæ invaluisse testis est Quintilianus [3], *Neque ego sum nostri moris ignarus, oblitusve eorum qui velut ad arculas sedent, & tela agentibus subministrant: neque idem Græcos quoque nescio factitasse, unde nomen his Pragmaticorum datum est.*

3 Quintil. lib. 12. cap. 3.

VI. Sed nimirum hic de solo nomine agimus; neque enim nostrum forum alios Pragmaticos novit, quam ipsos causarum Patronos & oratores, quibus nemo jure objecerit, *quod plus eloquentiæ quam scientiæ juris operam dederint* [4]; aut etiam *quod turpe sit causas oranti jus in quò versatur ignorare* [5]. Pragmatici itaque nostri nihil minus sunt, quam illi antiquitati cogniti, quanquam conveniat nomen; sed tales qui utramque partem, & dicendi, & quæ dicunt juris auctoritate confirmandi, condigne expleant.

4 L. 2. §. ab his. 40. ff. de orig. juris.
5 D. l. 2. §. servius. 43.

VII. Nunc quid forum sit videamus, cujus vocis originem non cum Isidoro [6], *à fando, aut Foroneo rege*, sed potius cum Varrone [7] *à ferendo*, quod litigatores eo controversias deferant, derivamus. Notandum autem nos hic Forum in potiori significatu sumere, non ut cum eodem Isidoro [1] *omnem exercendarum litium locum* intelligamus: sed eum in quo aut Senatus Præsidialis, aut Suprema Curia jus dicit.

6 C. forum 10. de verb. signi.
7 Lib. de ling. Lat.
1 d c. forum 10. de verb. signif.

VIII. Neque enim nobis propositum est ea persequi quæ in inferioribus subselliis Bataviæ, sed quæ in summis tribunalibus, agitantur; quæ distinctio ex sequentibus fiet clarior, [2] *Subsellia sunt triumvirorum, Quæstorum & hujusmodi minora judicia exercentium, qui non in sellis curulibus & tribunalibus, sed in subselliis considebant.*

2 Ascon. Pædian. in div. nat.

IX. Ne-

IX. Ne quis igitur exspectet ut hic à nobis tractetur modus quo judicia exercentur apud Scabinos, in singulis civitatibus aut pagis; aut apud eos qui Balivis, id est, majoribus judicibus, adsident, & ratione feudi pares Curiæ, (Leenmannen) aut ob avitam ingenuitatem, (Welgeboren mannen) aut apud alios, *viri virorum*, (*nobis* Mans-mannen) vocantur, & siqui alii auctoritate publica judicant. Neque etiam ea persequemur, quæ coram venationum Præfecto ejusque assessoribus, (*nobis* Houtvester ende Meesterknapen) agitantur: aut etiam coram deputatis Ordinum, in causis vectigalia publica (*nobis* de gemeine middelen) concernentibus; cum privata non publica jura explanare decretum sit. Tota itaque Isagoge Praxis nostræ versabitur in cognitione ejus stili, quem supremæ Curiæ observant.

X. Est enim apud Pragmaticos stilus, ut Baldus [1] describit, *consuetudo alicujus fori judicialis*, vel ut pressius loquamur, *consuetudo Curiæ in ordinatione litium longo usu observata.* a Estque hæc differentia inter stilum & consuetudinem, quod ille ordinationem judicii, hæc vero causæ decisionem respiciat, ut nos docet *Rebuffus*, in

[1] *Bald. in l. 1. C. de sacrosf. Eccles. n. 4. in prim. lect.*

a §. 10. *Estquè hac differentia inter stylum & consuetudinem*] Hoc discrimen admitti non potest: quippè ipsa objecti conditio propriè essentiam sivè consuetudinis sivè observantiæ non variat; præcipuè cum etiam actibus judicialibus consuetudo possit introduci: ut, si quid contra vel præter jus, in testium depositionibus, juramentorum delationibus, cautionum præstationibus frequenter observetur; non absurdè & eam consuetudinem appellabimus. *Auctor ad Herennium libro secundo· Consuetudine jus est id, quod sine lege aquè ac si legitimum sit, usitatum est. Cicero secundo de Inventione: Consuetudine jus est, quod aut leviter à natura tractum aluit, & majus fecit usus; aut quod in morem vetustas vulgi approbatione perduxit. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 3. cap. 6. §. 23. & lib. 2. cap. 4. §. 5. num. 1.*

Dis-

4 *ad constitutiones. reg. tom. 3. tit. 1. n. 12.* 4 in suo de consuetudine & stilo tractatu, ubi & plura huc pertinentia egregie declarat.

XI. Sed cum passim hic judicii vox appareat, ejus vim nosse operæ pretium est; nos post varias aliorum descriptiones [1] ita definimus *Judicium est actus legitimus causam coram judice disceptantium, ipsiusque judicis eam examinantis & terminantis.* Atque ita cum aliis plerisque [2] *actum legitimum* pro genere ponimus, differentiam vero in disceptatione causæ coram judice, nam ut ait Isidorus, *dum causa discutitur judicium est* [3]. Unde evidenter colligitur [a] ad constituendum judicium tres omnino personas requiri, actorem, reum & judicem: quarum personarum actus judicium absolvunt, sed ita ut conjunctim requirantur, neque enim una ex prædictis personis sine duabus aliis huic rei sufficit. Et huc quidem pertinent formalia verba Prætoris, *Do, Dico, Addico,* id est *do judicium* petentibus, *dico* sententiam re bene discussâ, *addico* rem victori, & exequor sententiam transferendo rerum dominia. Ad quæ verba allusit Poëta de diebus fastis & nefastis agens [4]:

1 *Marant. in Spec. 2. part. princ. n. 1. & seqq.*
2 *gl. in d. c. forus in verbo judicium.*
3 *in d. c. forus.*
4 *Ovid. in Fast.*

Ille

Dissentit *Merula in praxi civ. lib. 1. tit. 5. cap. 2. num. 1. 2.*

a *§. 11. Ad constituendum judicium tres omnino personas requiri, actorem, reum & judicem*] Id in judicio civili procedit omnimodò. *Quintilianus lib. 4. cap. 1. Cicero pro Roscio Comœdo: Quis erat petitor? Fannius. Quis reus? Flavius. Quis judex? Cluvius.* In criminali verò id sæpè fallit; in quo interdum neque actor neque accusator est: quod locum habet, si magistratus ex officio inquirat: etiamsi, si fictionem intueamur, fama accusatoris locum suppleat. *Petr. Bort in tract. criminal. tit. 4. num.* 40. Et licet nonnulli testes quoque inter personas principales numerent; contrarium tamen verius est: siquidem sæpissimè contingit, judicium sine testibus peragi: ut proinde rectè concludatur, testes inter personas accessorias non vero principales posse numerari.

Ille nefastus erit per quem tria verba silentur,
Fastus erit, per quem jure licebit agi.

XII. Affinis judicio vox est instantia, quæ nihil aliud est, quam *perpetua, eorum quæ ad judicium instruendum faciunt, prosecutio;* ut enim ille qui debitorem de solutione quotidie interpellat, instare dicitur, unde & ipsa interpellatio vocatur instantia; 5 ita & ille qui adversarium continua actuum judicialium exercitatione pulsat, instare ipsi dicendus est, & ea ipsa actio instantiæ venit nomine. Aliud igitur est statuere de instantia judicii, eam perimendo, vel ab ea absolvendo; aliud aliquid statuere de substantia actionis per sententiam. Priore casu non veniunt in considerationem merita causæ principalis; Posteriore maxime: Priore casu instantia reparari, aut de novo instrui potest: Posteriore non potest. 6 Sciendum autem, de jure civili triennio post litem contestatam, perimi instantiam: 7 de jure vero Canonico perpetuam esse. 8 Nos in Praxi neutrum absolute sequimur, nam lapsu unius anni, ante conclusionem in causa, interrumpitur instantia, ut absque ope restitutionis repeti nequeat; verum post conclusionem in causa nunquam intercidit, quod nos in sequentibus latius explicabimus.

XIII. Restat ut de vocibus, *litis, causæ, controversiæ,* aliquid adjiciamus: & lis quidem proprie est *jurgium de re quapiam inter aliquos apud judicem institutum,* hinc Poëta 1:

Limes agro positus, litem ut discerneret arvis.

Veteres autem rem & litem distinxerunt, *quibus res erat in controversia, ea vocabatur lis* 2. hinc in jure nostro res & lis aliquando junctæ reperiuntur 3: sed hæc duo vocabula usus postea confudit. *Causa* quoque *à lite* aliquando separatur 4, aliquando causæ nomine lis signi-

5 *L. mora 32. §. 1. l. si bene 33. ff. de usur.*
6 *L. & post 73. §. circumducto 2. ff. de judic.*
7 *L. properandum 13. C. de judic.*
8 *c. venerabilis 20. de judic.*
1 *Virg. l. Æneid.*
2 *Varro lib. 9. de Ling. Lat.*
3 *l. si defunctus 9. C. de suis & legitimis.*
4 *l. causas 16. C. de transf. l. 1. §. adhiberi ff. de testibus.*

significatur 5. Revera *causa* verbum generale est, quod comprehendit principium negotii, cum proponitur, & cum quis ut agat deliberat 6; postquam vero eam in judicium deduxit, *lis* dicitur. Controversia quibusdam est pertinacia litis: litigant homines, res in controversiam deducitur: Controversia partis est, lis summæ 7. Sed hæc omnia in Praxi confunduntur. Plura de his verbis videre qui desiderat, legat Marantam in suo speculo, exacte hac de materia differentem 8.

5 *§. si quis agens. inst. de act. l. 1. C. de reb. cred.*
6 *Alciat. lib. 2. disp. c. 4.*
7 *Corn. Front. de nom. & verb. differ.*
8 *Mar. part. 2. & parte 5. per tot.*

CAP. II.

De Personis judicium constituentibus.

I. *Quæ personæ judicium constituant, principaliter & accessorie?* II. *Actor quis?* III. *Qui agere non possunt:* IV. *De excommunicatis:* V. *De fœminis:* VI. *Venia agendi:* VII. *Reus quis?* VIII. *Qui conveniri possunt:* IX. *Judicis necessitas:* X. *Officium:* XI. *Advocatus quis?* XII. *Ejus officium,* XIII. *Et jusjurandum:* XIV. *Procuratores qui, & quot?* XV. *Eorum officium:* XVI. *Apparitores:* XVII. *Sollicitatores causarum.*

I. Quid judicium sit priore capite vidimus, nunc superest ut examinemus personas judicium constituentes, & deinde ipsum judicium. Personas quod attinet, quædam sunt principales sive simpliciter necessariæ, quædam accessoriæ sive auxiliatrices. Principales personæ sunt, ut & ante attigimus, Actor, Reus, Judex; Accessoriæ vero, Advocati, Procuratores, Apparitores, Sollicitatores, de quibus latius infra.

II. Prima itaque consideratio de Actore est, atque ita disquirendum qui de nostra Praxi agere & convenire valeant. Actor autem, sive petitor, dicitur qui prior ad judicium provocat 1, nam ut recte poëta Æschilus 2,

1 *l. in tribus 13. l. qui appellat. 29. ff. de jud. l. 2. ff. commu. divid.*
2 *Æschyl.*

Ὅ γὰρ διώκων πρῶτος ἐξ ἀρχῆς λέγων,
Γένοιτ᾽ ἂν ὀρθῶς πράγματος διδάσκαλος.

Si dicere accusator incipiat prior,
Intelligetur tota res ex ordine.

III. Agere apud nos possunt omnes qui consensus sunt capaces, atque ideo ii tantum repelluntur, qui rebus suis superesse non possunt: ut furiosi, amentes, [a] pupilli item & minores, quibus nondum maturuit judicium, & proinde per tutores aut curatores agere debent [3], ut & prodigi quibus à Magistratu vel Curia bonis interdictum est [4], (*nobis* **Stads-kinderen ofte Voogd-kinderen**) illud tamen notandum, pro majore apud nos haberi eum; qui infra vigesimum quintum annum matrimonium iniit [5]; neque enim rationi consonum videtur, [b] eum qui uxorem in tutela sua habeat, sub alterius tutela esse. Reliqui omnes, sive patres sive filiifamiliarum sint, agere non vetantur; servorum enim conditio apud nos incognita est.

3 *L. 2. C. qui legit. pers. Hugo Grot. introd. ad jur. Batav. lib. 1. c. 8.*

4 *l. 1. ff. de curat. fur.*

5 *Zypæ. notit. jur. Belg. tit. de tutor. in verbo matrimonio. Hug. Grot. d. lib. 1. c. 10.*

IV.

a §. 3. *Pupilli item & minores, quibus nondum maturuit judicium, & proinde per tutores aut curatores agere debent.*] Quid si sententia pro minoribus lata? eo casu legitimam personam standi in judicio habent, *l. 14. C. de procuratorib.* Idem servatur in caussa momentaneæ possessionis, *l. fin. C. qui legit. person. standi in judic.* Item in interdicto de libero homine exhibendo, *l. 3. §. 11. ff. de libero homin. exhib.* Et deniquè in actione populari, quoties de minorum commodo agitur, *l. 6. ff. de popularib. actionib.*

b §. 3. *Eum qui uxorem in tutela sua habeat.*] In Hollandia vicinisquè regionibus marito in uxorem imperium datum est, ut ex Belgis testatur *Groenewegen de ll. abrog. ad §. 19. J. de excusat. tutor.* Idem *ad §. ult. J. de pat. potest.* Ex Germanis *Brunnemannus cent. 2. decis. 44. num. 2.* Ex Brittannis *Argentræus ad consuetud. Brittan. tit. de minor. art. 483.* Ex Gallis *Bodinus de repub. lib. 1. cap. 3. Duarenus ad tit. ff. soluto matrimo. cap. de nuptiis.* Idem jus apud Hebræos ex lege Mosis videtur vi-

 guis-

IV. [a] Excommunicatis vero, qui & ipsi de jure Canoni-

guisse, ut videre est ex eo quod scribit eruditissimus *Hugo Grotius de jur. bell. ac pac. lib. 2. cap. 5. §. 7. 10. num. 1. Idem cap. 13. §. 20. num. 2. Puffendorff de jure nat. lib. 6. cap. 1. §. 12. 13.* Contra apud Romanos uxor non erat sub viri imperio; sed filia nupta manebat in potestate patris sui, *l. 1. §. 1. ff. de agnosc. lib. l. 2. C. qui dat. tutor. l. 14. ff. de curator. furiosi. l. 3. C. de interd. matrimo. l. 4. 17. C. excusatio. tutor. l. 2. §. 1. l. 22. §. 1. ff. soluto matrimo. l. 18. ff. de ritu nuptiar. l. 7. C. de nupt. l. 3. 24. §. 3. ff. ad l. Jul. de adult.* Licet in hoc articulo mores nostri quam maximè differant à jure civili; conveniunt tamen cum vetustissimo jure Romano; quo nupta ita erat in potestate mariti, ut proles patris, *Agellius lib. 18. cap. 6.* Latè ac doctè *Hottomannus in observ. de vet. ritu nuptia. cap. 23.* Et sanè hæc Belgii consuetudo, ut & alia pleraquè, à veteri Romanorum more videtur defluxisse, si jus nostrum cum Romano in nuptiis adhiberi solitum, conferamus. Forma, qua veteres Romani utebantur, hæc ferè erat: Interrogabat vir mulierem ita, an sibi materfamilias esse velit? Illa respondebat, velle. *Noctium Atticarum scriptor lib. 4. cap. 4.* Annulus donabatur perpetuæ castitatis & fidei futurum insigne, *Autumnus in cens. Gall. ad l. 36. ff. de donatio. inter vir. Ant. Contius disp. jur. civ. lib. 1. cap. 12.* Allusit hunc ritum *Martialis: Annulus ut sponsa spondente ab amico daretur.*

Moris erat vetus; hoc pignus amoris erat.

Hunc morem quoquè videtur respexisse *Ambrosius de passione Agnetis: Discede à me, quia jam ab alio amatore præventa sum; qui mihi satis meliora te obtulit ornamenta, & annulo fidei suæ subarrhavit me longè te nobilior & genere & dignitate, ornavit me inæstimabili dextrocherio, dextram meam & collum meum cinxit lapidibus pretiosis.* Præterea, in convivio cibi Venerem acuentes apponebantur: ducebatur Hymenæus cum choreis, *Gerard. Vossius de art. Poët. lib. 3. cap. 13. §. 5.* Nova nupta in gremio mariti jacebat: ad quod pertinet illud *Juvenalis:* —— —— *Ingens*

Cœna sedet; gremio jacuit nova nupta mariti.

Cui ceremoniæ confinis cum sit & nostra; verisimile est, hanc maritorum in uxores potestatem à jure antiquissimo Romano (pace id doctorum virorum dictum velim) originem traxisse.

a §. 4. *Excommunicatis verò, qui*

nico prohibentur, apud nos nihil obstat; est enim excommunicatio, post receptam religionem Reformatam, nihil nisi pura puta Ecclesiastica censura, quæ ad negotia civilia vires non extendit.

V. a Fœminæ quoque majorennes olim absque curatore agere, vel aliud quippiam majoris momenti gerere non permittebantur: sed is mos procedente tempore eva-

qui & ipsi de jure Canonico probibentur] *c.* 59. *x. de sentent. excommunicat. c.* 11. *causs.* 11. *q.* 3. *Gail lib.* 1. *observ.* 8. *num. fin. Zasius ad L. sæpè, num.* 72. *ff. de re judicat.* Quid si excommunicati ab alio conveniantur? eo casu nullum dubium est, quin personam standi in judicio habeant, & se defendere possint. Nam ut rectè *Colerus de processu execut.* ait; *quando ad instantiam actoris citatur reus, ejus persona habilitatur & legitimatur, quoad standum in judicio tam respectu actoris, qui ipsum citari fecit, quam judicis, qui ipsum citavit.* Ratio autem cur excommunicatus si ab alio conveniatur, in judicio personam standi habeat, hæc redditur: quia defensio etiam judicialis juris naturalis est; quæ ipsa excommunicatione, quæ juris civilis est, non perimitur: quia jura civilia non possunt tollere naturalia. *§. fin. J. de legit. agnator. tutela.*

a *§.* 5. *Fœminæ quoquè majorennes olim absque curatore agere, &c.*] Jure veteri dabatur tutor fœminis etiam puberibus ex L. Attilia: qui tum in contrahendo, tum in judicio peragendo auctoritatem interponebat. *Hottomannus lib.* 3. *observ. cap.* 16. *Pet. Faber lib.* 2. *Semest. cap.* 23. *Cujacius lib.* 7. *observ. cap.* 11. Caussa fuit infirmum consilium & forensium rerum ignorantia, *Cicero pro Murana: Mulieres omnes propter infirmitatem consilii, majores in tutorum potestate esse voluerunt.* Non obstat quod tutela etiam in fœminis finiatur pubertate, arg. *pr. J. de curator.* pr. *J. quibus modis tutela fin.* Respondeo, jure Justinianéo nullam fuisse tutelam mulierum perpetuam notam: quæ caussa est, quod nullum vestigium in legibus supersit. Immò licet tempore Justiniani muliebris tutela nota fuisset; non tamen dicta loca obstarent: nam tutela pupillaris multùm differt à muliebri. Mulierum siquidem tutores demum dabantur post pubertatem, neque negotia gerebant; sed in negotiis gerendis auctoritatem dun-

evanuit, nisi quod in Boreali Hollandia pristini moris aliqua adhuc restent vestigia [1].

VI. Sciendum & hoc, eos [a] qui parentes suos, aliosve quibus reverentiam debent [2], in jus vocare volunt, exsertis verbis veniam à Curia petere, eamque postulationem

[1] *ut patet ex variis contractibus ibi initis.*

[2] *l. 4. §. 1. & seqq. ff. de in jus voc. l. generaliter. 13. ibid.*

duntaxat interponebant; quemadmodum in principio diximus, & *Ulpianus in fragmentis suis* refert. Itaquè cum hæc maximè à se invicem differant; nihil de uno ad aliud infertur. *l. fin. ff. de calumniatorib.* Hodiè licet mulieres non sint in tutela perpetua; ejus tamen vestigium extat cum in virorum manum convenerint, *Hugo Grotius introductio. lib. 1. part. 4. num. 4. Gellius lib. 18. cap. 6.* Nam & moribus nostris si uxores velint contrahere; maritorum ad id auctoritas necessaria est; adeò, ut si ea non intervenerit, contractus vires non habebit. *Rodenburg de jure conjug. tit. 2. cap. 2.* Et ut rectè uxoribus contrahere non est permissum; ita etiam nec rectè vel pro se vel pro aliis in judicio experiri possunt, *Bodinus de repub. lib. 1. cap. 3. Consilia Batav. vol. 5. consil. 132. Duarenus ad tit. ff. de procuratorib. Wassenaer prax. civil. cap. 1. art. 1. num. 24. 26. Groenewegen de ll. abrog.* ad pr. *tit. C. qui perso. standi in judic. num. 3. Argentraeus ad consuetud. Brittann. tit. de minorib. art. 483. gl. 1. num. 1. Corasius lib. 3. miscell. jur. cap. 5. num. 1. 2.* Non obstat argumentum quod nonnulli objiciunt: Mulier potest pro aliis contrahere extra judicium: ergo pro aliis in judicio legitimam personam standi habet. Resp. maximè hæc esse dissimilia & diversa; à quibus nihil inferri potest, *Nicola. Everhardus in topic. legal. loc. 18. à separatis.* Adde, quod in nuptis non tantum commodum, sed etiam honorem inspiciamus; cujus caussa uxoribus fori usus interdictus est. *Valerius Maximus lib. 8. cap. 3.* Non in contrarium movet *L. 41. ff. de procurator. l. 3. §. 2. ff. de liberali caussa.* Quandoquidem dicendum; eos esse casus singulares; à quibus ad alia nulla fit illatio. Quid si mulier criminaliter conveniatur? eo casu legitimam personam standi in judicio habebit, *tot. tit. C. ne uxor pro marito.*

a §. 6. *Qui parentes suos, aliosve quibus reverentiam debent, in jus vocare volunt, exsertis verbis veniam à Curia petere*] Jure civili edictoque prætoris constitutum fuit: PARENTEM, PATRONUM,

NUM, PATRONAM, LIBEROS: PARENTES PATRONI, PATRONÆ, IN JUS SINE PERMISSU MEO NE QUIS VOCET. §. 12. *J. de actionib. Boërius decis.* 271. *num.* 2. *Gudelinus de regul. jur. cap.* 25. *num.* 4. Parentum appellatio hoc in casu ad omnes majores in infinitum extenditur. *Zasius ad l.* 11. *num.* 8. *§. ait prætor. ff. de in jus voc. Costalius ad l.* 6. *ff. eod. Plinius lib.* 7. *cap.* 13. Quinimò socer etiam parentis loco habetur. *l.* 16. *ff. soluto matrimon.* Quid si affinitas sit dissoluta? eo casu poterit nurus socerum sine venia in jus vocare. Non enim affinitates intelliguntur quæ olim fuerunt, sed præsentes. *l.* 3. *§.* 1. *ff. de postuland.* Quæritur, an vitricus & noverca sine venia judicis in jus vocari possint? Id quod affirmandum est. Ratio est; quia edicto non comprehenduntur: unde sequitur, nihil obesse, quominus sine venia contra eos agi possit. *Papegay vol.* 1. *pag.* 23. 24. Dissentit eruditissimus *Harprechtus part.* 2. *disputat.* 26. §. 7. *Jason ad l.* 13. *num. fin. ff. de in jus voc. Fachinæus lib.* 10. *Controvers. jur. cap.* 89. Idque sine ulla distinctione inter affinitatem durantem & dissolutam procedere arbitramur; licet dissentiat doctissimus *Bacchovius in Treutler. vol.* 1. *disputat.* 4. *th.* 6. *in fi. sub litt.* C. Huic edicto an caussam dederit sola manus injectio à veteribus in injus vocando usurpata; difficilis est quæstio, & variè à claris hujus seculi ingeniis tractata. *Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 5. Verior videtur sententia existimantium, violentum raptum caussam hujus edicti non fuisse: nam non omnes obtorto collo in jus rapiebantur; sed eo demum casu si vadimonio non paruissent: quod apertè docet *Terentius in Eunucho act,* 4, *sc.* 6.

——— ——— *Th. cape*
Si vim faciet, in jus ducito hominem.

Latè ac doctè *Jacob. Ravardus ad l.* XII. *tab. cap.* 5. *Just. Lipsius lib.* 2. *antiq. lectio. cap.* 5. *Hottomannus in epit. ff. ad tit. ff. de in jus voc. num.* 2. 3. *Cicero pro Quinctio: Vadari vis: promittit. In jus vocas: sequitur.* Comprobatur id etiam ex eo: quia si sola manus injectio caussam huic edicto dedisset; sequeretur, illa hodiè cessante, veniam agendi contra parentes non esse necessariam. Sed illum nodum dissolvit consuetudo in inferioribus tribunalibus contraria: in quibus licet regulariter nullus jussus judicis in jus vocationem præcedat; tamen cum parentes in jus vocari debent; ante citationem venia agendi omninò peti debet. *Zypæus notit. jur. Belgic. lib.* 1. *tit. de in jus voc.*

Pa-

nem libello supplici inserere debere: quod ipsum & ad b Dominum feudi aliqui extendunt 3, c sed alii melius negant 4.

4 *Everard. Praes. in locis legal. à liberto ad vasal. n.15. Grot. Intr. ad jurispr. lib. 2. cap. 41. in fine.*

Papegay vol.1. pag. 23. Atque hinc liquet, ob solam reverentiam atquè observationem, quam liberi parentibus debent; non verò ob manus injectionem, veniam agendi contra parentes, fuisse introductam. *l. 2. 9. ff. de obseq. parentib. & patron. l. 4. 5. C. de pat. potestate.* Ab hac sententia recedit *Cujacius lib. x. observ. cap.* 10. *Faber Cod. lib. 2. tit. 2. defi. 13. Bacchovius in Treutl. vol. 1. disputat. 4. th. 6. litt. C. Fachinaus lib. x. controvers. jur. cap.* 88. De eo quoque controvertitur; utrum discipulus præceptorem sine venia in jus vocare possit. Quod negandum est sine ulla distinctione; licet contrarium teneat eruditissimus *Bacchovius in Treutl. vol. 1. disput. 4. th. 6. litt.* C. Fatendum quidem est; discipulos præceptoribus maximè esse obstrictos: tamen cum nullæ leges extent quæ disertim illud præcipiunt sequitur veniam contra præceptores agendi non esse necessariam. Alia enim ratio est præceptoris; alia parentis. Præceptor namquè discipulos non iobligat arte, quam vendit; juxta illud *Seneca*: *Quod emi, non debeo*, *lib. 6. de benefic. cap.* 14. Contra parentibus, quibus libertatem, vitam, aliaque liberi debent, arctiùs obligati sunt: quare etiam eorum persona longè sanctior ac honestior esse debet. Rectè *Aristoteles lib. 7. Ethic. cap.* 14. *Nemo*, inquit, *dignam potest referre gratiam diis ac parentibus: sed qui pro viribus eos colit, probi viri officio defunctus putatur; non quod fecerit, quantum debuerit, sed quantum potuerit. Reddere enim oportet, qui debet. At quicquid fecerit filius, nihil dignum collatis beneficiis fecit. Quare semper debet.* Imò maxima principum beneficia à paternis superantur; eo quod pater causa sit ξ εἶναι, καὶ τροφῆς καὶ παιδείας, ut idem loquitur *Aristoteles. Matth. in Evang. cap. 6. vers. 22.*

b §. 6. *Ad dominum feudi aliqui extendunt*] Hos inter *Merula prax. civ. lib. 4. tit. 24. cap. 12. n. 3. Zasius lib. 1. Respons. cap. 3. num. 93. Gail. de Pignor. cap. 15. num. 4. Papegay vol. 1. pag. 23. Wesembecius ad. tit. ff. de in jus voc. num. 6.*

c §. 6. *Sed alii melius negant*] Quos inter *Mysingerus lib. 4. obs. 92. nu. 1. Broncborst miscella. jur. cent. 2. assert. 90. Brunemannus ad l.*

VII. Reus est is qui lite pulsatur & ad judicium vocatur, dicitur autem à re, id est à lite; hinc Cicero: *Reos enim appello, non eos modo qui arguuntur, sed omnes quorum de re disceptatur*[5]. *Et reus dicitur qui causam dicit, & qui quid promisit ac debet*[6]. Veteres autem reum,

5 Cic. de orat. 2.
6 Festus.

ad lib. 13. num. 2. ff. de in jus voc. Cujus rei hæc redditur ratio: quia non perpetua liberti cum vasallo comparatio. Vasalli enim propriè servi non sunt, licet nostri in libris feudorum sæpe dicantur. *Cujacius ad lib. 1. feudor.* Nec dubium est, vasallos perpetuò liberos & ingenuos esse: & licet quandoquè ad libertorum jura accedant; obligatio tamen vasalli longè alia ratione mergit, quam liberti ad patronum. Libertus ob datam libertatem patronum alere, obsequia præstare tenetur. *tot. tit. ff. de lib. agnoscend. l. 1. ff. de bonis libertor. l. 2. ff. de obseq. parent. & patro. tot. tit. ff. de jure patron. tot. tit. ff. de oper. libertor. l. 4. §. 16. ff. de doli exceptio.* Vasallus non nisi propter feudum quod à domino accepit, ei eatenus tenetur, quatenus jus feudi exigit. Non obstat quod vasallus domino reverentiam debeat præstare. Ad quod dicendum; nihil inde concludi: quia & ea senibus debetur; qui etiam sine venia in jus vocari possunt. Libertus si sit ingratus in servitutem revocatur. *Suetonius in Claudio cap. 25. l. 5. ff. de jure patro. Valerius Maximus lib. 2. cap. 6. Age quid illud institutam Athenarum, quam memorabile? Quod convictus à patrono libertus ingratus jure libertatis exuitur. Supersedeo te, inquit, habere civem tanti muneris impium æstimatorem. Dissentit Cujacius lib. 21. observ. cap. 6. Connanus comment. jur. civil. l. 2. cap. 7. num. 4.* Vasallus ingratus non nisi feudum amittit. *Cujacius de feud. l. 1. tit. 20. 23. ff. Hottomannus lib. 2. feud. tit. 23.* Liberti in sepulcra familiaria patronorum inferebantur, ut patet ex inscriptione veteri:

SIBI. ET CONJUGI.
ET LIBERIS.
ET LIBERTIS.
LIBERTABUSQUE.
POSTERISQUE
EORUM. FECIT.

Quis sanus hoc jus vasallis concesserit? Non contrariatur *l. 6. ff. de religios.* Respondendum est; illam legem loqui de sepulcris hereditariis non familiaribus.

reum, *unde petitur, vocabant* 7. Poteſt etiam vocari defenſor, quia ſe ipſum ab impetitione adverſarii vindicat, & defendit: & defenſio ipſius vocatur Reſponſio, ut ex ſequenti loco patet, *Recte dictum eſt reſpondet: nam apud veteres, & judices, & rei, & accuſatores, & defenſores citabantur à præcone Prætoris*8.

7 *Cic. de orat. 1. & lib. 7. epiſt. ad Treb.*

8 *Aſc. Pæd. in 3. verr.*

VIII. Poſſunt autem omnes in jus vocari, qui poſſunt agere, ſed non ex quavis cauſa, cum a Actor ordinarie forum Rei ſequi, atque ita coram inferiore judice litigare cogatur 9. Solæ itaque cauſæ privilegiatæ, quales

9 *l. actor. 3. C. ubi in rem actio.*

a §. 8. *Actor ordinarie forum rei ſequi*] Quiſquis coram ſuo judice, cujus juriſdictioni ſubeſt, conveniri debet: nam juris ordo invertitur ſi reus forum actoris ſequatur. *Cujacius lib. 12. obſerv. cap. 1. l. 2. C. de juriſdictio. Plutarchus: Si Galli accuſent Carthaginienſem: Carthaginienſis judex eſto. Cicero ſecundo in Verrem: Quod civis Ro. à Siculo petit: Siculus judex datur. quod Siculus à cive Ro. civis Ro. datur.* Ratio eſt; quia in pari cauſſa reus favorabilior quam actor habetur; *l. 108. 125. ff. de regul. jur.* Hæc regula tam in cauſſis criminalibus quam civilibus locum habet. *l. 5. C. de juriſdictio.* In criminalibus tamen non ſolum forum ſortitur ubi domicilium habet; ſed etiam ubi ipſum delictum perpetratum, & ubicumquè reperitur, qui reus criminis eſſe perhibetur: nec diſtinguitur unde ſit. *Bort in tract. cri. tit. 1. nu. 36. l. 3. ff. de offic. præſid. l. fin. ff. de accuſatio. c. 8. x. de for. compet. H. Grotius de ju. belli ac pac. lib. 2. cap. 20. §. 2. nu. 3.* In hac materia, criminis verbo continetur delictum; idquè tam publicum quam privatum; tam ordinarium quam extraordinarium: licet ab hac ſententia diſcedat *Sichardus ad l. 1. 2. nu. 3. C. ubi de crimi.* Quid ſi de delicto criminaliter agi non poſſit? eo caſu cum de eo civilis duntaxat actio inſtituatur, crimen contractus nomen induit; unde etiam forum cum contractu commune habebit. Si verò criminaliter agatur, in loco delicti reum poſſe conveniri, nullum dubium eſt. Imo, ne viri quidem clariſſimi, & publicorum negotiorum executores in delictis exceptionem declinatoriam proponere, aut revocare

care domum possunt, *l.* 1. *C. ubi senator. vel clariss.* Quid si legatus tempore legationis quid atrocius & ad publicum malum spectans admiserit? Respondet eruditissimus * *H. Grotius*: hoc casu in loco delicti eum conveniri non posse; sed potius ad eum mittendum esse qui eum misit, cum postulato ut pro modo admissi puniatur. Quid si legatus vim armatam intentet? eo casu per modum defensionis, non pœnæ justè occidi potest. *Idem dicto loco nu.* 7. Non minùs vexata quæstio est; an studiosi in caussis criminalibus fori privilegio gaudeant. Et probabilior videtur eorum opinio; qui id in civilibus tantum caussis, non verò criminalibus locum habere autumant, *Auth. Habita C. ne fil. pro pat.* Ejusquè sententiæ hæc ratio reddi poterit: quia Imperator dicit eum rem suam amittere, qui studiosum ad incompetentem judicem traxerit: quod de actione, non accusatione debere intelligi, plusquam manifestum est. Huc etiam facit, quod verisimile non sit, plus studiosis quam viris clarissimis esse concessum: quorum delicta à judice ordinario puniri, jam ante diximus. Prædictis non adversatur, quod vulgò dici solet: *Beneficia principum latissimè esse interpretanda.* Huic objectioni sic commodè occurri poterit: si dicamus illud axioma procedere, si beneficiorum concessio sit dubia ac obscura. Nam si non sint dubia concessionis vel rescripti verba: ab iis facilè recedi non debet, *l.* 69. *ff. de legat.* 3. Et certi juris est; ea quæ jure singulari sunt constituta; ad consequentias omninò non esse trahenda, *l.* 16. *ff. de legib.* Imò ne quidem in caussis civilibus studiosi, eo fori privilegio gaudent; si litteræ plus in patinis quam paginis sapiunt: ad quod nonnulli etiam requirunt, ut privatis collegiis & lectionibus publicis quotidiè intersint. Sed quid de nobilibus & advocatis statuendum? iine etiam in criminalibus fori privilegium habebunt? Et licet nonnulli juris interpretes in favorem litterarum & nobilitatis affirmativè concludant; ejus tamen contrarium firmiori ratione nititur. Reatus enim, ut dicitur, omnem dignitatem excludit: & majori pœna digni sunt illi, qui in loco eminentiori constituti, aliis exemplo esse debent: juxta illud Juvenalis:

Omne animi vitium tanto conspectiùs in se
Crimen habet, quanto major qui peccat habetur.

De militibus quoquè dubitatur; an in delictis fori gaudeant privilegio. Illud inter omnes constat: si crimen sit militare; ut

* *De jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 18. §. 4. *nu.* 7.

ſertio, armorum amiſſio; eo caſu ad magiſtrum militum cognitionem ſpectare. *Zypaus notit. jur. Belg. lib. 12. tit. de re militar. l. 1. C. de exhibend. reis. l. 5. §. 1. C. de juriſdictio. Omphalius de civil. polit. lib. 2. cap. 15. nu. 1. Seneca lib. 1. de Clement. cap. 16. Juvenalis:*

———— Juſtiſſima centurionum
Cognitio eſt de milite, nec mihi deerit
Ultio, ſi juſtæ defertur cauſſa querelæ.

Si verò commune & vulgare delictum ſit; ut furtum, adulterium, homicidium: eo caſu nonnulli volunt, etiam ducem de iis delictis poſſe cognoſcere. Horum argumentum ita ſeſe habet: *leges generaliter loquuntur; ergò etiam generaliter ſunt intelligenda.* Ad quod argumentum ita reſpondemus: id ſc. toties procedere, quoties id quod uno in loco generaliter dicitur, alibi nullam diſtinctionem recipit. Lex enim cum lege conferenda, & una ex alia explicanda, *l. 28. ff. de legib.* Itaquè, quod prædictis legibus deeſt, id ex aliis legibus petendum eſt: propter regulam generalem: *legem generaliter loquentem, ex alia quæ clariùs rem exponit, exaudiendam eſſe; adeoque unam per aliam, ac poſteriorem per priorem, & contra explicandam eſſe, l. 26. ff. eod.* Atquè ita ſeſe rem in noſtro caſu habere, ſatis abundeque patet *ex l. alterius ff. de accuſationibus:* in qua expreſſè dicitur, milites in ea provincia puniendos eſſe, in qua crimen admiſerunt. Huic concluſioni non adverſatur *Polybius libro Hiſtoriarum ſexto:* Συλλογισθείη δὲ καὶ ὁ κλέψας τι τῶν ἐκ τοῦ στρατοπέδου· καὶ μὴν ὁ μαρτυρήσας ψευδῆ, παραπλησίως· καὶ ἐάν τις τῶν ἐν ἀκμῇ παρακεχρημένος εὑρεθῇ τῷ σώματι· πρὸς δὲ τούτοις ὁ τρὶς περὶ τῆς αὐτῆς αἰτίας ζημιωθείς. Ταῦτα μὲν οὖν ὡς ἀδικήματα κολάζουσιν εἰς δὲ ἀνανδρίαν τιθέασι καὶ στρατιωτικὴν αἰσχύνην τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκλημάτων, ἐάν τινες ψευδῆ περὶ αὐτῶν ἀνδραγαθίαν ἐπαγγείλωσι τοῖς χιλιάρχοις, ἕνεκεν τοῦ τιμὰς λαβεῖν· ὁμοίως ἄν τινες ἐφεδρείαν ταχθέντες φόβου χάριν λίπωσι τὸν δοθέντα τόπον, παραπλησίως ἐάν τις ἀποῤῥίψῃ τι τῶν ὅπλων κατ' αὐτὸν κίνδυνον διὰ φόβον. *Qui quicquam ex caſtris furatus fuerit; pariter qui falſum teſtimonium tulerit: denique & qui in acie conſtitutus abuſus corpore comperitur, fuſte cæditur. Adhæc, qui ter eandem ob cauſſam fuerit mulctatus. Caſtigantur hæc ut delicta. Imponitur verò ignaviæ ignominia militaris, ſicut & cæteris criminibus: qualia ſunt, ſi quis fortitudinem apud Tribunum falſo jactaverit, honoris conſequendi gratia: ſi in*

præſi-

les sunt viduarum, pupillorum & miserabilium personarum, itemque eæ causæ quæ per mandata arresti aut pœnalia instituuntur, eâ gaudent prærogativâ, ut rei apud Senatum Præsidialem conveniri possint, quod in sequentibus latius explicabimus.

IX. Judicis persona omnino est necessaria, cum enim extra statum pure naturalem a nemo sibi jus dicere possit, sequitur aut adeundum eum, qui auctoritate publica jurisdictioni præest, id est judicem; aut eligendos com-

præsidio collocatus, stationem suam præ timore deserit: pariter quoque, si in ipso periculo præ timore armorum aliquid abjicit. Siquidem respondendum; furtum, falsum testimonium etiam militaria delicta rectè dici, quoties ea in castris admissa: quo casu mirum non est, cognitionem ad ipsum ducem spectare. Si verò extra castra dicta crimina committantur; judex ordinarius in ea inquirere, eaquè punire poterit: quod etiam in praxi observari videmus. *Papegay vol.* 1. *pag.* 348. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 40. *cap.* 3. *nu.* 5. *Suetonius in Tiberio cap.* 30.

a *§.* 9. *Nemo sibi jus dicere possit*] Jure civili constitutum est; ut is, qui proprio motu jus sibi dicere præsumserit, vel vi rem licet suam rapuerit, jus suum amittat, *§.* 1. *J. de vi bonor. raptor.* Ejusque rei ratio est: quia non est singulis concedendum, quod à magistratu publicè fieri debet: ne sc. occasio detur majoris tumultus faciendi, *l.* 9. *ff. de adquir. poss. c.* 2. *x. de pignor. l.* 7. *ff. ad l. Jul. de vi priv. Deut. cap.* 24. *v.* 10, 11. *l.* 3. *§.* 8. *ff. de incend. ruina nauf. H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 7. *§.* 2. *nu.* 2. *& cap.* 20. *§.* 8. *nu.* 3, 4, 5, 6. *Idem lib.* 3. *cap.* 20. *§.* 32. *nu.* 1. *l.* 176. *ff. de reg. jur. l.* 13. *ff. quod met. l.* 9. *C. de obligationibus & actionibus. Nihil enim, ut ait Cicero, exitiosius civitatibus est; nihil tam contrarium juri & legibus, nihil minus civile & humanum quam quid agi per vim.* Hinc judiciorum, hinc juris publici tutela in medio posita est, ne quis sibi jus dicat, & se sine judice vindicet. *l.* 18. *ff. de vi & vi armata. tot. tit. C. ne quis in sua caussa judic.* Et quod magis est: ne creditori quidem concessum est propria auctoritate pignoris dominium sibi vindicare; etiamsi tale



tale pactum invenerit. *l.* 3. *C. de pignor. & hypoth. tot. tit. C. de jure dominii impet.* Fallunt ac falluntur etiam illi; qui inter simplicem detentionem & ipsam possessionem distinguunt: ut sc. jus quidem detinendi; non verò possidendi habeant. Quandoquidem in dicta lege cum simpliciter agatur de possessione: sequitur de nuda & simplici detentione non posse intelligi: quia lege non distinguente, nec nostrum est id facere. Ante dictis non obstat *l.* 4. *ff. ad L. Aquil.* Dicendum est, illam legem debere intelligi de eo casu, ubi præsidis deest copia: quo casu ob periculum in mora manus injectio concessa est. *l.* 14. *C. de Juda. l.* 54. *C. de decurio. H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 3. *cap.* 3. *§.* 6. *num.* 1. *& lib.* 2. *cap.* 1. *§.* 2. *num.* 1. *& §.* 5. *num.* 1. *tot. tit. C. quando lic. se sine jud. vindica.* Amplius non contrariatur *§.* 2. *J. de L. Aquil.* Huic objectioni sic commodè occurri potest; si dicatur, id specialiter constitutum fuisse in populatore nocturno agros ingrediente: quem impunè occidere leges XII. tabularum concedunt: quia sc. terrorem augent, incerto ac dubio constituto patrefamilias, an ad furandum, an verò ad occidendum fur veniat. *H. Grotius de jure belli ac pac. l.* 1. *c.* 2. *§.* 2. *nu.* 2. *cap.* 34. §. 1. *nu.* 1. *Idem lib.* 2. *cap.* 1. *§.* 11. 12. *nu.* 1, 2, 3, 4. *Macrobius lib.* 1. *Satur. cap.* 6. *Cicero pro Milone; Quod si duodecim tabulæ nocturnum furem, quoquomodo: quis est, qui, quoquomodo quis interfectus sit, puniendum putet, cum videat aliquando gladium nobis ad occidendum hominem ab ipsis porrigi legibus?* Ulterius non adversatur *l.* 54. *§.* 1. *ff. Locati.* Siquidem illic verbum expellendi ad juris ordinem referri debet: ut sc. sit sensus: locatori conductorem, ob non solutum pretium licere quidem expellere; ita tamen, ut id fiat per judicem. Insuper non obstat, quod legatarius possit propria auctoritate legatum occupare. Ad id respondemus; id jure veteri fuisse permissum in legato vindicationis: quo casu legatarius ipse vindicabat legatum: quod posterioribus legibus correctum, *§.* 2. *j. de legat.* Et si quis id ausus fuerit, datur interdictum heredi, QUOD LEGATORUM, *l.* 1. §. 2. *ff. eod.* Denique non contrariatur *l.* 29. *§.* 1. *ff. ad L. Aquil.* Respondeo, quod ibi dicitur, domino licere, jure suo, quod in suo ædificatum est, intercidere: id intelligendum est de eo qui jam possidet; ei verò qui non possidet, non idem juris concessum est. Ex quibus omnibus mero meridie clarius patet:

quod nemo sibi jus dicere, nec possessionem ab alio detentam occupare possit: & qui legum præcepta transgressus fuerit, possessione ac jure suo cadat, *l. 7. C. unde vi.* Dantur tamen casus, in quibus sibi jus quis dicere potest: quod locum habet si maritus adulterum in ipsa turpitudine deprehensum, impetu doloris tractus occiderit. *Gellius lib. 10. cap. 23. l. 24. ff. adl. Jul. de adulter. Pufsendorff de jure natur. lib. 2. cap. 5. §. 15.* Nec immeritò. Præ amore enim pudicitiæ ferrum maritis porrigere, non est leges calcare, sed condere. *Duarenus ad tit. ff. ad l. Jul. de adulter. cap. 4. Valerius Maximus lib. 6. cap. 1.* Receptum quoque fuit, ut expediendæ salutis nostræ sine judice liceat se vindicare, & vim vi repellere, *l. 3. ff. de justit. & jure. Puffendorff de jure natur. lib. 2. cap. 5. §. 1. 3. 6. 11. Cicero pro Milone: Atqui si tempus est ullum jure hominis necandi, quæ multa sunt, certè illud est non modo justum, verum etiam necessarium, cum vis vi illata defenditur. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 25. §. 7. nu. 1. & cap. 20. §. 10. nu. 2,3,4, 5,6,7. Idem lib. 1. cap. 2. §. 8. nu. 3,4. Rursum lib. 2. cap. 1. §. 8. 13. nu. 1.* Vis enim si fiat, legum auxilium expectare non possumus: ne si expectare velimus occumbendum ante sit, quam prætor tria verba fari possit. Nec obstat factum Ambrosii; qui cum injuriam & sibi & suis illatam satis validè posset repellere; id tamen noluit. *Coactus*, inquit, *pugnare non novi: dolere potero, potero flere, potero gemere: adversus arma, milites, lacrymæ meæ arma sunt. Aliter nec debeo nec possum resistere.* Non item illud *Lactantii*: * *Defendenda enim religio est, non occidendo, sed moriendo; non sævitia sed patientia; non scelere sed fide.* Insuper non illud D. *Hieronymi: Non est nostrum mortem arripere, sed illatam ab aliis libenter excipere. Unde & in persecutionibus non licet propria perire manu, sed percutienti colla submittere.* Respondemus id quidem factum videri omni pietate plenum: si tamen legem divinam respiciamus; longe aliter res sese habet: imo opposita sententia verior est, ut talis patientia non sit in obligatione. Dicitur quidem in sacro codice, ut proximum ut nos ipsos diligamus; non tamen præ nobis: imo ubi par malum impendet, non prohibemur, nobis ipsis potius quam proximis consulere. Hinc non immeritò *Cicero* scribit, *eum qui se non defendit nec obsistit injuriæ cum potest, tam esse in vitio quam si parentes,* aut

* *Lib. 5. cap. 19.*

1 Eurip. Alcesti. communi consensu arbitros, de quibus sæpe non perinde potest conveniri. Recte Euripides 1,

Σοφὸν τι χρῆμα τοῦ διδάξαντος βροτοὺς
Λόγους ἀκούειν τῶν ἐναντίων πάρα.

Sapuit profecto, quisquis humanum genus
Audire docuit verba disceptantium.

X. a Est igitur judicis, causam utrimque cognoscere, hinc Philosophus & Poëta Latinus 2:

2 Sen. Troad.

Qui statuit aliquid parte inaudita altera,
Æquum licet statuerit, haud æquus fuit.

Et ut generaliter dicit I. C. Ulpianus 3. *boni & innocentis viri officio eum fungi oportet*, præcipue vero ei incumbit; *ut delegata sibi negotia lata sententia terminet* 4. Sed antequam id cum plenaria causæ cognitione faciat, requiritur, *ut rei qualitatem plena inquisitione discutiat, & tunc utramque partem sæpius interroget, numquid novi addere velit* 5. Denique hoc judici imprimis cogitandum est, *quod Deo inspectore adhibito causas profert trutinandas* 6. Sed nos hic judicibus

3 l. cæteras 4. §. 1. ff. famil. ercisc.
4 l. placet 3. C. de Ped. jud.
5 l. judices 9. C. de judic.
6 l. rem non novam 14. C. d. tit.

aut amicos, aut patriam deserat. Instet fortè aliquis, & dicat à Christo nunquam vim aut injuriam repulsam; & qui cum posset id tamen voluit. Dicendum, omnia Christi facta esse virtutis plena; non tamen omnia esse talia, ut vel legem inducant, aut ex lege veniant. Quid si leve damnum, aut mortis periculum non immineat? eo casu sapientis & prudentis Christiani est, injuriam nec facere, nec cum posset, referre: sed placidè eam perferre; & Jesu Christi exemplo incommoda sustinere. *Puffendorff de jure nat. lib. 2. cap. 5. §. 3. Matthæus in Evangel. cap. 5. v. 44.*

a §. 10. *Est igitur judicis, caussam utrimque cognoscere*] Vide *Maximum Valerium lib. 7. cap. 2. Idem lib. 6. cap. 5.* Eodem pertinet & illud *Euripidis* :

Quis litem rectè judicarit, aut caussam bene cognoverit,
Priusquam ex utroque litigatore sermonem audiverit perspicuum?

a §. 11.

dicibus leges non scribimus; præsertim cum de Senatu Præsidiali Hollandiæ, & Curia Suprema agamus, quibus hæc aliaque præcepta longe notissima sunt.

XI. Succedunt post personas per se & proprie necessarias primo loco a Advocati; qui ut antea monuimus, & causas dicunt, & jus suggerunt, atque ita revera & oratoris & J. C. munia implent, quod nos

a §. 11. *Advocati, qui ut antea monuimus, & causas dicunt, & jus suggerunt, atque ita revera & oratoris & J. C. munia implent*] *Artic.* 55. *Instruct. Curia Supr.* Officium Advocatorum est, consilio & prudentia clientes adjuvare, ipsorum caussas defendere: affine admodum muneri, quod antiquitus fuit oratorum. *l.* 2. §. 43. *ff. de orig. jur. Lactantius de falsa sapient. lib.* 3. *cap.* 1. Advocati namque olim munus erat jurisprudentia, oratoris sua eloquentia actorem adjuvare: licet oratores quandoque tantum orationes scriberent: quas ipse reus ediscebat, ac habebat: ut auctor est *Quintilianus lib.* 2. *cap.* 16. *Valerius Maximus lib.* 6. *cap.* 4. Unde est, quod Lysias etiam pro Socrate orationem composuit: sed hic uti ea noluit, quia sibi parum convenire dicebat: quemadmodum legere est apud *Ciceronem de claris Oratoribus.* Idem *primo de oratore: Imitatus est homo Romanus, & consularis veterem illum Socratem, qui, quum omnium sapientissimus esset, sanctissimeque vixisset, ita in judicio capitis pro se ipse dixit, ut non supplex, aut reus, sed magister aut dominus esse videretur.* Quamquam igitur olim fuere oratores & advocati distincti; hodie tamen nullum Oratorum & Advocatorum discrimen, quod obtinuit in prima Romanorum republica: patroni enim & jureconsulti eadem conjunctaquè professio est. *Gutherius de offic. domus Aug. lib.* 3. *cap.* 2. *Mornacius ad l.* 2. §. *Tubero ff. de orig. jur. Gudelinus de jure novissimo lib.* 4. *cap.* 4. *Valerius Maximus lib.* 8. *cap.* 7. *l.* 1. §. 11. *ff. de extraord. cognitio. l.* 2. *C. de postul. l.* 6. *C. de advocat. diversor. judicum. Cicero primo de Oratore: Nam si ita diceres, qui jure consultus esset, esse oratorem, itemquè esset orator, cujus eundem esse consultum, praclaras duas artes constitueres, at inter se pares, & ejusdem socias dignitatis. Nunc verò*

1 *Ascon. Pæd. in divin.* nos optime docet hic locus 1, *Qui defendit alterum in judicio, aut patronus dicitur si orator est: aut advocatus, si aut jus suggerit, aut præsentiam suam commodat amico.* Videtur hanc vocem advocati paulo generalius sumsisse Ulpianus 2, cum scripsit, *Advocatos accipere debemus omnes omnino qui causis agendis quoquo studio operantur:* nam ea definitio & procuratores & alios comprehendit. Nos hic tantum intelligimus eos, *qui dirimunt ambigua fata causarum, suæque defensionis viribus in rebus sæpe publicis ac privatis lapsa erigunt, fatigata reparant: quique non minus provident humano generi, quam si præliis atque vulneribus patriam parentesque salvarent* 3: quæ postrema verba desumpta videntur ex hoc Ciceronis loco, *si consilio juvare cives & auxilio æqua in laude ponendum est, pari gloria debent esse ii qui consulunt & ii qui defendunt* 4.

2 *l. §. advocatos 11. ff. de extraord. crim.*

3 *l. advoc. 14. C. de advoc. divers. jud.*

4 *Cic. in Top.*

XII. Horum [a] advocatorum in Curiis nostris munus est, libellos omnes supplices conscribere, iisque sub-

verò jureconsultum sine hac eloquentia, de qua quærimus, fateris esse posse, fuisseque plurimos: oratorem negas, nisi illam scientiam assumserit, esse posse, & ita tibi jureconsultus ipse, per se nihil, nisi legulejus quidam cautus, præco actionum, cantor formularum, auceps syllabarum. Hinc advocati, causidici, facundi dicuntur. Tacitus, sive quisquis ille auctor de caussis corruptæ eloquentiæ: *Horum autem temporum diserti, causidici, advocati, & patroni, & quidvis potius quam oratores vocantur.*

a §. 12. *Advocatorum in Curiis nostris munus est, libellos omnes supplices conscribere*] *Artic.* 58. *Instruct. Curiæ Provincial. Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 22. *cap.* 2. *nu.* 1. *Hogerbeets in prax. judic. cap.* 2. *Wassenaer prax. civ. cap.* 1. *art.* 1. *num.* 36. *Papegay vol.* 1. *pag.* 19. Jure veteri ipsæ partes litigantes libellos componebant, iisque subscribebant; quemadmodum id *Juvenalis* Musa testatur, illo versu:

Nulla

subsignare; omnia postulata, quæ viva voce coram judice in præsentia partis fieri solent, proponere & rationibus firmare; b libellum, quem nos conclusionem voca-

Nulla ferè caussa est, in qua non fœmina litem
Moverit, accusat Manilia, si rea non est.
Componunt ipsa per se formantque libellos
Principium atque locos Celso dictare parata.

Eodem pertinet & illud *Ciceronis in epistolis*: *Commotus*, inquit, *Atticus libellum composuit, & mihi dedit, ut darem Cæsari.*

b §. 12. *Libellum, quem nos conclusionem vocamus, suo ore dictare, vel scripto consignare*] Huic facultati quoque inerat jus respondendi, cavendi, interpretandi, *Corasius lib. 7. miscella. jur. cap. 6. nu. 1. Idem lib. 1. cap. 24. num. 1. Agellius noct. Attic. lib. 16. cap. 10. Duarenus ad l. Gallus ff. de liber. & posthum. Cicero primo de Oratore*: *Sin autem quæreretur, quisnam jureconsultus verè nominaretur: eum dicerem, qui legum, & consuetudinis ejus, qua privati in civitate uterentur, & ad respondendum, & ad cavendum peritus esset. Idem tertio de Oratore*: *Meminerant illi Sex. Ælium, M. verò Manlium nos etiam vidimus transverso ambulante foro: quod erat insigne eum, qui id faceret, facere civibus omnibus consilii sui copiam: ad quos olim & ita ambulantes, & in solio sedentes domi, sic adibatur, non solum ut de jure civili ad eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni deniquè aut officio, aut negotio referretur.*

Ex articulo 55. *Instruct. Curiæ Provincial.* Welke Advocaten / ende ook onsen Procureur Generaal / is by Raad of niet / sullen in 't Pleyten staan] *Merula prax. judic. lib. 4. tit. 17. cap. 7. Bruniemannus ad l. 1. nu. 5. 6. 7. C. de offic. civil. judic. l. 6. §. fi. C. de postul. Nov. 71. cap. 1.* Quod plurimum ad honorem senatorum pertinet. Sic enim *Esaias cap. 6. v. 1. Vidi Dominum insidentem solio excelso & elato; cujus fimbriæ complebant templum ipsum.* Et *ver. 2. Seraphim stantes superne erant ei. Puffendorff de jure natur. lib. 4. cap. 1. §. 2. Seneca epist. 64. in fine. Plinius lib. 1. epist. 23. & lib. 3. ep. 20. Agellius lib. 2. cap. . Durandus in speculo jur. lib. 1. tit. de Advocat. §. 5. num. 5.* Judicibus tantum est jus sedendi; advocatorum & procuratorum stare: quæ ratio etiam fuit cur Plinius

vocamus, suo ore dictare, vel scripto consignare; omnes positiones, articulos aliasque scripturas quæ in judicio exhibentur, concipere, iisque subsignare; causam quoque ipsam sive ad interlocutoriam, sive ad definitivam sententiam obtinendam, coram judice perorare: Denique omnia legitima media adhibere, quibus Clientis causa quam optime instruatur.

XIII. Quod ut exacte observent, a jusjurandum in hanc formam quotannis primo post Calendas Januarias fasto die præbere moris est, *quod advocatus Præfecto*

nius in suo tribunatu caussas nollet agere: cum ridiculum sibi videretur, eum stare; cui omnes loco cedere deberent: cum contra Tullius etiam consul caussas agere non erubuerit. *Hottomannus in quæstio. illustrib. quæst.* 35. Ante alios tamen Advocati, quia nobiles sunt, eminentiore loco sedere debent. Et quod plus est; sæpè rescriptum est; Advocatos ad judicem venientes, non stare; sed apud ipsos judices sedere debere: pœna pecuniaria in istos judices constituta, qui ejus constitutionis præcepta neglexerint, *l.* 3. *in pr.* & *§. fin. C. ubi senator. vel clariss.*

a §. 13. *Jusjurandum in hanc formam quotannis primo post Calendas Januarias fasto die præbere moris est*] *Art.* 121. *Instruct. Curiæ Supre.* Olim litis certamina exercere non concedebatur, nisi & actor & reus calumniæ juramentum subiissent, *§.* 1. *J. de pœna temerè litigant. cap.* 1. *x. de jurament. calum. l.* 37. *ff. de jurejur. l.* 16. *C. de fideicommissar. libertatib. Bartolus ad l. hoc Sacramentum num.* 2. 4. *C. de jurejur. ob calum. l.* 14. *C. de judiciis.* Hoc verò juramentum unde ortum traxerit; Dd. disputant. Nonnulli ex jure divino originem trahere autumant; idque probare conantur per *cap.* 22. *Exod vers* 11. Rursus alii id apud Athenienses in usu fuisse contendunt; indeque ad Romanos pervenisse: licet probabilius sit, id primùm à Justiniano introductum ac inventum, *tot. tit. C. de jurejur. ob calum.* Non obstat, apud alias quoque gentes id juramentum calumniæ in usu fuisse; proindeque non posse dici esse ex jure civili. Siquidem simpliciter respondendum est; quia novam formam Justinianus addidit; inde etiam posse

fecto Provinciæ, Præsidi Senatus, ac Consiliariis, omnibus in locis honorem & reverentiam exhibebit: quod nullas causas suscipiet quas injustas esse novit, sive de injustitia ipsi liqueat in initio processus, sive postea: quod clientibus suis omni fide & diligentia inserviet: quod contentus erit eo quod Curia constituit salario: quod illicita subterfugia & protelationes non quæret: quod de parte aut [b] *de quota litis non paciscetur: &*

posse esse ex jure civili. At quæritur; num id juramentum duntaxat ipsi litigantes præstare debeant; an etiam ipsorum heredes? Ad quod dicimus; etiam eorum successores id præstare ac subire debere. Huic opinioni non obstat: heredes non posse videre an bona instantia utantur; ideoque eos de calumnia jurare non posse: quia nullus alienum factum scire præsumitur, *l. 21. ff. de probatio.* Etenim dicendum est; heredes posse consulere Advocatos, caussam perscrutari: quare etiam de calumnia jurare cogi possunt. At quid dicendum de Advocatis; an & illi de calumnia jurare tenentur? Et probabile est, olim ante Justinianum, caussarum patronos omninò non jurasse, ut ex Cicerone *pro Cæcinna* constat: quod postea tamen mutatum videtur per *l. 2. C. de jurejur. propter calum.* Cæterum moribus nostris non à partibus litigantibus, sed à solis caussarum patronis in initio officii juramentum calumniæ præstari solet: se omnes caussas, quas defendendas suscipiunt, fideliter & bona fide defensuros. *Brunemannus ad Auth. Hodie C. de judic. nu. 12. Gail. lib. 1. observ. 85. num. 1. Groenewege de ll. abrog. ad l. 2. nu. 1. 2. C. de jurej. ob calum. Idem ad l. 13. §. 9. C. de judic. Papegay vol. 1. pag. 19. l. 6. §. 1. 2. C. de postul. Wassenaer prax. civ. cap. 1. art. 1. nu. 92.*

b §. 13. *De quota litis non paciscetur*] *Artic. 17. Instruct. Curiæ Supr. Artic. 79. 81. Instruct. Curiæ Provincial.* Hæc conventio interdicta est, utpotè turpis, bonis moribus & legibus contraria. *l. 35. ff. pact. l. 5. C. de postul. Papon arrest. lib. 6. tit. 4. Merula in prax. civ. lib. 4. tit. 16. cap. 1. & tit. 18. cap. 10. num. 2.* Ovidius: *Turpe reos emta miseros defendere lingua:*

Quod faciat magnas turpe tribunal opes.

Quintilianus l. 12. cap. 7. Tiraquellus de nobilitate cap. 29. nu. 47. 48. Caussa verò, cur hæc pacta legibus sint improbata; est illa: quia ad peccandum invitant: siquidem Advocati nihil non moliuntur sive per fas sive per nefas ad caussam obtinendam. Idque non tantum locum habet, si de quota litis pactum inierint; verum etiam si contraxerint de certa summa sive parte in casum victoriæ exsolvenda: quia eodem planè modo delinquendi occasionem dat, ac si de quota litis pactum intervenisset. Hujusque rei ea ratio est; quia etiam ille cui certa summa in casum victoriæ promissa est; omnes lacertos movebit, quò victoriam obtineat, partemque ex ea ferat. Dissentit *Costalius ad l. 6. ff. mandati.* Huic conclusioni non contrariatur *l. 1. §. 12. ff. de extraord. cognitio.* Siquidem dicendum: illam legem loqui, cum jam caussa acta est: quo casu pactum de quota litis rectè admittitur, si modum non excedat. Fundamentum est; quia sententia jam lata, omnis omninò falsi committendi cessat suspicio.

Ex *Articulo 121. Instruct. Curia Supr.* **Dat niemand in den hoofs Staad sal mogen exerceren 't officie van Advocaat/ hy en sy gegradueerd in een vermaarde en bekende Universiteyt**] *Articul. 71. Instruct. Curia Holland.* Antequam respublica Romana in monarchiam abiit; omnibus qui modo studiorum suorum fiduciam habebant, consulentibus respondebant: unde jurisprudentiæ studium maximè cœpit vilescere: quippe multi ambitione tumidi, hanc militiæ togatæ gloriam non æstimabant. Eo videtur respexisse *Tullius in epistolis: Cur tibi*, inquit, *hoc nomine gratificer nescio, præsertim cum hisce temporibus audacia pro sapientia liceat uti.* Augustus verò cum videret philodicos & legulejos auctoritatem jureconsultorum conspurcare; non nisi ex sua auctoritate responderi voluit. *Zasius ad tit. ff. de orig. jur. §. Obiter num. 3. Brunemannus ad l. 2. §. 2. ff. eod. §. 8. J. de jure natur. Cujacius lib. 7. observ. cap. 25. Bacchovius ad Treutl. vol. 1. disput. 1. th. 7. litt. a.* Dissentit *Theophilus §. 8. tit. 2. lib. 1.* Leonis Imperatoris constitutionibus postea additum est; ut is demum in ordinem togatorum recipiatur, qui ab antecessoribus & vitæ & eruditionis testimonium accepisset; quod & novitas per usum amplexa est. *Papon de arrest. lib. 6. tit. 4. arr. 1. Statuta Lydens. cap. 22. 23. l. 11. §. 2. ff. de munerib. l. 2. C. de professor. Zypaus notit. jur. Belg. ad tit.* de

& generaliter quod se ita in omnibus & per omnia gerer, *de colleg. artific.* *Brunnemannus ad l. 1. nu. 2. ff. de postul ad l. 2. num. 2. 3. C. eod. Groenewege de ll. abrogat. ad l. 7. nu. 2. C. de advoc. diversor. judicior.* Idque olim post certum studiorum tempus; quod Imperator Justinianus quinquennio definivit, *l. 3. 4. §. 4. C. de advocat. diversor. judicior.* Certè fatendum est, non minus spatium, quin potius majus requiri, si quis amplitudinem difficultatemque hujus studii consideret: etiamsi moribus nostris corruptissimis ea tempora vix unquam observentur: nam in plerisquè Academiis, non à Professoribus, sed à nummorum aucupatoribus; nec in scientia & quinquennio, sed in marsupio quid possint, examinantur. *Alciatus in prax. judic, pag. 93. Puffendorff de jure natur. lib. 5. cap. 1. §. 5.* Digna certè & aurea constitutio quæ in usum revocetur: nam ne tactis quidem litteris humanioribus, cruda studia in forum propellunt. *Gellius lib. 1. cap. 9. Gerard. Vossius de arte Grammat. lib. 2. cap. 41.* Quis est qui non videat, historiam Romanam & maximè veterum monumenta, exempla vetustatis Jureconsulto esse necessaria? *Matthæus de auctionib. lib. 1. cap. 1. nu. 4. Zasius ad tit. ff. de orig. jur. nu. 3. & ad §. posthunc nu. 23.* Cicero primo de Oratore: *Jam verò illa non longam orationem desiderant, quamobrem existimem publica quoque jura, quæ sunt propria civitatis, atque imperii, tum monumenta rerum gestarum, & vetustatis exempla oratori nota esse debere.* Paullò post: *Tenenda præterea est omnis antiquitas exemplorumque vis: neque legum aut juris civilis scientia negligenda est.* Rectè igitur Theodosius Imperator, apud *Claudianum*, sic Honorio filio suo præcipit;

——— *Nec desinet unquam*
Tecum Graja loqui, tecum Romana vetustas.

Veteres autem Jureconsulti, quanti fecerint humaniorum litterarum studia; responsa eorum id satis superquè declarant: quibus nunc Platonem, *l. 2. ff. de nundinis, l. 3. ff. de pæn.* nunc Homerum, *l. 16. §. 8. ff. de pæn. §. 2. J. de emtio. & venditio. §. 1. J. ad l. Aquil.* nunc Ciceronem; *l. 39. ff. de pæn.* nunc Hippocratem, *l. 12. ff. de statu homi.* nunc Aristotelem, *l. 36. ff. de solutionib.* nunc Virgilium, *l. 6. ff. de rerum divisio.* nunc Demosthenem ad fidem faciendam adducunt, *l. 16. §. 6. ff. de pæn. l. 1. §. 1. ff. de contrahenda emtio.*

ret, ut bonum advocatum decet 1. Quæ omnia juri scripto satis conveniunt: sunt enim advocati justitiæ Sacerdotes, ideo injustitiæ Patroni esse non debent 2. Deinde & longe ab iis debet esse omnis prævaricatio, ejusque species quælibet 3. Tum vero *immensa atque illicita compendia sectari* 4 nimis vile est: *neque enim ad turpe compendium stipemque deformem hæc arripienda est occasio, sed laudis per eam augmenta quærenda* 5. Deinde & nemo ex industria protrahere *jurgium debet* 6, *neque ullum cum litigatore contractum, quem in propriam recipit fidem, inire; nullam conferre pactionem* 7.

XIV. Post hos secundo loco veniunt procuratores, quanquam enim mandatis Curiarum nostrarum continetur, ut [a] citati aut ipsi per se compareant, aut per procuratorem cum idoneo mandato: Praxis tamen introduxit, ut apud nos non nisi per procuratorem litigetur, ejusque nomen præferant acta, tam judicii quam causæ. Procurator generaliter loquendo est, *qui negotium suscipit* 8, hic vero de eo agimus qui judicialis est procurator, sive litis *procurator* 9, inter quem & *cognitorem* olim hæc fuit differentia, quod procurator causam agebat absente, cognitor præsente litigatore: *cognitor est, qui præsentis causam novit, & sic tuetur ut suam* 10: sed hæc & Justinianus sustulit, & usus antiquavit. Hodie procuratores adsunt Advocatis, eorum nomine acta totius causæ instruuntur, pro-

1 *instr. Sen. Præs. art.* 71.
2 *l. rem non novam.* §. 1. *C. de judic.*
3 *d.* §. 1.
4 *l. qui.* 5. *C. de postul.*
5 *l. quisquis* 6. §. *apud* 5. *C. d. tit.*
6 *d. l.* 6. §. *nemo* 4.
7 *d. l.* 6. §. *praterea* 2.
8 *Ascon. Pæd. in divina. l.* 1. *ff. de procur.*
9 *l. hoc jure* 86. *ff. de solut.*
10 *Asc. Pæd. in divin.*

a §. 14. *Citati aut ipsi per se compareant, aut per procuratorem*] *Articul.* 45. 55. *Instr. Curiæ Provincial.* Jure veteri nulli per procuratorem agere aut actionem excipere concessum fuit: nisi paucis casibus exceptis; ut pro populo: pro libertate: pro tutela, *pr. J. de iis per quos agere poss.* Quinimò, licet quis cum morbo conflictaretur; tamen in judicium venire cogebatur: quo casu ab actore jumen-

mentum dabatur, *Gellius lib.* 20. *cap.* 1. Postea tamen id jus desuetudine inumbratum est; & constitutum fuit per procuratores agere. *l.* 1. 2. *§.* 2. *ff. de procurator. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 26. *cap.* 1. *num.* 2. 3. Constituitur namquè procurator in omnibus caussis civilibus, tam pecuniariis quam liberalibus: non tamen in criminalibus; in quibus neque ad agendum, nequè ad defendendum procuratores admittuntur, sed ipsi in judicium venire tenentur: quia præsentia opus est. *l.* 13. *§.* 1. *ff. de pub. judic. Duarenus ad tit. ff. de procurator. cap.* 7. *l.* 1. *ff. an per alium caussæ appellatio. c.* 2. *caus.* 5. *q.* 3. *cap.* 5. *x. de procurator. Cujacius lib.* 20. *observ. cap.* 20. *Zasius paratitl. ff. de procurator.* Non in contrarium movet *l.* 3. C. *de accusatio.* Respondendum est, admitti quidem procuratorem tam in criminalibus, quam civilibus; non tamen ad reum defendendum, sed tantum ad absentem excusandum. Alii alium arietem intorquent, & dicunt dictam legem loqui non tantum de rei absentia excusanda, sed etiam de ipsius defensione. Ad quod breviter responderi poterit; non semper defensionem pro plena defensione sumi, sed nonnunquam pro ejus parte: nam excusatio pars defensionis rectè dicitur. Ratio verò, cur in caussis criminalibus per procuratorem agi non potuerit, hæc reddi potest: quia qui alium accusat, inscribere tenebatur, ut sciat, calumniantem ad idem supplicium vocari, *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 1. *cap.* 2. *§.* 8. *nu.* 7. *lib.* 2. *cap.* 20. *§.* 10. *nu.* 7. §. 32. *nu.* 2. *Matthæus cap.* 5. *v.* 21. *Levitic. cap.* 24. *v.* 18. *Gellius lib.* 20. *cap.* 1. *tot. tit. ff. de accusatio. & inscriptionib.* Facilè namquè pœna talionis se liberare posset, si absens per procuratorem accusare posset. Caussa cur etiam à parte rei procurator intervenire non poterat, est hæc; quia si condemnaretur, contra procuratorem ut innocentem executio dirigi non posset; & sic crimina manerent impunita: quæ tamen puniri reipub. maximè interest. *l.* 14. *C. de pœn.* Cæterum, si caussa criminalis quidem fuerit, sed ex qua reus duntaxat notatur infamia: eo casu procurator admittitur. *l.* 1. *ff. an per alium caussæ appellatio.* Ejusquè rei ratio hæc videtur esse: quia ubi pœna tantum pecuniaria est, nullum periculum est, ne judicium reddatur elusorium: nam & absens, pœnam sententia judicis expressam sustinebit. *Mevius ad jus Lubec. lib.* 5. *tit.* 2. *art.* 6. *nu.* 5. *Gail lib.* 1. *de pace publ. cap.* 10. *nu.* 1. *Bort in tract. criminal. tit.* 8. *nu.* 10. 11. *tit.* 5. *nu.* 10. 13.

prorogationes aut impetrant, aut iis contradicunt, & omnibus partibus tela judiciaria inferviunt: Denique & eorum nomine, [b] nisi sufficienti mandato sint muniti,

b §. 14. *Nisi sufficienti mandato sint muniti*] *Articul.* 52. *Instruct. Curiæ Holland. Ampliat. ejusdem Cur. artic.* 7. *an.* 1606. In principio quæstionis persona procuratoris inquiri debet; an ad agendum mandatum à domino litis habeat, nisi rem ratam dominum habiturum cautionem præstet. §. 3. *J. de satisdatio. l.* 27. *l.* 40. §. 1. *l.* 46. §. 2. *ff. de procurator. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 18. *cap.* 8. *nu.* 4. *Damhouder prax. civ. cap.* 92. *nu.* 1. *cap.* 4. *x. de procurator. cap.* 1. *x. de accusationib.* Moribus nostris, ne judicia reddantur illusoria, licet caveant de rato, & bona immobilia possideant in territorio ejus magistratus sub quo litigatur; si non sint procuratores mandato muniti; tamen à limine judicii repelluntur. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 46. *ff. de procurator. Busius ad l.* 39. *ff. de procurator. Papon de arrest. lib.* 6. *tit.* 4. *arr.* 16. *Papegay vol.* 1. *pag.* 344. *H. Grotius introduct. lib.* 3. *part.* 4. *nu.* 3. 4. Mandatum enim basis & fundamentum est totius judicii. *Bartolus ad l.* 64. §. *Etiam ff. ad S. C. Trebell.* Nec evertit nostram sententiam *l.* 15. *ff. qui satisdare cogunt.* Etenim dicendum est: regulariter quidem rerum immobilium possessores satisdatione judicio sisti si ipsi per se agant non prægravari: tamen quoties per alium id fiat; aliud dicendum est: quia tum non præstatur cautio judicio sisti, sed judicatum solvi; unde constitutum est, procuratores, licet bona immobilia in territorio judicis possideant, tamen satisdatione onerari. Et hoc hodie in tantum observatur: ut ne pro conjuncta quidem persona: ut puta liberis: item parentibus, fratribus, adfinibus, sine eo admittantur. *Duarenus ad tit. ff. de procurator. cap.* 7. *Mevius ad jus Lubec. lib.* 5. *tit.* 1. *art.* 8. *num. ult. Dissentit Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 18. *cap.* 3. *nu.* 3. Quandoque etiam licet mandatum offeratur, contra id excipi solet, quod id non sufficiens, aut quod sit generale. *Quintilianus lib.* 7. *cap.* 1. *cap.* 4. *de procurator. in* 6. Multæ namque caussæ sunt, quarum explicatio speciale mandatum requirit: cujus omissio facit, quod procurator susceptum officium suscipere non potest. *Bodinus de repub. lib.* 3. *cap.* 2. Ejusmodi caussa est restitutio

muniti, c fertur sententia: d idemque præstant jura-
men-

stitutio in integrum; quæ sine speciali in eam rem accepto mandato non potest expediri. *Christinaeus vol. 2. decis.* 136. *nu.* 1. *Mysingerus lib.* 2. *observ.* 26. *nu.* 1. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 25. *§.* 1. *ff. de minor. Mean ad jus Leodic. part.* 5. *observ.* 650. *num.* 3. Pari ratione id procedit ad jurandum. *cap.* 4. 9. 38. *de procurator. in 6. clem.* 2. *de procurat. Ampliat. Instr. Curiæ Holl. an.* 1617. *Scaccias de judic. lib.* 2. *cap.* 1. *nu.* 110. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 12. *§.* 4. *C. de reb. cred.* Ad eundem quoquè modum speciale mandatum necessarium est, quoties transigere aut pacisci quis velit. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 1. *§.* 12. *lib.* 3. *cap.* 22. *§.* 4. *nu.* 1, 2, 3, 4. *Idem lib.* 2. *cap.* 16. *§.* 21. *cap.* 7. *x. de restitutio. spoliator.* Ratio est, quia sub generalibus specialia non comprehenduntur. *Wesembecius ad tit. ff. de procurator. nu.* 7. 11. Non adversatur, quod mandatum sit bonæ fidei, non stricti juris. Quandoquidem dicendum, id spectare ad naturam actionis, & ad officium judicis: ex quo non infertur, illud licere in alia forma exequi. Nec movet tritum illud: quod concesso uno, concessa præsumantur ea omnia, per quæ ad illud pervenitur, *arg. l.* 57. 58. *ff. procurator.* Etenim dicendum, illud dogma non procedere, quando non præsumitur quis quid concessurus, quod mandato expresse & specialiter non est insertum. *l.* 25. §. 5. *ff. de adquirenda heredit. l.* 33. *§.* 3. *ff. de procurator.* Quoties tamen clausula generalis mandato procuratorio est adjecta, & talia sint quæ omninò ex mandato generali pendent; eo certè casu novare, permutare, pignori obligare, solvere, alienare, jurare, transigere procuratori liberum est, *Bacchovius in Treutl. vol.* 1. *disp.* 7. *th.* 2. *litt. C. H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 11. *§.* 12. Ita tamen, si hæc non fiant animo diminuendi, vel nocendi; sed ex ejus utilitate, cujus caussam defendendam procurator suscepit, *Cujacius in tract. ad Africa.* 8. *in l. cum mancipium.*

c *§.* 14. *Fertur sententia*] *Artic.* 52. *Instruct. Curiæ Holland. Ferrarius in prax. judic. tit.* 2. *gl.* 5. *nu.* 1. 2. Jure veteri sententia ob defectum mandati procuratorii erat ipso jure nulla, *l.* 24. *C. de procurator. l.* 12. *§.* 2. *ff. de solutionib. l.* 43. *§.* 1. *ff. de furt.* Si vero procurator mandatum habuerat, in ipsum sententia ferebatur: quia erat

erat dominus litis. Quid si post litem contestatam accesserit? Nihilominus ipse condemnabitur: idque per *l.* 31. §. 2. *ff. de negot. gest.* Nam etiam judicatum solvi satisdare debet, licet procurator post litem contestatam datus sit, *l.* 46. *ff. de procurator.* Quandoquidem quicquid acquisitum est sive juris sive dominii, id omne procuratoris constitutione per fictam traditionem ad ipsum transfertur. Aliter si diceremus; nunquam substitutus procuratoris posset condemnari; qui sæpè post litem contestatam datur: quod dicere perquam absurdum esset. Cæterum id jus desuetudine inumbratum est; & à Justiniano constitutum, ut ipse reus cautionem præstaret, se tempore sententiæ recitandæ in judicium venturum: unde consequi videtur; id ideo factum, ut sententia in ipsum reum, non in procuratorem ferri posset, §. 5. *J. de satisdatio.*

d §. 14. *Idemque præstant juramentum*] *Artic.* 121. *Instruct. Curiæ Supr.* Jure veteri ipsi procuratores post litem contestatam juramentum calumniæ præstare tenebantur, *l.* 2. §. 2. *C. de jurej. propter calum.* Cujus rei fundamentum est: quia per litis contestationem domini litis efficiebantur. *l.* 11. *C. de procurator.* Nam cum & actor & reus id facere cogebantur; consequens fuit in ipsis idem jus statuendum esse: quia ipsi pro actore & reo habebantur; & sic eodem modo quam ipsi litigantes calumniari possunt. *Groenewege de ll. abrogat. ad* §. 1. *J. de pœna temerè litigant. nu.* 3. *Merula prax. civ. l.* 4. *tit.* 44. *cap.* 4. *n.* 2. *& tit.* 18. *c.* 1. *n.* 4. Quid si procurator à solo judice datus? Adhuc idem dicendum erit; licet id neget *Gail lib.* 1. *observ.* 88. *n.* 4. 9.

Ex *art.* 53. *Instruct. Curiæ Holl.* **Sulle geen Procuratie van waerde gehoude werde / ten sy gepasseerd voor den Hove**] Jure civili si dominus procuratorem absentem satisdatione relevare vellet, litteras, per nuntium, ad adversarium dirigere poterat, quibus hoc significabat: hoc casu, litteris ejus approbatis, veluti præsentis procuratorem intervenire intelligebatur, *l.* 1. §. 2. *ff. de procur.* Hodie tamen ob lites, quæ possent oriri & moveri de fide & probatione earum litterarum, (domesticæ enim annotationes aliis adminiculis non adjutæ, nullam fidem merentur, *l.* 89. *ff. de legat.* 2. *l.* 5. *C. de probatio.*) à publico notario vel graphiario expediri debent.

Of onder het Segel van Edelmanne] Nobilibus inter alia privilegia & hoc concessum; quod

mentum, cujus supra in advocatis fecimus mentionem e. Advocatorum numerus incertus est; procurator vero-

quod ipsi sibi procuratorem constituere possunt. *Merula in prax. lib. 4. tit. 18. cap. 9. nu. 2. Groenewege de ll. abrog. ad l. 65. ff. de procurator. Damhouder in prax. cap. 90. nu. 14.*

In goede forme]: Mandata procuratoria debent continere nomen, cognomen tam domini constituentis quam procuratoris; nec non adversarii, inqua caussa, coram quo judice, maximè si sit de legatis: quorum omnium formas atquè species, si quis aliquas desideret, poterit eas legere apud *Wesembecium ad tit. ff. de procurator. nu. 7, Consil. Batav. vol. 3. cons. 129, Damhouderum prax. civ. cap. 90. nu. 6. 7. Durandum in speculo jur. lib. 1. tit. de procurator. §. 3. nu. 20. & §. 4. num. 1, Merulam prax. civ. lib. 4. tit. 18. cap. 3. nu. 4, Brunemannum ad l. 65. nu. 2. ff. de procurator.*

e §. 14. *Advocatorum numerus est incertus; procurator nisi in numeros relatus, esse non potest*] Apud Romanos in singulis tribunalibus certus ac definitus Advocatorum erat numerus: quo expleto agmen claudebatur. *l. 14. C. de adsessorib. Cujacius lib. 16. observ. cap. 22. l. 8. 15. 16. C. de advocat. diversor. judicior.* Contra hodiè procuratorum quemadmodum olim Advocatorum, in unoquoque foro existit definitus numerus; quem excedere etiam non licet. *Groenewege de ll. abrogat. ad l. constitutio. C. de procurator. & ad §. 1. J. de iis per quos ag. poss. Papon de arrest. lib. 6. tit. 4. arr. 8. in append. Merula prax. civ. lib. 4. tit. 18. cap. 1. nu. 7. Cujacius lib. 3. observat. cap. 5. l. pen. & ult. C. de procurator.* Id tamen ita exaudiri debet; ut is qui in Curia Provinciali caussam procuravit, eandem vel aliam in Curia Suprema defendendam suscipere possit. *Papon de arrest. lib. 6. tit. 4. arr. 9.* Officium eorum est, ad instar Advocatorum publicum & necessarium: nam & illi clientium caussas inviti procurare coguntur; nisi forte justam ac probabilem se excusandi caussam habeant. *Gail lib. 1. observ. 43. nu. 3. Duarenus ad tit. ff. de procurator. cap. 1.* Jure civili nullus procurationem invitus suscipere compellebatur: nec eandem ultra provocationis caussam extendere. *Gail dicto loco nu. 7. l. 8. §. 1. ff. de procurator. §. ult. J. de exceptio.* Soli namquè disertissimi caussarum Patroni inviti per judicem

vero nisi in numeros relatus, esse non potest: sunt enim sedecim omnino procuratores in utraque Curia, præter unum atque alterum extraordinarium in Suprema.

XV. Multa ad advocatorum munus pertinentia extra locum judicii peraguntur, ª procurator vero nihil fere extra judicium agit, nisi quod advocatum urget, eumque de diebus præstitutis admonet, & eas quas advocatus conficit scripturas in mundum redigi curat, &

dicem licet delegatum cogi poterant clientes in judicio defendere eorumquè caussas agere: quod si detrectabant non solum pœna pecuniaria, sed & privationis officii puniebantur. *l. 1. §. 4. ff. de postul. l. 11. §. 1. C. de Advoc. diversor. judicior.* Ratio est, quia eorum officium erat honorificum, & quodammodo publicum, vitæque humanæ non minus necessarium, quam ipsa militia armata. *l. 14. C. de advoc. diversor. judicior.* Non obstat *l. 156. ff. de regul. jur.* Respondeo, eam l. de defensore loqui: siquidem nemo invitus alienam defensionem in se suscipere cogitur.

a *§. 15. Procurator verò nihil ferè extra judicium agit*] *Artic.* 46. 54. 55. 66. 67. 70. 122. 124. 125. 138. 169. 145. *Instruct. Curiæ Holland. Merula prax. civ. lib. 4. tit. 18. cap. 11. nu. 1.* In quibusdam tamen casibus procuratores Advocatis similes: nam quandoquè instar Advocatorum clientes in judicio defendunt, postulant, adsistunt, patrocinantur. *Zasius paratit. ff. de procurator. nu. 1. l. 1. §. 11. ff. de var. & extraordinar. cognitionib.* Cum igitur procuratores in aliquibus casibus Advocatis conveniant; non mirum est id nomen ipsis quandoque tribui, *Suetonius in Nero. cap. 15.* Propriè tamen si eos consideres, maximè à se invicem differunt. Procurator namque mandato domini constituitur. *Duarenus ad tit. ff. de procurator. cap. 1. 7. Bartolus ad l. 64. §. Etiam ff. ad S. C. Trebellia.* Contra Advocatus precibus aditur, & absque ullo mandato suo consilio & auctoritate, caussas agit ac defendit, *tot. tit. ff. de postul.* Maximum etiam inter ipsorum munera discrimen: siquidem munus procuratorum tantum consistit in observando tempore, litis ordine, & in iis quæ ipsam caussam ejusque merita respiciunt. *Merula prax. civ. lib. 4. tit. 18. cap. 11. nu. 1.*

b §. 15.

& repertorium sive inventarium omnium instrumentorum ab advocato breviter conceptum, latius ex formula extendit, & subsignat. Advocatus itaque omnia conscribit: illud igitur difficilius, hoc facilius munus est: illud perquam honorabile; *nemo enim putet honori suo aliquid esse detractum, cum necessitatem elegerit standi, & contempserit jus sedendi* 1: hoc olim non item 2. Certe ipsi procuratores plerumque b *litis se*

1 *l. quisquis 6 §. fin. C. de postul.*
2 *l. siquis 32. C. de decur.*

b §. 15. *Litis se dominos vocant*] Olim procuratores post litem contestatam domini litis efficiebantur, *Bacchovius ad Treutler. disput.* 4. *thes.* 4. *lit.* C. *vol.* 1. *Duarenus ad tit. ff. de procurator. cap.* 9. *l.* 76. *ff. de procurator.* Idque inde fieri nonnulli existimant; quia sc. judicium accipiendo & litem contestando contrahant: quo casu sibi quodammodo obligationem & actionem acquirebant. Post caussam igitur in judicio agitatam, mandatum à procuratore in alium, non nisi justis ex caussis, ab eo cujus litem procurandam susceperat transferri poterat. *l.* 16. 17. §. 1. 2. *ff. de procurator. Sande decisio. lib.* 1. *tit.* 4. *def.* 2. *cap.* 2. *de procurator in* 6. Justæ & legitimæ caussæ erant senectus, adversa valetudo, ob quas ne suis quidem negotiis quis superesse poterat, *l.* 17. § *ult. & ff. ff. de procurator.* Sed hæ aliæque juris civilis subtilitates hodie omnino explosæ; nec lites ad ipsorum personas transferuntur, sed nudum duntaxat ministerium in illis spectatur: unde non litis domini, sed nudi ministri dicuntur. *Artic.* 122. 169. *Instruct. Curiæ Supr. Artic.* 122. *Instruct. Curiæ Provincial. Gail. lib.* 1. *observ.* 46. *nu.* 9. *Busius ad l.* 69. *ff. de procurator. nu.* 2. *Groenewege de ll. abrogat. ad l.* 28. *ff. de procurator. & ad l.* 8. 22. 23. *C. eod. Brunemannus ad l.* 15. *nu.* 4. *ff. de procurator.* Itaque nihil impedit, quominus etiam lite licet contestata, sine ullis & legitimis caussis mandatum revocari possit; *Durandus in speculo lib.* 1. *tit. de procurator.* §. 1. *num.* 32. *Mascardus de probationib. vol.* 3. *conclusio.* 1007. *num.* 27. *Groenewege de ll. abrogat. ad l.* 22. 23. *nu.* 2. *C. de procurator. Brunemannus ad l.* 16. *num.* 1. *ff. eod. Gail lib.* 1. *observ.* 46. *nu.* 9. Dissentit *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 18. *cap.* 6. *nu.* 2.

1 l. nulla 23. C. de proc.

se dominos vocant [1]: neque parvum causis momentum ex diligentia ipsorum solet accedere.

XVI. Restant Apparitores *sive accensi* (*nobis* **Sergeanten van wapenen / ende Deurwaerders**) qui citationes nomine Curiæ peragunt, & quæ ipsis obtingunt fideliter referunt, sententias quoque executioni mandare consueverunt: qua in re cum sæpe acerbius aliquanto versentur, magno plerumque apud cives & incolas laborant odio, hinc ridicule satis Euripides [4]:

4 Euripides Troad.

Τί ποτ' ἔχουσι τοὔνομα
Κήρυκες; ἕν, ἀπέχθημα πάγκοινον βροτοῖς.

— Accensis quod est
Cognomen? unum quadrat, odium publicum.

XVII. Sollicitatores supremum claudant agmen, qui & ipsi nullius essent usus, nisi eos nimia litium frequentia introduceret, ut quotidie apud judices sententiam flagitent.

CAP. III.

De Senatu Præsidiali & suprema Curia.

I. *Senatum Præsidialem qui constituant?* II. *Præfecti provinciæ officium:* III. *Præfectorum nomina:* IV. *Præsidis officium:* V. *Præsidum nomina:* VI. *Consiliariorum officium:* VII. *Eorum nomina:* VIII. *Graphiarius:* IX. *Advocati fisci criminalis & civilis:* X. *Secretarii:* XI. *Graphiarii substitutus:* XII. *Quæstores:* XIII. *Apparitores primarii:* XIV. *Nuntii:* XV. *Tribunal & Camera Senatus:* XVI. *Jurisdictio Senatus Præsidialis in quibus fundata sit:* XVII. *Supremæ Curiæ Præsides:* XVIII. *Consiliarii & eorum nomina:* XIX. *Officium:* XX. *Graphiarii:* XXI. *Jurisdictio super quibus causis fundata.*

I. PRiore capite de judice in genere egimus, nunc superest ut de utraque Curia separatim agamus: scien-

ſciendum itaque (quod ſupra attigimus) Curias Præſidialem & Supremam, eſſe adæquatum hujus noſtri tractatus ſubjectum. Quarum conſtitutionem ut recte examinemus, inſpiciendæ ſunt perſonæ, tribunalia & auctoritas ſingulorum. Perſonas quod attinet, Senatum Præſidialem nuper conſtituebant principaliter, Præfectus Provinciæ, Præſes & Conſiliarii: poſt mortem vero Principis Arauſionenſis, Præſes tantum & Conſiliarii. Horum officium generale eſt, a juſtitiam adminiſtrare omnibus eam poſtulantibus: curare ut juſtitiæ obediatur, utque ſententiæ executioni mandentur, ſine ſimulatione aut diſſimulatione [1]. 1 *Inſtr. Sen. Præſ. art.* 2.

Par-

a §. 1. *Juſtitiam adminiſtrare omnibus eam poſtulantibus: curare ut juſtitia obediatur, utque ſententia executioni mandentur, ſine ſimulatione aut diſſimulatione.*] *Artic.* 2. *Inſtruct. Curiæ Holland. Artic.* 7. *Inſtruct. Curiæ Supr.* Judicium non hominum ſed Dei eſt; apud quem nullus reſpectus perſonarum, *Jacob. cap.* 2. *v.* 1. Quid ſi caſus jure non ſit deciſus, & lex illum judici committat? eo tamen non obſtante, liberum judici arbitrium judicandi conceſſum non intelligitur. Hinc patet quod induenti perſonam judicis, exuenda ſit perſona amici. Huc accedit, quod Deus expreſſè interdicat, in judiciis perſonarum rationem habere: editis pœnarum comminationibus & pœnis in eos, qui id negligunt. *Lactant. l.* 5. *cap.* 7. *Gellius l.* 20. *c.* 1. *Nov.* 8. *inſi.* Paveſcant igitur judices iniqui, infeſtiſſimi parricidæ, qui infami rebellione Dei fulmen contemnunt. Diſcant ubique vindicem Deum adeſſe, ultorem iniquitatis graviſſimum; qui impiorum facinora judicat, diſcutit & damnat, æternique fulminis ignibus tradit. *Eſai. cap.* 10. *vers.* 1. Adpoſitè Auguſtinus: *Væ vobis ò judices, væ vobis in æternum; quia non eſt in vobis veritas, non miſericordia, non pietas, non juſtitia, nec ſcientia Dei inveniri poteſt.* Nihil ad rem facit, quod in cauſſa dubia pro reo, & per conſequens pro amico ſententia ferri poſſet: quia ſc. & ipſe perſona favorabilis eſt. Etenim dicendum; leges quidem jubere in dubio pro reo judicandum eſſe: nullibi tamen pro amico judicandum arbitrio judicis relinquunt, *Bacchovius ad*

F *Treutl.*

II. Particulare vero officium Præfecti erat operam dare *ut pacata atque quieta Provincia sit, quam regit* [1]: quod ut pluribus explicetur, sciendum eo pertinere ut Civitates, Castella, & loca limitanea Provinciæ perlustret, videatque an omnia necessaria ad defensionem satis provisa sint, sin minus ea procuret: denique ut omnia faciat, quæ ad tutelam & conservationem Provinciæ pertinere judicabuntur [2]: hæc atque alia Præfectus per Senatum exequi olim solebat, nunc vero magna incidit mutatio, erecto Consilio Deputatorum Ordinum, quibus ex parte hæc cura speciatim demandata est.

1 l. congruit. 13. de offic. Præs.

2 instr. Sen. Præs. art. 1.

III. Præfecti hujus Provinciæ post arma libertatis ergo sumta, quæ jam cum plena libertatis declaratione deposuimus, fuerunt

GUILIELMUS NASSAVIUS,
MAURITIUS NASSAVIUS,
FREDERICUS HENR. NASSAVIUS,
GUILIELMUS NASSAVIUS.

IV. Ad Præsidis vero munus pertinet, causas in consilio ventilandas proponere, vota singulorum colligere, & sententiam sive voce sive scripto, secundum suffragia majoris partis pronunciare, sigillum item justitiæ custodire, eoque sigillare omnia acta quæ nomine Senatus expediuntur [3]. Per ipsius vero mortem aut absentiam, vices supplet qui Senatorum fuerit Princeps. [a] Licet & Præsidi reliquos Consiliarios in Curiam ratione

3 d. instr. art. 4.

a *Treutl. vol. 1. th. 1. litt. B.* In judiciis igitur illud obtinere debet quod extat apud Heliodorum Æthiop. lib. 10. τὰς ὑπεροχὰς ἐ δυσωπεῖ τὸ δίκαιον· ἀλλ' εἷς ἐστιν ὁ βασιλεύων ἐν τῷ κρίνειν, ὁ τοῖς δικαιοτέροις κρατῶν. *Fastigia dignitatis non respicit æquitas: sed is regnat in judicio, qui probabilioribus vincit rationibus.*

a §. 4.

tione justitiæ administrandæ convocare aut etiam ad domum suam, re ita postulante, quoties ipsi videbitur; & b tenentur dicti Consiliarii, aliique qui Curiæ subsunt, ei in licitis obedire, & vocati ad eum accedere. a *d. instr. art. 5.*

V. Præsides durante hoc nostro bello fuerunt,

Adrianus Milius,

Gerardus Wijngaerden, Benthusæ Dominus,

Petrus Inojossa,

Nicolaas Cromholtius,

Johannes Oom van Wijngaerden, Dominus Werckendami,

Nunc vero eum obtinet locum

Johan-

a §. 4. *Licet & præsidi reliquos Consiliarios in Curiam ratione justitiæ administrandæ convocare.*] *Artic.* 4. *Instruct. Cur. Holl. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 8. *cap.* 3. *nu.* 2. Apud Ro. tribunus, præfectus urbi, consul, dictator, Prætor, Senatus convocandi jus habebant. *Gellius lib.* 14. *cap.* 7. *Cicero tertio de Orator.*

b §. 4. *Tenentur dicti Consiliarii, aliique qui Curiæ subsunt, ei in licitis obedire*] *Art.* 14. 15. 39. 65. *Instr. Cur. Holl. Cicero primo de oratore ait, senatorem tria observare debere. Primo, ne in dicendo sit infinitus, propterea quod brevitas non modo senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in dicendo: secundo, ut adsint, quoties in frequenti ordine res, de qua consultandum foret, gravitatem magnitudinemque habet: tertio, ut rogati dicant.* Qui vero die senatus non adesset, invitus cogi poterat. *Lipsius lib.* 2. *antiq. lectio. cap.* 5. *Tullius: Quid autem*, inquit, *erat caussa, cur in senatum hesterno die tam acerbè cogerer.* Modi cogendi erant, multæ dictio, & pignorum capio. *Idem tertio de Oratore: Hic cum homini, & vehementi, & diserto, & imprimis forti ad resistendum, Philippo quasi verborum faces admovisset, non tulit ille, & graviter exarsit, pignoribusque ablatis coërcere Crassum instituit.* Rursum *Philippica prima: Quis autem unquam tanto damno senatorem coëgit? aut quid est ultra pignus, aut multam? qui si scisset, quam sententiam dicturus esset, remisisset aliquid profecto de severitate cogendi.*

Johannes Dedel.

VI. Consiliariorum vero præcipuum munus est, causas in consilium referre, ibidemque suffragiis suis eas terminare; hi ab omni antiquitate lecti [a] ex indigenis, ut docent diversa privilegia à Merula [1] allegata.

1 *Mer. lib.4.dist. 3. tit. 4. c. 1.*

VII. No-

a §. 6. *Ex indigenis*] Circa personas eligendorum magistratuum varia considerari debent. Primo namque quod ad originem attinet, quæritur; an indigenæ sint extraneis præferendi? Quod affirmandum est. *H. Grotius introduct. lib.* 1. *part.* 13. *nu.* 6. *Idem de jure belli ac pac. lib.* 1. *cap.* 4. § 7. *nu.* 5. *Lentulus de statu rei Ro. lib.* 1. *cap.* 20. *Groenewege de ll. abrogat. ad l. ult. nu.*6. *C.de crim. sacrileg. Nov.*149. *cap.* 1. *Cujacius ad tit. ff. de orig. jur.* §. *postea cum Appius.* I. Propter auctoritatem divinam. Siquidem Deus ipse jubet: ut, quoties eligatur magistratus, è numero fratrum eligatur. *Deutero. cap.* 17. *versu* 15. Atque hoc passim in omnibus omninò regionibus observatur. II. Quia indigenæ civibus gratiores sunt, magisquè nosse leges & consuetudines præsumuntur, majoriquè fide ac charitate patriæ obstricti tenentur: cui omnia etiam vita debetur, *Auctor ad Herennium libro quarto: Sapiens, qui omnia reipublicæ caussa suscipienda pericula putavit, sæpe ipse secum loquitur: non mihi soli, sed etiam, atque quod eo multò potius natus sum patriæ: vita, quæ fato debetur, saluti patriæ potissimum solvatur.* Contra extranei avari, & parum de conservandis & augendis reipub. viribus solliciti. *Schoneborneru lib.* 2. *polit. cap.* 5. Quid si inter indigenas idonei non inveniantur? eo casu peregrinæ virtuti ad honores aditus non est claudendus. Prudentis itaque principis est, hac in re cautè prævidere, ut qui nunc sapientiorem minus sapienti; nunc extraneum indigenæ; nunc pauperem diviti, prout actus cujusque & rei natura fert, præponit. nam virtutis & doctrinæ præcipua in magistratibus eligendis ratio haberi debet: quemadmodum docet *Plato in lib.de legibus. Puffendorff.de jure natur. lib.* 8. *cap.* 4. §. 25.

Ex *edicto Ordin. Holland. An.* 1570. **De gequalificeerste**] **Accoord tusschen Holland en Zeeland An.** 1596. **Artic.** 2. Non solum sufficit, ut incolæ ad honores admittantur & aliis præferantur ut supra dictum est: sed insuper

super requiritur, ut sint divites: nam opum quoque ratio habenda est; quia locupletes minus inhiant muneribus, & melius attendunt quieto statui reipublicæ: qui ea pereunte maximum damnum incurrerent. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 9. *cap.* 1. *nu.* 1. *l.* 6. *C. ad l. Jul. repetundar. l.* 14. *§.* 3. *ff. de munerib. Wesembecius ad tit C. de magistrat. municipalib. nu.* 5. *Heinsius in paraphrasi ad Aristotel. polit. lib.* 2. *cap.* 9. *Gellius lib.* 14. *cap.* 2. *l.* 8. *ff. de munerib. & honor. Grotius de jure bell. ac pac. lib.* 2. *cap.* 17. *§.* 3. *Max. Valerius lib.* 6. *cap.* 4. Prædicta tamen ita intellige, si sc. & pecunia & virtus simul concurrant: nam primò virtutis, deinde pecuniæ ratio habenda est: etiamsi hodiè inverso ordine id fiat. Præterea in magistratibus eligendis, ætatis quoque ratio habenda est. *Omphalius de civ. polit. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. 3. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 7. *§.* 18. *nu.* 1. *Tiraquellus de jure primogenit. in præfatio. nu.* 172. Nam in senibus multarum rerum experientia. *Eccles. cap.* 8. *vers.* 10. 11. 12. *Cicero in Catone: Consilium, ratio, & sententia nisi esset in senibus, non summum consilium majores nostri senatum appellassent. Flavius Vopiscus in Tacito: Et quis melius quam senex imperat. Justinus lib.* 43. *histor. cap.* 3. *& lib.* 11. *cap.* 6. *Bodinus de repub. lib.* 3. *cap.* 1. *Florus lib.* 1. *cap.* 1. Contra, juvenes inscii, inexperti, molles, & dolis facilè capiuntur: cujus exempla extant apud *Justinum lib.* 1. *Histor. cap.* 8. *l.* 4. 6. *ff. rem pup. salv. fore.* Imò ipse Deus, ubi impiis minatur: *Dabo*, inquit, *pueros reges eorum, & effœminati dominabuntur eis*, *Esai. cap.* 3. *v.* 5. Et alibi: *Væ tibi terra, cujus rex puer est.* Et licet extent varia juvenilis prudentiæ exempla; rarò tamen id evenit: & vix est, ut ante vigesimum quintum ætatis annum animus obducatur veræ prudentiæ cortice: quo anno olim ad honores admittebantur. *l.* 8. *ff. de munerib. l.* 2. *ff. de vacatio. & excusatio. muner. l.* 2. *§. fi. ff. de jure immunitat. l.* 11. *ff. de decurionib. Cujacius lib.* 21. *observ.* 32. Hodiè tamen pro diversitate statutorum municipalium varia est apud nos ætas, qua quis ad rempub. admittitur. *Groeneweg. de ll. abrogat. ff. ad l.* 8. *ff. de munerib. & honor.* At quæritur, an consuetudine induci possit; ut minor in dignitate majorem præcedat. Respondeo, id fieri non posse: quia talis consuetudo rationi adversatur: præcipuè cum ordo secundùm gradus dignitatum fluat ex jure naturali. Atqui jus naturale à consuetudine immutari non potest, *§. ult. J. de jure nat.* Ergo istiusmodi consuetudo, utpote rectæ rationi contraria

ria omninò reprobanda, *l. 2. C. quæ sit longa consuet.* Porrò in honoribus deferendis consideranda est vitæ integritas, virtus, ingenium: hæc quia mulieribus absunt, ad honores admitti non debent. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 7. §. 17. cap. 11. §. 5. nu. 1 Corasius lib. 2. miscellanea. jur. cap. 25. num. 7. 8. Bartolus ad rub. ff. de leg. num. 1. 6.* Fœminæ molles, leves, quæ amorem, non reverentiam creant. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 11. §. 5. nu. 1. Hottomann. Consil. 142. nu. 9 Cicero pro Cluentio: Mulier abundat audacia: consilio & ratione deficitur.* A natura ipsa timidæ magis quam timendæ: nulla igitur his auctoritas. *Zasius ad l. nam & nu. 3. ff. de ll. Justinus lib. 14. cap. 5.* Enimverò quale regnum, ubi Cleopatra, ubi Messalina imperat! Non adversatur, quod de Semiramide testatur Justinus, Pomponius Mela, alii. Respondet *Aristoteles lib. 2. polit. cap. 7. Just. Lipsius de civili doctri. lib. 2. cap. 3.* Insuper non contrariatur quod de Debora Israëlitarum fœmina legitur *Judic. cap. 4. v. 4.* Simpliciter dicendum; illam non tam judicasse, quam divina oracula populo reddidisse. Latè ac doctè eruditissimus *Bacchovius in Treutl. vol. 1. disp. 8. th. 2. litt. A.* Apud Romanos gesta mulierum semper infausta habita; nec eas ad sceptrum aut decus admisere. *H. Grotius de jure belli ac pacis lib. 2. cap. 9. §. 11 nu. 2. cap. 7. §. 17.* Contra, apud Græcos ad honores mulieribus fuit aditus: quod tamen prohibitum, postquam cum viris in consilium adhibitæ, lis orta esset; Neptuni an Minervæ futuræ urbi nomen tribueretur: maribus pro Neptuno, fœminis pro Minerva in suffragia euntibus: fœminæ cum plures essent, vicerunt. Quamobrem Neptunus indignatus, tantam aquarum vim effudisse fertur, ut Atheniensium terram omnem occuparit maris facies. Hunc ut placarent, eo inter alia supplicio mulieres affectæ, ne unquam ulla fœminarum suffragia ferret, *Conanus ad jus civ. lib. 1. cap. 8. num. 4. Justinus lib. 2. cap. 6.* In summa igitur ad subeunda patriæ munera debent deligi viri primarii, eruditi, graves, divites, ingenio & virtute pollentes, ut docet *Cicero primo de Oratore: Sin autem quæremus, quis esset is, qui ad rempub. moderandam, usum & scientiam & studium contulisset, definirem hoc modo: Qui, quibus rebus utilitas reipub. pararetur augereturque teneret: iisque uteretur: hunc reip. rectorem & consilii publici auctorem esse habendum. Justinus lib. 13. Histor. cap. 1. Merula in prax. civ. lib. 4. tit. 9. cap. 3. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap.*

VII. Nomina tantum recensebimus eorum qui jam eo honore apud nos funguntur,

Hugo Block,
Gerardus Crommon,
Gaspar Kinschot,
Fredericus Dorp, Dominus Maesdami,
Didericus Sixti,
Gualterus de Raet,
Albertus Nierop,
Wilhelmus van Wassenaer, Dominus Veuræ,
Martinus Vet,
Adrianus Pauw, Dominus Bennebroeccæ.

VIII. A Consiliariis separari nequit [a] Graphiarius, qui

*cap.*17.§.2. *Puffendorff de jure nat. lib.*8. *cap.*4. §.23.24. Moribus nostris corruptissimis; sæpe in homines infamissimos; sine tribu, sine nomine honores congeruntur potius, quam conferuntur, *Cicero tertio de Oratore: Nunc verò plerique ad honores adipiscendos, & ad rempub. gerendam nudi veniunt, atque inermes; nulla cognitione rerum, nulla scientia ornati. Puffendorff dicto loco* §.25.

a §.8. *Graphiarius qui dominorum suffragia debet notare, omniaque quæ in consilio agitata & conclusa sunt*] *Art.*65.66.68.86.*ad* 90.*Instr. Cur. Supr.* In judicio requiritur graphiarius; qui sive tabellarius, sive scriba vocetur, haud in magno quidem ponam discrimine. *Merula prax. civ. lib.* 4.*tit.*26.*cap.*1. *nu.*1. 2. 3. *tit.*22 *cap.* 2. *nu.* 3. *tit.*85. *cap.* 1. *nu.* 1: *Damhouder prax. civ. cap.* 149. *nu.* 1. *Christinæus ad ll. Mechliniens. tit.* 1. *artic.* 19. *nu.* 20. *Suetonius in Julio cap.*55. Ejus operæ adeò in judicio necessariæ, ut ob ejus defectum omnia quæ in judicio sunt gesta, suo vitio corruant. Officium ejus in eo præcipuè consistit, ut ea quæ in judicio fiunt, diligenter annotet: ut, si post fortè dubium oriatur, verum inde possit elici. *Artic.*37. *Instruct. Curiæ Holland. cap.* 12. x. *de probatio. Cassiodorus lib.* 11. *Var. cap.* 21. *Scribarum officium securitas solet esse cunctorum: quoniam jus omnium ejus sollicitudine custoditur. Alios enim depopulantur incendia, alios nudat furtiva surreptio, nonnullis negligentia perit, quod diligens*

qui dominorum suffragia debet notare [1]; omniaque quæ in Consilio agitata & conclusa sunt [2]: Item omnia acta & mandata Senatus exarare, omnia quoque statuta & edicta in unum volumen colligere [3], ei muneri antea præfecti fuerunt,

1 d. instr. art. 31.
2 d. instr. art. 34.
3 d. instr. art. 32, 33.

Petrus Hanneman,
Antonius Duyck,
Henricus Pots,
Franciscus Cryep,
Cornelius Rolland,
Nunc vero ei præest
Adrianus Pots.

IX. Consiliariis proximi sunt [a] Advocati Fisci, alter

gens auctor adquirit. sed de publico robustissime reparatur, quicquid à privatis amittitur. Hinc non minor quin potius major integritas & probitas in scriba requiritur quam in ipso judice: quia maxima probitas & dexteritas in iis necessaria est, quorum scripta fidem publicam merentur. *Merula prax. civ. lib. 4. tit. 52. cap. 1. nu. 2. l. 1. §. pen. ff. de constitutio. Princip. Wesembecius ad tit. ff. de probationib. nu. 4. c. 10. x. de probatio. c. 23. x. de electio. Nov. 15. in pr. Nov. 6. cap. 8. in fine l. 14. C. de judic.*

a §. 9. *Advocati Fisci &c.*] *Articul. 25. Instruct. Curiæ Holland. Articul. 51. 54. 57. 58. 61. 62. Instruct. Curiæ Sup.* Jure veteri accusatio publica erat, ut constat *ex tit. J. de pub. judic. l. 92. ff. de furt. l. 1. ff. de public. judic. l. 1. 9. C. de accusationib. Bodinus de repub. lib. 4. cap. 6. Brissonius lib. 2. Antiquitat. Romanar. cap. 1.* Hodie verò nullus ad accusandum admittitur. *Groenewege de ll. abrog. tit. de accusatio. Papon de arrest. lib. 24. tit. 1. arr. 2. l. 30. C. ad l. Jul. de adulter. Zypaus notit. jur. Belg. tit. de transactionib. Bort in tract. criminali tit. 4. nu. 32.* Soli namquè procuratores regii publicam ex crimine vindictam persequuntur. *Bodinus de repub. lib. 5. cap. 3. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 20. §. 15. Groenewege de ll. abrogat. ad l. 31. §. 2. ff. de adimend. legat. Imbertus Instit. forens. lib. 3. cap. 1.* Idquè, non sine summa ratione introductum videtur: siquidem nemo privatus personam accusatoris sine maxima

maxima invidia tum ejus quem accusat, tum ejus amicorum, suscipere potest: unde sæpè seditiones, tumultus, rixæ, delicta oriebantur; quæ omnia leges evitare volunt. Præterea inscriptionis necessitas, & pœnæ talionis periculum impedimento erant, quo minus delicta punirentur. *l.* 13. 17. *C. de accusatio. Aristoteles lib.* 5. *ethic. lib.* 5. *l.* 2. *C. de exhib. reis, H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 1. *cap.* 2. *§.* 8. *nu.* 7. *lib.* 2. *cap.* 20. *§.* 10. *nu.* 2. *Gellius lib.* 20. *cap.* 1. *Exodi cap.* 12. *v.* 29. *Seneca de Benefic. lib.* 4. *cap.* 4. Crimina enim puniri, & pœnas ob maleficia solvi, vigor publicæ disciplinæ suadet. *Gail. lib.* 2. *observat.* 110. *nu.* 40. *l.* 95. *§.* 1. *ff. de solutionib. l.* 18. *§.* 1. *ff. de judic. Cicero Philippica octava: In corpore si quid hujusmodi est, quod reliquo corpori noceat, uri, ac secari patimur; ut membrorum aliquid potius, quam totum corpus intereat. Sic in reipub. corpore, ut totum salvum sit, quicquid est pestiferum, amputetur.* Nec magni ponderis est quod nonnulli adferunt: sine accusatione criminale judicium non procedere. *Wesembecius ad tit. ff. de accusatio. nu.* 3. *l.* 62. *ff. de judic. Articul.* 53. *Instruct. Curiæ Supr. Artic.* 19. *Instruct. Curiæ Holland.* Quod argumentum procedit, si fama & inquisitio accusationem non præcesserint, quæ accusatoris locum sustinent. *Durandus in speculo lib.* 3. *tit. de inquisitio. §.* 2. *nu.* 7. *c.* 17. 19. *x. de accusatio. Bort in tractat. crim. tit.* 4. *nu.* 40. *Scaccias de judic. lib.* 1. *cap* 31. *num.* 5. Sunt etiam qui objiciunt; nemine accusante, judicem ex officio inquirere non posse. Sed facilè etiam hunc impetum eludimus: nam non tantum de jure civili, sed etiam de jure Canonico ob utilitatem publicam inquisitio permissa est. *Suetonius in Julio cap.* 48. *tot. tit. x. de accusatio. & inquisitionib. Deut. cap.* 19. *v.* 6. *Exod. cap.* 2. *v.* 11. 12. *Paulus ad Roma. cap* 5. *v.* 3. 4. *Proverbior. cap.* 20. *v.* 8. Et quo magis est: judex non solum deficiente accusatore inquirere in crimina potest; sed etiam ratione officii id facere tenetur. *Duarenus disputat. lib.* 1. *disp.* 3. *Bort in tractat. crim. tit.* 7. *nu.* 56. *tit.* 4. *nu.* 33. *Brunnemannus ad l.* 13. *ff. de offic. præsid. nu.* 1. *Cujacius lib.* 1. *observ. cap.* 33. *l.* 6. *C. de defensor. civitat. l.* 4. *§.* 2. 3. *ff. de noxalib. actio. Nov.* 128. *cap.* 21. *l.* 1. *C. de custod. reor.* Præterea non obstat. *l.* 6. *in pr. ff. de custodia exhibitio reor.* Quandoquidem dicendum, legem debere intelligi de irenarchis sive delatoribus crimen deferentibus, ne quis ex sola delatione, & sic inauditus condemnetur. Nam ut hodie fit inquisitio per famam & aliis legitimis modis: ita olim in crimina inquirebant delatores,

alter criminalium, alter civilium causarum; est enim hoc munus in duas jam partes & personas dissectum; cum prius ab uno administraretur, addito ipsi procuratore generali, cujus Officium jam abolitum est. Criminalium rerum advocatus ea procurat quæ ad delicta & pœnas pertinent, & nominatur

Cornelius Boy.

Civilium vero rerum advocatus proprie eas res tractat, quæ Dominium Principis tangunt, & Cameræ Rationali subsunt, cui nomen,

Theodorus Graswinckel,

X. Sunt

latores, & illi quibus id publicè mandatum erat. *tot. tit. C. de delatorib.* Quia vero sæpissimè illi audita duplicabant, innocentes deferebant; meritò id pessimum genus hominum è medio sublatum est. *Auctor ad Herennium libro secundo: Quadruplator, ut breviter describam, capitalis est: est enim improbus & pestifer civis. Suetonius in Tiberio cap. 8. Idem in Julio cap. 1. Martialis:*

Turba gravis paci, placidaquè inimica quieti,
Quæ semper miseras sollicitabat opes.
Traducta est Getulis, nec cepit arena nocentes,
Et delator habet quod dabat exilium.

Hodie delatores rarissimi, innocentia secura. Nec immeritò. Nam ubi sunt magistratus, ubi prætores, ubi advocati fisci qui publico nomine accusant: cur ad id quisquam admittatur, nisi qui aut suam aut suorum injuriam persequatur? Si in bello vix probentur insidiæ, in jure, in judicio valebunt? Quid enim aliud delator facit, quam ut dolo, non dolore: non injuria sed invidia petat?

Ex *Artic. 22. 23. Instruct. Cur. Holland. D. Adv.* **Fiscael sal niet geve opinie**] Officium advocati fisci est, latrones, fures, plagiarios, sceleratos inquirere. *Merula in praxi. lib. 4. tit. 14. cap. 3. l. 1. C. custod. reo. l. 6. ff. eod.* Ipse enim nec damnare, nec sententiam dicere potest. *Papon. lib. 6. tit. 2. arrest. 2. Merula dicto loco cap. 10. nu. 1.* Nam iniquum habetur, partes judicis & accusatoris simul sustinere. *l. 17. ff. de judic. l. 10. ff. de jurisd.*

X. [a] Sunt & sex Curiæ [b] Secretarii, qui omnia rescripta Curiæ ad libellos supplices, (*nobis* Apostillen) omnia item mandata, [c] scripto consignant, & Commissariis à Curia deputatis diligentem operam navant, eorum nomina hæc sunt,

Justus Hogenhoeck,
Guilielmus Alsen,
Guilielmus vander Gracht,
Andreas Strijen,
Balduinus Driewegen,
Franciscus Boot,

XI. Habet & suum substitutum Graphiarius, qui in auditorio publico duobus Commissariis adsidet, titulos causarum prælegit, dicta aut scripta partium annotat, contumacias & defectus recenset, denique sententias

jurisd. l. 1. §. 2. ff. quod legator. tot. tit. C. nequis in sua caussa judic. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 7. §. 2. nu. 2.

a §. 10. *Sunt & sex Curiæ*] Justinianus singulis judicibus in cognitione caussarum duos exceptores sive scribas assignat, & totidem executores. *Cujac. ad Nov. 82. litt. F.*

b §. 10. *Secretarii*] *Artic. 37. 171. Instruct. Curiæ Holland.* Grapheum commendat memoria, scientia, fides, ut supra dictum est. Apud Græcos & Romanos olim id vilissimum munus fuit habitum: unde per contemtum Æschines à Demosthene vocatur *scriba pestifer. Albericus Gentilis Advocat. Hispanic. lib. 1. cap. 18. Stephanus de jurisdictio. lib. 2. cap. x. nu. 18.* Posterioribus temporibus, ut & hodie, id officium honorificum esse cœpit. *Ærodius in pand. rer. judicatar. lib. 2. tit. 9. cap. 1.* Nemo siquidem ad id admittebatur, nisi & honesto loco natus, & vitæ integrioris esset. Ammianus Marcellinus refert, quandoquè ipsos graphiarios ad consulatum pervenisse. Et Eumenes Cardianus regis Philippi scriba, ad tantum honoris fastigium surrexisse dicitur, ut inter primos totius Græciæ haberetur.

c §. 10. *Libellos scripto consignant.*] *Artic. 33. 34. 63. 70. 58. Instruct. Curiæ Holland. Plinius lib. 1. ep. 10: Sedeo pro tribunali: subnoto*

tias interlocutorias & definitivas pronuntiat, cui jam Officio præest

Johannes van Campen.

XII. Sunt item duo [a] Quæstores utriusque Curiæ (*vulgo* **Rentmeesters van de Exploicten**) qui omnes mulctas aliaque Curiæ compendia recipiunt & expendunt. Est & alius Quæstor (*cui nomen* **Penningmeester**) qui recipit emolumenta graphæi: Sunt præterea & apparitores sive accensi permulti, quorum cap. præcedente facta est mentio, qui Curiæ inserviunt & citationes peragunt, ac sententias exequuntur, quorum munus variis in instructione articulis est comprehensum.

XIII. [a] Duo autem sunt Primores, (*vulgo* **eerste Deurwaerders**) qui Consiliariis ad ostium inserviunt, & omnes [b] citationes Hagæ & [c] in Hagiensi territorio soli peragunt, in reliquis aliis apparitoribus similes.

XIV. Po-

noto libellos: conficio tabulas. Wassenaer in praxi civ. cap. 1. art. 1. nu. 36. Merula in meth. proced. lib. 4. tit. 10. cap. 1. nu. 2. & tit. 48. cap. 1. n. 1. Aristoteles lib. 6. polit. cap. 8. Brissonius lib. 4. antiq. cap. 21. Bouriciq. de offic. adv. cap. 17.

a §. 12. *Quæstores utriusque Curiæ, qui omnes mulctas aliaque Curiæ compendia recipiunt & expendunt*] *Artic.* 28. 202. *Instruct. Cur. Holland. Merula in praxi lib.* 4. *tit.* 12. *cap.* 1. *tit.* 3. *cap.* 11. *num.* 2. *cap.* 2. 3.

a §. 13. *Duo autem sunt primores, (vulgo* **eerste Deurwaerders**) *qui consiliariis ad ostium inserviunt*] *Artic.* 102. *Instruct. Cur. Holl. Artic.* 6. *Instr. Cur. Supr. Merula in praxi lib.* 4. *tit.* 13. *cap.* 4. 5. Justinianus similiter jussit, quemque judicem duos hujus generis administros sive executores habere, ad rem judiciariam tum præparandam, tum peragendam. *Cujac. ad Nov.* 82. *l.* 2. *C. de apparitor. proconf.*

b §. 13. *Citationes soli peragunt*] *Artic.* 107. 202. 221. 223. *Instruct. Curiæ Holland. Amplias. ejusdem Curiæ Art.* 21. 23. Jure antiquo vocationes ad judicem fiebant ab ipsis partibus litigantibus, nulloque apparitore interveniente dies judicii constituebatur. *Duarenus lib.* 1. *disputat. anniverf. cap.* 1. Duplex namque

XIV. Postremi sunt a Nuntii, in hoc solum inservientes ut litteras nomine Curiæ huc illuc ferant: & si qui sunt alii minores ministri, quos recensere hic nihil attinet.

XV. Tribunal Senatus Præsidialis Hagæ in palatio est; ubi olim Comites Hollandiæ diverti solebant; nunc vero ea sedes justitiæ sacrario dicata est. Habet is locus egregium auditorium, ubi causæ orantur: Cameram item interiorem, ubi Senatus quotidie congregatur: & graphæum, ubi acta fideliter custodiuntur: alias

item

namque forma in in jus vocando in usu fuisse, observare licet. Una, erat cum ipse actor reum ad judicem vocabat; altera, cum judicis jussu viator id faciebat. Huic conclusioni non obstat. *l. 5. ff. judic.* Etenim dicendum est; legem loqui tantum de eo casu, quod citatus prætoris auctoritatem contemnere non debeat. ut autem prætoris auctoritas contemta dicatur, non hoc necessariò requiritur, ut citatio jussu judicis ab apparitore sit facta: quandoquidem, ut prætoris auctoritas contemta dicatur, sufficit, modo ipsi non pareatur, licet à privato in jus vocatio sit facta: quoniam eundem habet effectum ac si ab ipso viatore facta esset. Cæterum, jure nostro renovato solis executoribus in jus vocandi potestas concessa est. *Damhouder prax. civ. cap. 58. in pr. Merula prax. civ. lib. 4. tit. 13. cap. 12. Wesembecius ad tit. ff. de in jus voc. nu. 2.* Quid apud Lacedæmonios obtinuerit, *vide Cragium de repub. Laced. lib. 4. cap. 7.*

c §. 13. *In Haglensi territorio*] *Artic. 102. Instr. Cur. Holl. Art. 4. Instr. Cur. Supr. Vid. Merula lib. 4. tit. 24. cap. 5. nu. 2. tit. 13. cap. 4.* Reliqui in alio etiam territorio exequuntur, modo uterque locus Curiis sit subjectus. *Bruneman. ad l. 33. nu. 21. C. de episc. & cleric. Imbert. Inst. forens. lib. 1. cap. 1.*

a §. 14. *Nuntii, in hoc solum inservientes ut litteras nomine Curiæ huc illuc ferant*] *Art. 104. Instructio. Curiæ Holland.* In specie hos judicum administros nuntios appellamus; seu viatores; quibus mandata per litteras dantur, iisque perferendis delegantur, *Symmachus lib. x. ep. 31. Merula prax. civ. lib. 4. tit. 13. cap. 2. Durandus in speculo lib. 1. tit. de procurator. §. 4. nu. 7.*

item cameras ubi Commissarii partes audiunt, & controversiis sopiendis, aut litibus instruendis, vacant; quanquam & illud aliquando domi quisque suæ exequi solent.

1 d. instr. art. 7. XVI. a Auctoritas Senatus consistit partim in exercitio meri imperii, & partim in exercitio jurisdictionis. Ad imperium merum pertinet, leges & statuta condere, quæ omnes in Provincia subditos ligent; in actiones Officialium inquirere, eosque pœnis in officio continere; 1 delicta etiam alia, quæ per annum impunita manserunt, corrigere, & si qua sunt alia ejus generis.

Ad jurisdictionis vero actus (ut de appellatione sileam) referri debent omnes eæ causæ, ex quibus Senatus in prima instantia adiri potest; ut sunt,

Jura, prærogativæ, & dominia Principis, sed ita ut de iis nihil statuatur, nisi re prius communicata cum Camera Rationali 2.

2 d. instr. art. 6.

a Causæ

nu. 7. l. 33. §. 5. C. de episcop. & cleric. Cicero pro l. Manilia: Quod is, qui uno die, tota Asia, tot in civitatibus, uno nuntio, atque una literarum significatione cives Ro. necandos, trucidandosque denotavit. Papegay vol. 1. pag. 108.

a §. 16. *Auctoritas Senatus*] Romulus initio nascentis urbis Romæ centum, postea ea crescente totidem senatores addidit, quorum consilio respub. gubernaretur, *Florus lib. 1. cap. 1.* Habebantur illi tanquam præsides & reipub. custodes, quod in suam tutelam atque fidem populi fortunas & salutem reciperent. Horum vis atque potestas potissimum in magistratibus deligendis, in bellis, triumphis, auxiliis submittendis, legibus ferendis, fuit collocata, *Bodinus de repub. lib. 1. cap. x. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 1. cap. 3. §. 19. l. 9. ff. de ll. Bacchovius ad §. 5. J. de ju. natur. Valerius Maximus lib. 4. cap. 1. Suetonius in Julio cap. 17. in Augusto cap. 35.* Major igitur horum & illustrior auctoritas, major vis ac potestas, quam nostrorum Senatorum: quorum sententiæ ne quidem legum vim obtinent, *Groenewege de legib. abrog. ad l. fin. §. 1. nu. 1. 2. C. de legib.*

a §. 16.

a Causæ viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum: 1.

c Res

1 d. instr. art. 8, ubi & reliqua sequentia.

a §. 16. *Caussa viduarum, pupillorum, & miserabilium personarum*] Nemo regulariter ordinariæ sedis examen declinare valet: neque supremi senatus vel alterius judicis implorare auxilium: sed appellatione facta ad sacrum auditorium venire debet. *tot. tit. ff. quomodo appelland.* Piè tamen concessum ab Imperatore Constantino in *l. unic. C. quando Imper. inter vid.* ne viduæ, pupilli, aliique fortunæ injuria miserabiles, præcipuè si alicujus potentiam perhorrescant, teneantur alibi quam in suprema Curia jurgandi fortunam experiri, *H. Grotius de jure belli ac. pac. lib. 1. cap. 3. §. 18. nu. 1. Gail. lib. 1. observ. 1. nu. 40. Covarruvias pract. quæstio. cap. 6. nu. 2.* Principis enim aut ipsius senatus merentur præsidium, à quibus calliditas non abstinet improborum. Indultum privilegium est à Constantino triplici personarum generi, ut jam diximus: Pupillis nimirum, viduis, & aliis miserabilibus personis, dicta l. unic. Pupillorum appellatione hic veniunt omnes; nec distinguitur utrum tutores vel curatores habeant, nec ne. Nam si id de solis indefensis intelligi deberet; vix unquam ei privilegio locus esset: quod dicere absurdum esset. Repudianda etiam sententia *Sichardi hoc tit. nu. 5*, existimantis; non sufficere ut sit pupillus; sed præterea necessarium esse ut sit simul pauper. Quod admittendum non est: quia id privilegium ob paupertatem non datur; sed ob ætatem multis captionibus obnoxiam. Pupillis subnectit viduas; quarum appellatione etiam virgines nonnulli contineri volunt; quos inter *Fulgosius, Bartolus ad dictam l. unic. Papa decis. quæst. 566. nu. 2. Azo ad Cod. d. t. nu. 5.* Propriè tamen vidua à virgine separatur. *Matth. in Euang. cap. 25. v. 1. 7. Exodi cap. 22. v. 16. 17. Genes. cap. 19. v. 8. §. 4. J. de pub. judic. Groenewege de ll. abrogat. ad l. unic. C. quando Imp. Gellius lib. 5. cap. 12. Plautus:*

Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam.

id est, à viro divisa. Vidua enim ab iduare est, quod dividere significat. *Covarruvias pract. quæst. cap. 7. nu. 2. Gail. lib. 1. obs. 1. nu. 40. Papegay vol. 1. pag. 25. Tertullianus: Naturale vocabulum est fœmina. Naturalis vocabuli generale mulier. Generalis etiam speciale virgo, vel nupta, vel vidua, vel quot etiam ætatis*

tis nomina accedunt. Non obstat versus *Ovidii*:

Dum tamen hæc fient, viduæ cessate puellæ,
Expectet puras pinea tæda dies.

Respondeo, ibi vocabulum viduæ impropriè & abusivè sumi. At quæritur, an eo privilegio gaudeat sponsa, cujus sponsus obiit? Et affirmative concludendum est: tum quia & illa uxor dicitur: tum quia sponsa pro uxore, sponsus pro marito habetur, propter promissionem factam, & spem matrimonii. Imò & in sacris litteris sponsa vocatur uxor. *Deutero. cap.* 22. *v.* 23. 24. *Matth. cap.* 1. *v.* 20. Non quidem ex eo, quod inter uxorem & sponsam nullum omninò sit discrimen: sed quia est uxor futura. Et sæpe in sacro codice denominatio rei à futuro eventu sumitur: quomodo Adam uxorem suam appellat Evam: quia postea futura esset mater omnium viventium. Præterea in sponsa etiam dicitur fieri adulterium. *Deutero cap.* 22. 23. *v.* 25. *Genes. cap.* 19. *v.* 14. *Hos. cap.* 4. *v.* 13. *Cujacius lib.* 6. *obs. cap.* 16. Ab hac sententia recedit *Covarruvias de Sponsal. cap.* 1. *nu.* 17. 18. *Alexander*, alii. Huic sententiæ non adversatur *l.* 13. *§.* 3. *ff. ad. l. Jul. de adult.* Respondeo, legem oppositam non tantum loqui de vindicatione adulterii, sed etiam de accusatione. Si enim, ut jam diximus, adulterium in sponsa admissum statuamus: quid obstat quò minus adulter à viro posset accusari. Præterea non contrariatur *l.* 11. *§.* 7. *ff. de adulter.* Quandoquidem dicendum: non posse in ea stuprum commissum dici, quæ alii jure patriæ potestatis in uxorem data est. Insuper non obstat *l.* 7. *C. eod.* Resp. legem de ea loqui quæ sponsa non fuit. Non tamen pertinet dictum privilegium ad mulieres, quæ cum adolevere, sine viris innuptæ vivunt, *Gail. lib.* 1. *observ.* 1. *nu.* 41. *Art.* 8. *Instruct. Curiæ Holland. Merula in praxi civ. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 9. *num.* 7. Ratio est, quia illæ cum maximo damno reipub. vivunt, cujus interest humanum genus multiplicari, *l.* 1. *ff. soluto matrimo. Valer. Maximus lib.* 7. *cap.* 7. Dissentit *Wassenaer in praxi civ. cap.* 1. *art.* 1. *nu.* 8. *Brunemannus ad dictam l. unic. C. nu.* 2. Refert *Suetonius* cœlibes & orbos à censoribus notari solitos. Huc pertinet & illud *Ambrosii in Lucam*: *Erat enim*, inquit, *deforme liberos non habere, quod etiam legum civilium auctoritate fuit multatum. Plinius Panegyr. Locupletes ad tollendos liberos, ingentia præmia, & pares pœnæ cohortantur.* Denique, dictum privilegium concessum ab Imperatore personis miserabilibus. Vocat autem Constantinus personas miserabiles, quæ ob injuriam fortunæ misericordia dignæ;

a Res monetariæ & similes.

Dissidia inter Civitates & Castella totius Provinciæ, Chyrographa Officialium sub eorum sigillo, aut signo, & nobilium, sed per modum præveniendi.

Chirographa omnia continentia clausulam b prorogatæ jurisdictionis, inter diversarum civitatum inhabi-

dignæ: quales sunt qui laborant morbo sontico, *l.* 113. *ff. de verb. signification.* Eodem in numero sunt furiosi, cæci, muti, surdi, alii: etiamsi nonnulli, & quidem non sine ratione, id judicis arbitrio & religioni committant: quos inter *Guido Papa in suis decisionib. quæst.* 566. *nu.* 1.

Ex *Ampliat. Instruct. Curiæ Holl. An.* 1580. *Artic.* 1. *Ampliat. an.* 1644. *ejusdem Curiæ. Artic.* 8. *Instruct. Curiæ Supr.* Niet by cessie] Antedictum privilegium cessat, si actio viduis, pupillis aut aliis miserabilibus personis sit cessa, *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 9. *nu.* 2. *Papegay vol.* 2. *pag.* 34. Idemque juris est, si res ex hereditate vel donatione ad dictas personas pervenerit. *Merula dicto loco l.* 3. *C. de edicto D. Hadria. toll.* Non obstat id quod dicitur in libro formul. vulgo de *Papegay vol.* 2. *pag.* 34. Respondeo enim, id tum demum locum habere si actio ex hereditate parentis ad eas pervenerit. Denique cessat privilegium, si litis æstimatio summam constitutionibus expressam non superet. *Papegay vol.* 1. *p.* 25.

a §. 16. *Res monetariæ*] *Artic.* 9. *Instruct. Curiæ Provincial. Papon de arrest. lib.* 1. *tit.* 6. *art.* 9. *Zypæus notit. juris Belg. lib.* 11. *de veter. numismat. potestate.*

b §. 16. *Prorogatæ jurisdictionis.*] *Artic.* 8. *Instruct. Curiæ Provincial.* Non tantum ille, qui habet jurisdictio suo jure, eam alii delegare potest: verum etiam jurisdictio, quam quis vel proprio jure vel delegatam habet, potest consensu litigantium ei prorogari: & sic vi hujus prorogationis poterit inter eos jus dicere. *Goveanus lib.* 2. *tit. de jurisdict. ad l.* 15. *num.* 1. 2. *l.* 1. *C. de jurisdictio. Groenewege ad l.* 2. *ff. de judic. l.* 1. *ff. eod. Wassenaer prax. civ. cap.* 1. *artic.* 1. *nu.* 6. 10. *Brunemannus ad l.* 15. *nu.* 1. *ff. de jurisdictio. Papegay vol.* 1. *p.* 34. Non obstat *l.* 3. *C. de jurisdictio.* Dicendum est; aliud esse dare jurisdictionem non habenti; aliud se subjicere ejus jurisdictioni, cui aliàs non fuissent sub-

habitatores, si Senatus [a] verbis exsertis nominatus sit [1].

1 postr. Ampl. instr. art. 6.

Possessoria beneficiorum, & [b] feudalia.

Privilegia & consuetudines, si de eorum vitio moveatur controversia.

Arresta

subjecti. *Bacchovius vol.* 1. *in Treutl. disp.* 3. *th.* 7. *litt. E.* Praeterea non obstat illud *Ciceronis pro Cluentio: Neminem voluerunt majores nostri, non modo de existimatione cujusquam; sed ne pecuniaria quidem de re minima, judicem esse, nisi qui inter adversarios convenisset.* Respondeo, non dicere Tullium à privatis solere dari jurisdictionem judici eam non habenti: sed tantum, olim à litigantibus judicem eligi licuisse. Album enim erat judicum, in quod judices omnes à praetore relati erant qui controversiis dirimendis praeessent: ex quo contendentes unum poterant, de quo inter eos convenisset, eligere. Limita tamen, hanc consensu partium litigantium prorogationem non procedere, si summam constitutionibus definitam non excedat. *Artic.* 2. *Instruct. Curiae Holl.* **in kleyne sake.** *Ampliat. ejusdem Curiae artic.* 5. 6. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 14. *nu.* 7. *Groenewege ad l.* 1. *ff. de judic.* Ratio est; quoniam extra istam summam judex est incompetens. Quid si quis plures actiones contra unum habeat, easque simul intendat, quarum summa conjuncta excedit jurisdictionem? Resp. jurisdictionem esse fundatam; neque fieri cumulationem summarum, ut jurisdictio impediatur: quia sunt plures caussae & quidem à se invicem separatae ac distinctae: quas cum separatim exequi conceditur; an ob earum conjunctionem judicis jurisdictiò impedietur. *l.* 11. *ff. de jurisdictio.*

a §. 16. *Exsertis verbis*] *Artic.* 6. 7. *Ampliat. Instruct. Curiae Holl. an.* 1644. *Consilia Batav. vol.* 4. *cons.* 269. *Wassenaer prax. civil. cap.* 1. *art.* 1. *nu.* x. *Papegay vol.* 1. *pag.* 21. 26. 34. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 1. *ff. de judic. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 14. *nu.* 4.

b §. 16. *Feudalia*] Caussae feudales coram domino feudi vel paribus Curiae ventilari solent. Coram domino feudi, si inter ipsos vasallos lis orta fuerit; coram paribus Curiae, si controversia sit inter ipsum feudi dominum & vasallum, *c. unic. de probib. feudi alienat. per Frederic.* In Belgio indistinctè

Arresta quoque & a mandata pœnalia.

Potest & b Senatus per modum præveniendi omnes admittere, ad se à criminibus impositis purgandos.

Item fundatur ejus jurisdictio si duo ex eodem instrumento vocandi sunt, qui in diversis urbibus aut pagis habitant.

XVII. Idem

stinctè omnes quæstiones feudales coram Curia Hollandiæ ventilari debent. *Wassenaer prax. civil. cap.* 1. *artic.* 1. *nu.* 15. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 2. *cap.* 11. *H. Grotius introduct. part.* 41. *nu.* 61. *Consilia Batav. vol.* 3. *consil.* 326. *Groenewego de ll. abrog. ad tit. de feud. lib.* 1. *tit.* 5. *nu.* 5. *& tit.* x.

a §. 16. *Mandata pœnalia*] *Art.* 96. 114. *Instruct. Curiæ Supr.* Jure veteri ipse prætor interdicta concedebat. *pr. J. de interdict. Quintilianus lib.* 7. *cap.* 5. Moribus nostris à Curia Provinciali decerni solent. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 2. *nu.* 24.

b §. 16. *Senatus per modum præveniendi omnes admittere, ad se à criminibus impositis purgandos*]. *Artic.* 8. *Instruct. Curiæ Holland.* Regula juris antiqui est, Actorem sequi forum rei, non reum actoris. *c. cum sit* x. *de foro compet.* Nam ubi reus domicilium habet, vel tempore contractus habuit, licet hoc postea transtulerit, ibi eum conveniri oportet. *l.* 2. 5. *C. de jurisdictio.* Et si quis reum ad alium judicem traxerit, omnes litis expensas & sumtus incurrit. Quoties tamen agatur ex lege diffamari, actor non forum rei sequi tenetur; sed eo omisso, in prima instantia ad Curiam vocari potest. *Bort in tractat. criminal. tit.* 3. *nu.* 13. *Neostadius decis. Curiæ supr. decis.* 101. *Mysingerus cent.* 5. *observ.* 81. *num.* 1. *Boërius decis.* 255. *nu.* 7. *Papegay vol.* 1. *pag.* 87. 514. 520. In Germania & Hispania diffamator electionem habet, quem judicem adire velit. Brunemannus *cent.* 4. *decis.* 75. *nu.* 1. *Covarruvias lib.* 1. *variar. resolut. cap.* 18. *nu.* 6. In Zelandia diffamatus diffamatoris judicem sequi tenetur. *Papegay vol.* 1. *pag.* 88.

Ex *Articul.* 8. 12. *Instruct. Curiæ Holland.* Van Concussie.] Si Officiales quid metu potestatis civibus extorserint; ut severioribus legum vinculis in hos animadvertatur, in prima instantia ad Curiam vocari possunt, *Wassenaer prax. civ. cap.* 1. *art.* 1. *nu.* 8. *l.* 3. *C. de his quæ vi met. Groenewege de ll. abrog. ad l.* 4. *C. ad l. Jul. repetundar.*

XVII. Idem fere de Suprema Curia judicium esto, quæ successit in locum & auctoritatem Curiæ Mechliniensis, ut jus dicat sine ulla provocatione; & erecta est durante bello à Principe Guilielmo Nassavio, Hollandiæ, Selandiæ & West-Frisiæ Gubernatore, anno 1582. habet & hæc suum Præsidem, de cujus munere jam ante egimus, eo functi sunt,

Johannes à Banchem,
Renaldus Brederodius, &
Cornelius Haga, qui etiamnum eo fungitur.

XVIII. Habet & Consiliarios, quorum nomina hæc sunt,

Reinerus Pau,
Nicolaus Reigersberg,
Antonius de Wael,
Georgius Rataller Doublet,
Johannes Heemskerck,
Jacobus Schotten,
Cornelius Pieterson,
Cornelius de Bye,
Franciscus Born.

In hac Curia hoc singulare est, quod a nulla ibi fere possit sententia ferri nisi septem votis, connumerando iis Præsidis, si adsit, suffragio 1.

1 *instr. Cur. sup. art. 1.*

XIX. Tenentur hi justitiam administrare sine respectu personarum, b favore, odio, reverentia aut diffi-

tundat. l. unic. C. si quacumque præd. potest. *Damhouder prax. civ. cap.* 124. *num.* 25. *Consilia Batav. vol.* 3. *consil.* 60. *nu.* 5.

a §. 18. *Nulla ibi fere possit sententia ferri nisi septem votis*] De reo non nisi septem sententiis damnando, vide *Gellium lib.* 9. *cap.* 15.

b §. 19. *Favore, odio*] Procul absit à judiciis odium. *c.* 1. *de sentent. in* 6. Exulet invidia, cum qua nihil rectè fieri, nihil consideratè potest.

potest. *Psal.* 82. *v.* 2. 3. 4. *Seneca lib.* 3. *de ira cap.* 16. 26. *Brunemannus ad l. ult. C. de pœna judic. qui malè judicav. nu.* 1. 2. 3. *Deutero. cap.* 1. *v.* 16. 17. *Proverbior. cap.* 31. *v.* 9. *Cicero pro Cluentio Avito: Sic in hoc loco falsa invidia imbecilla esse debet. Dominetur in concionibus, jaceat in judiciis: valeat in opinionibus, ac sermonibus imperitorum, ab ingeniis prudentium reperietur: vehementius habeat repentinos impetus, spatio interposito, & caussa cognita consenescat. denique illa definitio judiciorum æquorum, quæ nobis à majoribus tradita est, retineatur: ut in judiciis sine invidia plectatur, & sine invidia culpa ponatur.* Jaceat præcipitantia, quæ justitiæ noverca dicitur. *Suetonius in Domitiano cap.* 8. 44. *Cicero pro Cluentio Avito: Est enim sapientis judicis, cogitare, tantum sibi à populo Romano esse permissum quantum commissum, & creditum sit: & non solum sibi potestatem datam, verum etiam fidem habitam esse meminisse: posse quem odit absolvere: quem non odit, condemnare: & non semper quid ipse velit, sed quid lex & religio cogitare: animadvertere, qua lege reus citetur, de quo reo cognoscat, quæ res in quæstione versetur. Cum hæc sint videnda, tum verò illud est hominis magni, judices, atque sapientis, cum illam, judicandi caussa tabellam sumserit, non putare esse solum, neque sibi, quodcumque concupierit licere: sed habere in consilio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem, odium, invidiam, metum, cupiditates omnes amovere. Jacob. cap.* 2. *v.* 9. *Levit. cap.* 19. *v.* 15. *Luc. cap.* 18. *v.* 1. *Jerem. c.* 4. *v.* 5. Utque hoc exactius observaretur; prudenter Romani in singulis caussis judices jurejurando adstrinxerunt, ut pari benignitate gratiaquè, tam reum quam actorem audirent. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 3. *cap.* 19. §. 8. *nu.* 1. *Tanaq. Faber ad Phæd. lib.* 3. *fab.* 10. *Camerarius in meditatio. historic. cent.* 1. *cap.* 32. *Symmachus in ep. Illa ara concordiam tenet omnium, neque aliud magis auctoritatem facit nostris sententiis, quam quod omnia quasi juratus ordo decernit.* Non contrariatur, quod dicatur, *quasi.* Resp. id clarius ex Cicerone posse colligi: *Hoc factum esse*, ait, *in hac civitate, cum senatorius ordo judicaret, ut discoloribus signis juratorum hominum sententiæ notarentur.* Ex quo ordinarii magistratus ipsi judicare cœperunt, semel tantum in principio suscepti officii idjuramentum præstabatur: quod hodie etiam in usu est, *Nov.* 8. *cap. ult. Nov.* 115. *cap.* 1. §. 1. *Bort de regalib. part.* 15. *num.* 6. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 1. *nu.* 4. *C. ne liceat potentiorib. Brissonius lib.* 2. *antiquit.*

2 *d. instr. art.* 7. dissimulatione 2: neque eam retardare aut impedire, propter litteras etiam ab Ordinibus missas; neque ob
3 *d. instr. art.* 9. preces cujuscumque generis personarum 3: [a] Munera nulla, nequidem esculenta aut poculenta, debent ad-
4 *d. instr. art.* 10. mittere 4, neque congiaria accipere à quibuscunque personis, (quod & de Senatu Præsidiali dictum esto,) unde nec consulere possunt ullo modo iis qui lites ali-
5 *d. instr. art.* 11. 13. quo pacto illic habent, aut habere possunt 5.

XX. Est & hoc singulare, quod hæc Curia habuit duos Graphiarios paris dignitatis, alterum Hollandum, alterum Selandum,

priori nomen fuit *Wilhelmus Dedel*, qui jam obiit,
alteri *Ymannus Caeu*, nunc eo munere solus fungitur dictus Dominus Caeu, substitutus vero ei est

Jacobus

cap. 1. *Edict. Ordi. Holland. an.* 1570. *die.* 5. *Jul. artic.* 3. *Barbosa ad ordinatio. reg. Lusitan. lib.* 1. *tit.* 1. §. 1. Et hoc juramentum adeò necessarium est, ut nec consuetudine vel statuto remitti possit. *Mysingerus cent.* 2. *obs.* 76.

a §. 19. *Munera nulla admittere, neque esculenta*] *Zasius ad tit. ff. de officio proconsul. num.* 3. 14. *c.* 1. *de sent. & re judic. in* 6. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 6. 6. *cap.* 2. *nu.* 1. *Exodi cap.* 20. *v.* 21. Nihil est, quod magis judici conveniat, quam se castum, severum ac sanctum præbere; qualis apud *Gellium* depingitur. (*Lib.* 14. *cap.* 4.) Judices enim qui se donis & muneribus corrumpi patiuntur, non tantum in sacris, sed & in profanis libris malè audiunt. Cicero secundo in Verrem: *Etenim*, inquit, *si illud flagitiosum (quod mihi omnium rerum turpissimum, maximeque nefarium videtur) ob rem judicatam pecuniam accipere, pretio habere addictam fidem & religionem: quanto illud flagitiosius, improbius, indignius, cum, à quo pecuniam ad absolvendum acceperis, condemnare.* Paullò post: *Scelus est accipere ab reo: quanto magis ab accusatore? quanto sceleratius ab utroque.* Decem viri grave & horrendum illud crimen jam olim ad curam suam revocarunt, & capitali pœna tales judices puniverunt: imò Deus in æternum eos condemnavit. *Maledictus enim*, inquit,

quit, *qui accipit munera. Deutero. cap.* 27. *v.* 19. *Job cap.* 15. *v.* 34. *Proverbio. cap.* 15. *v.* 27. *Exodi cap.* 22. *v.* 24. At quæritur, an post sententiam quid judici licitè possit donari remunerandi caussa, non ut magis vel minus faciat suum officium. Nonnulli id non prohibitum opinantur; quos inter *Bartolus ad l. amplius. ff. de donatio.* Et sententia negativa nobis melior videtur. Non adversatur *l.* 27. *ff. de donatio.* Respondendum enim est: illam legem oppositam loqui de præceptore seu magistro, cui quid remunerandi caussa dare licitum ac permissum habetur. Longè aliter obtinet in judice: quem indistinctè leges quid accipere prohibent, ut patet ex *l.* 1. *C. de controvers. judic.* An ergo nihil omninò judici accipere concessum? Adhuc idem dicendum erit: & quidem sine ulla distinctione, an titulo emtionis, an donationis; an per se, an per interpositas personas id fiat. Nam, ut vulgo dici solet: quod quis per alium facit, id ipse facere videtur. Et hoc olim tam strictè concludebatur: ut ne præsidi quidem mutuam pecuniam provincialibus dare licuerit. *Cujacius lib.* 6. *observ. cap.* 38. *l.* 33. *ff. de reb. cred.* Imo licet sine usuris daret, nihilominus interdictum erat: quod patet ex dicta *l.* 33: ubi per mutuam pecuniam significatur mutuum, quod sine usuris creditur: per fœnus quod sub usuris datur. *Rittershusius ad* XII. *tab. cap.* 29. Ratio cur mutuum dare prohibitum fuerit Præsidibus provinciarum, hæc reddi poterit: ne metu summæ potestatis quid provincialibus extorqueant. Adpositè *Cicero quarto in Verrem* : *Videte majorum diligentiam, qui nihil dum etiam suspicabantur: verum tamen ea, quæ in parvis rebus accidere poterant, providebant. Neminem, qui cum potestate, aut legatione in provinciam esset profectus, tam amentem fore putaverunt, ut emeret argentum: dabatur enim de publico: & vestem: præbebatur enim legibus. Mancipium putaverunt; quo & omnes utimur & non præbetur à populo. sanxerunt, ne quis emeret mancipium, nisi in demortui locum. si qui Romæ esset demortuus? imo, si quis ibidem. non enim te instruere domum tuam voluerunt in provincia; sed illum usum provinciæ supplere. Quæ fuit caussa, cur tam diligenter nos in Provinciis ab emptionibus removerent? hæc, judices, quod putabant ereptionem esse; non emtionem, cum venditori suo arbitratu vendere non liceret.* Huic opinioni non adversatur *l.* 34. *ff. de rebus credit.* Respondeo, illam legem loqui de apparitoribus & ministris præsidum: quibus & mutuum dare & accipere permissum ac licitum est. Hu-

jusque

Jacobus vander Graef.

XXI. Ad supremæ Curiæ cognitionem, præter Mandata pœnalia, arrestorum, restitutionum, a cessionum, b inventarii, spectant 1,

1 *d. instr. art.* 22.

Omnes causæ de quibus appellatur à Senatu Præsidiali, & minoribus etiam in Selandia subselliis 2.

2 *d. instr. art.* 18, 19, 20, 21.

Omnes

jusque rei ea dari ratio potest: quod præsides tantum ad certum tempus: illi contra semper in provincia manent: nec illorum tanta ut præsidum potestas: unde nullus in ipsis metus extorsionis vel illicitæ exactionis est.

a §. 21. *Cessionum*] *Artic.* 23. *Instruct. Curiæ Supr. Christinæus ad ll. Mechlinens. tit.* 21. *artic.* 1. *nu.* 2. *Zypæus notit. jur. Belg. lib.*7. *tit. de cessio. bonor.* Jure veteri ex l. Julia in jure solemnibus verbis, cessio bonorum ut quælibet alia cessio, qua dominium impetrabatur, fiebat. Posterioribus constitutionibus, scrupulositate pristina explosa, ipso jure nulla voluntatis professione admittebatur. *l.* 6. *C. qui bonis ced.* Quinimo nihil intererat in judicio an extra id: per nuntium, an per epistolam bona sua quis creditoribus cederet, *l.* 9. *ff. de cessio. bonor.* Cæterum hodiè, ne ea res fraudandi creditores decoctoribus occasionem daret; statutum est, ut non per epistolam vel per nuntium; sed nullus nisi præsens in judicio discinctus gladio cessionem impetret: idque ideo, ut rariùs ad cessionis beneficium convoletur, *l.* 7. *qui bon. ced. poss.*

Tractaet tussen Holland en Zeeland/ An. 1587. **Artic.** 12. **Uytgesondert Brieve van Inductie**] *Groenewege de ll. abrogat. ad l.* 2. *C. de precib. Imp. offer.* Litteræ verò, quas vulgò quinquennales vocamus, ut cessionis beneficium à supremo senatu peti ac concedi solent, *Groenewege ad l. fin. C. qui bonis ced. Wassenaer prax. civ. cap.* 16. *art.* 1. *nu.* 1.

b §. 21. *Inventarii*] Moribus nostris id beneficium non ipso jure ut olim, sed ab ipso Principe vel ejus senatu impetrari debet. *Sande lib.* 4. *decis. tit.* 12. *def.* 1. *Consilia Batav. vol.* 1. *cons.* 27. *Papon. de arrest. lib.* 21. *tit.* x. *arr.* 1. *Zypæus notit. jur. Belg. tit. de jure deliber.* Formam inventarii quod attinet; ea consistit in tempore, personis, confirmatione sive heredis ipsius subscriptione. Tempus est duplex; sc. inchoationis & absolutionis. Inchoationis est, intra quod inventarium

ventarium inchoari debet: idque est triginta dierum. Absolutionis est, intra quod inventarium debet absolvi ac ad finem perduci: quod est trium mensium. Hæc ita quidem jure Cod. erant constituta per *l. ult. C. de jure deliber. & adquir. hered.* Sed jure Nov. distinguendum est inter absentes & præsentes: quo præsentibus dati tres menses inchoandi & absolvendi inventarium. Absentibus verò concessus est annus: qui debet numerari à morte testatoris; non à tempore notitiæ, ut nonnulli volunt. Quod personas attinet, quæ inventario conscribendo, conficiendoque adhiberi debent: sunt creditores, notarius seu tabellio; item legatarii & fideicommissarii. Quæritur; an duo tabularii adesse debeant. Id negandum est. Non in contrarium movet *l. fin. §. 2. C. de jure deliberandi.* Ad quod respondeo: licet in dicto §. mentio fiat duorum; non tamen simpliciter de duobus posse intelligi: quoniam pluralis numerus in singularem debet resolvi; quia reguläriter ad unum actum, unus tabellarius necessarius. Quid si creditores aut illi quorum interest, non adsint? eo casu ipsorum loco adhibentur tres testes, ut intersint & videant quid agatur, *Auth. sed cum testator. C. ad l. Falcid.* Quod ad confirmationem inventarii attinet; necessarium est, ut ipse ei heres subscribat. Quid si scribere nesciat? eo casu notarius pro eo id facere debebit: ita tamen, ut ipse manu propria venerabile crucis signum apponat: ut sc. omnis fraus & dolus excludatur. In dubium à quibusdam vocatur; an si prædictæ solemnitates non observentur, inventarium ob id in totum vitietur ac corruat. Quod affirmandum est, licet nonnulli dissentiant: siquidem in *§. 4. l. fin. C. de jure delib.* Imperator ait, non teneri heredem ultra id quod in hereditate invenitur, si præfatam observationem solidaverint. Rursum in eadem *l. fi.* dicitur, signum crucis essentialem solemnitatem esse: unde meritò concluditur, si omnia solemnia non fuerint adhibita, id penitùs vitiari. Cæterum sciendum est; hodie hanc quæstionem de appositione crucis omninò inutilem esse: quia illud nostro renovato jure non observatur. Quæ forma hodie in inventario conficiendo debeat observari; ea in edicto *Caroli* 5. *an.* 1544 præscripta est. *Damhouder prax. civ. cap.* 18. *num.* 2. *Groenewege de ll. abrog. ad §.* 6. *J. de hered. qualit. Papegay vol.* 1. *pag.* 28. 204. 205. 214. 315. *Sande lib.* 4. *decis. tit.* 12. *def.* 2. *H. Grotius introduct. lib.* 2. *part.* 21. *num.* 23. *Artic.* 229. *Instruct. Curia Holland. Gudelinus de jure noviss.*

Omnes, a causæ possessoriæ & quæ provocationi non sunt subjectæ.

Causæ quoque extraneorum mercatorum, in Hollandia aut Selandia non habitantium.

a Causæ

viss. lib. 2. cap. 18. Neostad. decis. Curiæ supr. decis. 7. Christinæus ad ll. Mechlin. tit. 16. art. 51. nu. 1. 2. Ampliat. Curiæ Holland. Artic. 5. Effectus inventarii est; tum ne interim heredes conveniantur: tum ne ultra vires hereditarias teneantur, nec damnum incurrant, sed spem lucri retineant, *l. ult. C. de jure deliber. Anto. Faber Cod. lib. 4. tit. 23. def. 9. num. 10. l. 22. §. 14. C. dicto tit.* Quid si heres res omnes in inventario non posuerit? eo casu vulgò concluditur, eum beneficium inventarii perdere, & in solidum à creditoribus posse conveniri. Id tamen an indistinctè procedat, non sine ratione in dubium vocatur: nam si justissimus error intervenerit, qui in constantissimum quemque labi possit; nonne durum esset, eum ob id in solidum conveniri? Non obstat *Nov. 1. cap. 2.* Quandoquidem dicendum, in dicta *Nov.* vel nullum planè inventarium fuisse confectum; vel non solemniter. Cæterum sciendum est, ita demum id beneficium hodie dari, si nulli, quos proxima successionis caussa contingit, aut alii ex conjunctis defuncti, licet remotiores, rectâ via bona defuncti velint agnoscere, *Groenewege de ll. abrogat. ad §. 6. J. de hered. qualit. Gudelinus de jure noviss. lib. 2. cap. 18. in fi. Pekkius de testament. conjug. lib. 1. cap. 35. nu. ult.*

a §. 21. *Caussa possessoria*] *Artic. 18. 19. Instruct. Curiæ Supr. Artic. 8. 39. 40. Instruct. Curiæ Provincial.* Hodie si de possessione quæstio movetur, omisso judice ordinario, caussa possessionis in Suprema Curia ventilari debet. *Groenewege de ll. abrog. ad l. x. C. de judic. Bort de retinenda possess. tit. 1. nu. 41. Wassenaer prax. civ. cap. 1. art. 1. nu. 9. in fine Neostad. decis. Curiæ Sup. decis. 127.* Possessionis verò quæstione finita, si victus in summario, de plenario sive de proprietate actionem velit instituere, omnis controversia, postulante id alterutra partium ad judicem in principali caussa competentem remitti solet. *Gudelinus de jure noviss. lib. 4. cap. 2. Papon de arrest. lib. 7. tit. 7. art. 26.* Jure civili nulli prorsus audientia præbebatur, qui caussæ continentiam vellet dividere; & quod in uno eodemque judicio

a Causæ concernentes navigationem, & ex legibus nauticis pendentes.

CAP.

dicio poterat definiri, apud diversos judices agitari prohibuit: atquè alium super possessione, alium super principali quæstione judicem postulare. *l.* 10. *C. de judic. l.* 13. *C. de rei vindicatio. tot. tit. ff. quib. ad eund. jud.* Propriè tamen si perpendas, possessio cum proprietate nihil commune habet. *l.* 1. §. 2. 3. *ff. uti possidet. l.* 12. §. 1. *ff. de adquir. possessio. l.* 62. *ff. de judic. L.* 35. *ff. de adquir. possessio. l.* 14. §. 3. *ff. de exceptio. rei judic. Costalius ad l.* 37. *ff. de rei vindicatio.* Ejusque rei ratio est; quia possessio facti est, dominium juris. *l.* 15. *ff. de adquir. possessio. Jerem. cap.* 17. *v.* 4. *Josu. cap.* 1. *v.* 3. Hinc non sine ratione hodie constitutum est; caussam possessionis & proprietatis sub diversis judiciis ventilari. *C.* 2. 5. *x. de caussa possess. & prop. c.* 2. *x. de ordine cognitio. l.* 25. *ff. de judic. Cujacius lib.* 7. *observ. cap.* 38. *Menochius de retinenda possessio. remed.* 3. *nu.* 76. *Alciat. parerg. lib.* 8. *cap.* 24. Repudianda igitur *Senecæ* aliorumque sententia, existimantium; ridiculum esse proprietatem à possessione discernere. Huic opinioni non obstat *l.* 78. *ff. de verbor. significat.* Etenim dicendum est: nonnunquam abusivè & impropriè possessionem pro proprietate sumi: quod fit in dicta lege opposita. Amplius non adversatur *l.* 8. *C. de adquirenda possessio.* Siquidem in dicta lege proprietas & possessio simul erant venditæ: quo casu etiam æquum erat possessionem & proprietatem simul tradi: unde tamen non sequitur possessionem & proprietatem nihil inter se differre.

a §. 21. *Causæ concernentes navigationem*] Vid. *Wassenaer prax. civil. c.* 1. *art.* 1. *nu.* 19. *Groenewege de ll. abrogat. ad l. ult. C. de jurisdict. nu.* 3. 4. *Idem ad l.* 3. *C. de commerc. num.* 1.

CAPUT IV.

De mandatis Curiæ, per quæ actiones proponuntur, in genere.

I. *Divisiones aliquot ad totam materiam pertinentes* : II. *Præparatoria litis* : III. *Advocati in incheanda lite Officium* : IV. *Et procuratoris* : V. *Libellus ab Advocato offerendus* : VI. *Ejus tenor* : VII. *Commissariorum annotatio* : VIII. *Mandatorum forma* : IX. *Et tenor* : X. *Diei dictio, & citatio per apparitorem* : XI. *Litteræ clausæ mandatorum loco* : XII. *Quando ea locum habeant* : XIII. *Citatio ad domum* : XIV. *Clausula edictalis* : XV. *Clausula auctorisationis* : XVI. *Relatio apparitoris* : XVII. *Marginale citandi mandatum* : XVIII. *Exemplum mandati reo dandum* : XIX. *Et citationis*, XX. *Ut & instrumentorum quorundam.*

I. ABsoluta personarum quæ judicium constituunt inspectione, nunc ad ipsius judicii materiam accedendum est; quæ ad faciliorem tractandi modum dividitur in inchoationem & perfectionem litis. a Inchoationem litis vocamus eam partem quæ ab ingressu ipso ad litis contestationem usque se extendit: per-

a §. I. *Inchoationem litis vocamus eam partem quæ ab ingressu ipso ad litis contestationem*] *Artic.* 42. *Instruct. Curiæ Holland.* Ordo judiciarius tres partes complectitur: quarum prima vocatur dispositiva sive præparatoria, & incipit à litis contestatione. *Zasius tit. ff. de jurisdictio. ad l. more nu.* 60. *Gail. lib.* 1. *obs.* 24. *nu.* 3. Secunda initium sumit à litis contestatione ad conclusionem in caussa. Tertia à conclusione in caussa ad sententiam definitivam. Et quæquè pars habet sua membra: & quicquid in prima parte agitur, in principio judicii fieri dicitur: quia propriè judicium post litem contestatam: quemadmodum docet *Cicero pro Murena*: *Ager Sabinus qui meus, non meus: tunc judicium. l.* 18. 20. *ff. de rei vindicat. Gail. l.* 1. *obs.* 74. *nu.* 2.

l. 15.

perfectionem vero quæ à litis contestatione ad definitivam usque sententiam porrigitur. Primus litis actus, aut in facto aut in non facto, consistit; utrumque aut actoris est aut rei. Actoris factum consistit in actionis institutione, ejusque prosecutione: in actionis institutione consideranda sunt quædam præparatoria, & deinde ipsa actio.

II. Præparatoria in eo consistunt ut litigare volens a idoneum sibi eligat advocatum, aut si res ita postulat duos: quod cum fit, consultum est b unum è senioribus, consilii & experientiæ causa, alterum è junioribus,

l. 15. 16. ff. rem ratam hab. Wesembecius ad tit. ff. de judic. nu. 6. Si caussa levis & summaria, judicium incipit quamprimum cœptum est cognosci. *Maranta in speculo part. 5. de instantia nu. 4.* Membra quæ in prima parte continentur, sunt varia: ut libelli oblatio, citatio, contumaciæ accusatio, satisdatio, judicis recusatio: quæ omnia non habentur pro actis judiciariis sed pro ejus præparatoriis: quia ad caussam tantum principalem viam aperiunt. *Giphanius ad l. 3. C. de edendo.* In secunda parte agitur de negotio principali: ut est confessio, negatio, instrumentorum & testium productio, juramenti delatio, conclusio, aliaquè caussæ instruendæ necessaria.

a *§. 2. Idoneum eligat Advocatum.*] Judicii præparatoria versantur vel circa actorem & reum; vel circa ipsum judicem. Quæ circa actorem & reum considerantur, sunt, ut is qui reum convenire vult, ante adeat Advocatos, & diligenti animi consideratione, & æqua lance trutinet, an ipsi contendendum an verò cedendum conveniat. *Mornacius ad l. 17. §. 1. ff. si servit. vindicet. Merula in prax. civ. lib. 4. tit. 21. cap. 1. nu. 4. 5. Wassenaer prax. civ. cap. 1. art. 1. nu. 2.* In rebus enim gerendis adhibenda est diligens præparatio: nam omnia rectiùs consilio & animi provisione curantur. *Aristoteles lib. 2. rhetor. cap. xx. Menander:*

Consilium in omni praeat negotio.

c. 1. x. ne cleric. vel monach. Nov. 1. cap. 3. l. 2. C. de adquir. possess. l. 3. in f. C. de ingenu. manumiss.

b *§. 2. Unum è senioribus, consilii*

bus, quo melius vacare possit, deligere; itemque procuratorem notæ diligentiæ. Illis totam suam caussam aperiat necesse est, neque ulla reticeat arcana, nisi ipse sibi velit deesse.

III. Advocati tamen etiam est exacte in omnia inquirere, si quid forte litigaturus omittat, quod quomodo faciendum sit, optime verbis Ciceronis explicabimus 1: *Equidem soleo dare operam ut de sua quisque re me ipse doceat, & ut nequis alius adsit quo liberius loquatur, & agere adversarii caussam, ut ille agat suam, & quicquid de sua re cogitavit in medium proferat.*

1 *Cic. de orat. lib. 2.*

IV. Procuratorem vero sufficienti instruat mandato, sive ad solam istam caussam, sive ad omnes, & quidem cum potestate substituendi, id enim mortalitatis ratio exigit. Plura de mandato scire qui desiderat, legat *Sebastiani Vantii tractatum* de nullitate sententiarum, capite de nullitate ex defectu mandati.

a Ad-

filii & experientiæ caussa, alterum è junioribus] Seniores magis experti, & certius quid intendunt quam illi, qui praxi omninò sunt destituti: quia scientia & prudentia sine longa excercitatione non adquiritur: quæ hinc senectuti adscribi solet. *Eccles. cap* 8. *v.* 4. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 23. §. 4. *nu.* 1. Hinc rectè *Angelus* JC. dixit, *non esse confidendum de Medico novello; quia fit occisor parentum: nec de novo Advocato; quia sit litium confusor.* Et plus valet umbra experti senis, quam eloquentia juvenis, juxta *Baldum.* Non malè tamen cum sene juvenes adhibentur: nam sæpè ea alacritas in juventute perspicitur, ut etiam non spernenda ei posse committi videantur. *Gloss. ad l. Gallus. ff. de liber. & posthum. hered. Natura*, inquit, *Cicero*, *unicuiquè suam tempestivitatem dedit: infantium, puerorum infirmitas, ferocitas juvenum, gravitas jam constantis ætatis. Hippocrates:* Γέροντες εὐφορώτατα νηστείην φέρουσι· δεύτερον, οἱ καθεστηκότες· ἥκιστα μειράκια, πάντων δὲ μάλιστα, παιδία· του-

τέων

[a] Advocati vero & procuratoris in ipso illo exordio munus est, mature deliberare de toto negotio, & speciem futuræ litis ac eventum ejus præfigurare: habet enim hic locum quod vetus fert sententia,

Diu

πέων δὲ ἀντέων ἃ ἂν τύχῃ αὐτὰ ἑωυτῶν προθυμότερα ἐόντα. *Senes facillimè jejunium ferunt; proximè post eos, qui sunt stata ætate: minus adolescentes: omnium minimè pueri: atquè inter hos præcipuè, qui acriores ac promptiores sunt ad aliquid agendum.* Immò juniores sæpè perspicaciores, magisquè valent memoria, quæ in Jureconsultis multùm potest. *Chassanæus ad consuetudi. Burgund. in præfat. Tiraquellus de jure primogenit. in præfat. nu.* 150. *Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 1. *cap.* 8. *nu.* 6. Notum namquè est; quam inimica memoriæ sit senectus: adeò quidem, ut nonnulli sint reperti, quos rerum omnium ea ætate cœperit oblivio, *Plinius lib.* 7. *histor. natur. cap.* 24. At quæritur, cur juvenes magis, senes minus valeant memoria? Ad quod breviter responderi potest; id esse à temperamento; quia senibus frigus, sanguinem condensando, ingenium planè obtundit. Indeque est quod senes Aristoteles cum pariete vetusto conferat; qui non retinet, quæ impressa sunt: quia ejusmodi paries in perpetuo motu est: assiduè enim ob vetustatem decidit aliquid calcis & tectorii. Præterea senes nimis anxiè circumspiciunt, & nimio metu optima quæquè consilia corrumpunt: quomodo non multum abfuit, quin Fabius Maximus Cunctator, consilium Scipionis de transferendo in Africam bello, quo rem ille Romanam per omnia restituit eo eversum iret, quod meticulosè nimis consilia expenderet. Vide Liv. Ad cultum tamen Deorum senes sunt reverentiores, tanquam ad Deos citiùs ituri: unde illud adagium: ἔργα νέων, βουλαὶ δὲ μέσων, εὐχαὶ δὲ γερόντων. *Vota senum, juvenum facta, & consulta virorum.*

a §. 4. *Advocati vero & procuratoris in ipso illo exordio munus est, mature deliberare de toto negotio*] *Artic.* 86. *Instruct. Curiæ Holland.* Officium Advocati est, clientibus prospicere, litem non differre, futura providere. *l.* 13. §. 9. *C. de judic. Cicero secundo de Oratore: Sicut medico diligenti, priusquam conetur ægro adhibere medicinam, non solum morbus ejus, cui mederi volet, sed etiam consue-*

tudo

Diu deliberandum est, quod faciendum est semel.

Itemque alia non minus vera:

Ad pœnitendum properat cito qui judicat.

Imprimis vero videndum an non transactione aliqua lis sopiri possit, deinde de genere actionis despiciendum est; nimirum quæ sit intentanda actio; an ea nulla exceptione possit elidi; an clausula arresti aut pœnalis addi debeat; an etiam restitutio in integrum sit imploranda, & alia ejus generis, in quibus sæpe juvat experientia Procuratoris in praxi bene exerciti, ut ea quæ longo usu didicit, Advocato suggerat.

V. Sed antequam ad actionum materiam accedamus, notandum prius, omnia in foro nostro peragi per implorationem officii judicis: judex enim nemini officium suum nisi rogatus impertit. Itaque [a] ante ingressum litis concipiendus, & ab Advocato signandus est

tudo valentis, & natura corporis cognoscenda est: sic equidem cum aggredior ancipitem caussam, & gravem ad judicum animos pertractandos, omni mente in ea cogitatione, curaque versor, ut odorer quam sagacissimè possim, quid sentiant, quid existiment, quid expectent, quid velint, quo deduci oratione facillimè posse videantur. Merula prax. civ. lib. 4. tit. 27. cap. 1. Quintilianus lib. 6. cap. 6. Gellius lib. 1. cap. 22. Suetonius in Claudio cap. 37. l. 1. 14. C. de Advoc. diversor. judicior.

a §. 5. *Ante ingressum libellus concipiendus*] Caussa formalis est, ut libellus concipiatur, isque in principio litis judici offeratur. *tot. tit. C. quando libell. judic. oblat. l. 1. ff. commu. divid. Christinaeus ad ll. Mechlin. tit. 1. art. 19. nu. 9. 10. Wassenaer prax. civ. cap. 1. art. 1. nu. 30. Nov. 107. l. 11. §. 3. ff. ad l. Jul. de adulter. Auth. Offeratur C. de lit. contest. Suetonius in Domitiano cap. 17.* Hæc libelli oblatio necessaria est, in omnibus caussis ordinariis, sive civilibus, sive criminalibus, quoties judex ex nobili officio per inquisitionem non procedit. *l. 4. C. de sent. & interlocutio.*

est libellus, qui actionis formam contineat, (*nobis* **Request om Mandament ofte provisie van Justitie te bekomen**) qui [a] constat ex narratione rei gestæ, sive facti specie, & postulato actoris.

VI. Narratio primo continet alloquium ad Curiam,

cutio. l. 5. ff. quod. vi aut clam. l. 9. §. 3. ff. ad exhib. c. 21. 27. x. de offic. deleg. tot. tit. x. de libelli oblatio. Excipiuntur tamen certæ quædam caussæ, in quibus libelli oblatio non requiritur; ut sunt summariæ in quibus de planò procedi solet; & sufficit qualis qualis petitio viva tantum voce facta. Idem servatur in inferioribus tribunalibus: in quibus jussus judicis regulariter in jus vocationem non præcedit. *Papegay vol. 1. p. 24.* In hanc classem refer etiam casum, quoties Episcopus inter suos subditos cognoscat. *Nov. 83. in pr.* Nonnulli & eum casum addunt, si de caussa modica agatur vilium personarum: quod non videtur admittendum. Non in contrarium movet *Nov. 17. cap. 3.* Respondendum; in d. *Nov.* id non haberi; sed simpliciter dici: absquè scriptis procedendum esse: ex quo non colligitur, libellum judici non offerendum. Alii etiam existimant; quoties coram summo principe litigandum est, libello opus non esse: quia, uti dicunt, Imperatoris præsentia omnem solemnitatem supplet, *l. 19. C. de testament.* Id licet quandam speciem præ se ferre videatur; contrarium tamen verius est: quia non melius princeps quam quilibet alius judex de meritis caussæ cognoscere potest, nisi libellus prius offeratur. Objecerit fortè quis id posse constare ex narratione ipsius facti. Ad quod respondeo; idem locum habere in judice: unde tamen non sequitur, nullum libellum in principio judici offerendum.

Constat ex narratione rei gestæ, sive facti specie & postulato actoris] Qua quis actione velit agere, ea in libello debet exprimi, ut actor speciem litis demonstret, & reus videre possit, utrum cedere an velit contendere. *l. 1. ff. de edendo.* Libelli varia requisita sunt, sine quibus non potest subsistere; adeò ut si illa non inserantur, suo vitio corruat. I. Est nomen judicis apud quem lis ventilanda est. Quæritur; an non sufficiat ab ipsius officio & jurisdictione judicem describere. Id quod sufficere videtur: modo de ipsius persona reo satis constet. II. Est nomen actoris, ut constet

riam, his verbis: *Notum facit Curiæ cum debita submissione N. N.* subsequitur compendiosa facti exegesis, exempli gratia, *quod N. N. ex chirographo debet mille,* huic subnecti solet in libellis primæ instantiæ inservientibus, a *quod reus sæpe amice interpellatus noluit solvere*, idque ad obtinendas litis expensas necessarium est,

stet quis agat. III. Nomen rei, ut sciatur contra quem agatur. Quid si reus certus? tamen specialiter exprimendus: ut sc. omnis ambiguitas tollatur. Quid si contra plures simul agatur? Videndum, utrum singuli in specie an verò generaliter conveniendi. Si singuli in specie conveniendi; cujusque nomen exprimendum; non aliter. IV. Est nomen actionis. Licet igitur olim nominatim actio exprimi debuerit; hodie tamen & jure Canonico id necessarium non est: nam sufficit nudum tantum factum proponere ex quo jus agendi satis abundeque possit colligi. *Brunemannus ad l. 1. num. 3. ff. de ed. & ad l. 1. 2. n. 3. C. de formul. actio. subl. Gail. lib. 1. obs. 61. nu. 1.* V. Est caussa petendi. *§. 1. J. de actionib. Merula prax. civ. lib. 4. tit. 22. cap. 1. nu. 1. 2. 3. 4. 5. 6.* Generalem dicere non sufficit. *Busius ad l. 1. ff. de edend. nu. 11. 12.* Ratio est, quia nihil certi continet, nec ejus sensus apparet: nihil fecisse videbitur, cum ad plura possit referri. *l. 3. ff. de reb. dub. Covarruvias lib. 1. resolut. var. cap. 13. nu. 1. l. 43. ff. de leg. 2. l. 98. ff. de legat. 3.* Nam quod tacitè inest, nullum effectum habere dicitur; nisi per subauditos intellectus ex tali confusione, id quod volumus possit colligi. *Gail. lib. 1. obs. 64. nu. 3. l. 22. §. 1. ff. quando legator. Alciatus ad l. 25. ff. de verbor. significat. Gellius lib. 11. cap. 12.* Quid si genus sit in obligatione? eo casu generalis libellus admittitur: ut, si hominem quis debeat; rectè hominem in genere peto: ne sc. actor ipsi debitori solvendi quem velit præripere videatur electionem. Adjicienda etiam est libello conclusio; quam perorationem Rhetores vulgò vocare solent. *Quintilianus lib. 6. cap. 5.* Quia nisi definias & concludas, nescit reus an cedere an verò contendere velit.

a *§. 6. Quod reus sæpè amice interpellatus noluit solvere*] An verò de necessitate interpellatio extrajudicialis necessaria sit, maximè controversum est. Verior est sententia existimantium; nullam omninò denuntiationem requiri.

est, neque enim qui solutionem nunquam recusavit lite pulsandus est. Postulatum in duobus consistit, *primum est, judex imperet reo ut actori satisfaciat, solvatque expensas;* alterum, *ut si eo mandato parere nolit, dies ei coram Curia dicatur, ad quam adesse jubeatur*, & causas exponere cur mandato judicis non paruerit, ut causa intellecta ulterius procedatur. Plerumque etiam petitur Provisionalis satisfactio, (*nobis* **Namptissement**) vel simile aliquid, quæ omnia ex formulis cognoscuntur.

VII. Libellus iste ita subscriptus ordinarie hora undecima matutina, duobus Assessoribus qui singulis septimanis immutantur, (*nobis* **Commissarisen van de Rolle**) exhibetur: [a] illi per Secretarios suos quale Mandatum

requiri. Ejusquè rei caussa est: tum quia nemo debet admonitionem creditoris expectare: cum quemquè oportet, se ultrò offerre: tum etiam, quia dies interpellat pro homine, *l. 12. C. de contrahenda & committ. stipulatio.* Huic conclusioni non obstat *l. 10. C. pignor.* Etenim dicendum; illam legem loqui de creditore qui debitorem interpellat, ut pignus luat: nam creditori id vendere non permittitur, nisi prius id debitori denuntiaverit. Ab hac sententia recedit *Bartolus. ad l. 5. nu. 15. ff. de reb. credit. Alciatus ad l. 40. ff. de verbor. significat. Scaccias de judic. lib. 1. cap. 9. nu. 1. 2. Corasius lib. 2. miscellan. jur. cap. 6. nu. 7. Idem l. 4. cap. 7. nu. 2. 3. 4. 5. 6. Menochius de arbit. judic. quæst. l. 2. cent. 1. c. 36. nu. 1. Bruneman. ad l. 3. ff. de usur. nu. 1. Mysingerus l. 3. observ. 95. nu. 1.* Humanitas quidem amicam interpellationem exigit; non tamen ejus omissio actionem vitiat. *Zypaeus notit. jur. Belgic. lib. 1. tit de in jus voc. l. 33. ff. de usur. H. Grotius de jur. belli ac pac. lib. 3. cap. 3. §. 6. nu. 2. 3. 4.* Hodie tamen in jus vocatus sine ulla interpellatione, si ilicò id quod debet solvat, actor omnes litis sumtus & expensas incurrit. *Papegay vol. 1. pag. 30.*

a §. 7. *Illi per Secretarios suos quale mandatum concipi velint in margine adscribi faciunt*] *l. 3. §. 2. ff. de officio procurator. Cæsar. l. 6. §. 9.*

datum concipi velint in margine adſcribi faciunt, addito die & anno, & aſſeſſorum nominibus. Juxta illum libellum Secretarii deinde mandata in mundum redigunt: relicto in Curia libello ſupplice, cum annotatione iſta, qui ſervari ſolet, ut ſi opus fuerit reperiri queat. Poſtea mandato ſubſcribit Secretarius, dieque & anno inſertis, defertur ad Præſidem, qui id ſigillo Curiæ munit.

VIII. [a] Conſtant autem mandata, præfatione, narratione & mandato.

IX. Præfatio continet titulos Præfecti Provinciarum Hollandiæ, Selandiæ & Friſiæ, & libelli oblationem, hoc pacto, *Wilhelmus, &c. Itemque Præſes & Conſiliarii Hollandiæ, Selandiæ & Friſiæ*, (vel ſi Gubernator deſit, ut nunc temporis, ſolius Præſidis & Conſiliariorum fit mentio.)

X. *Apparitori jurato ad hoc requiſito ſalutem, obtulit libellum N. N. quo ſignificatur.* exinde ſubnectitur narratio, de verbo ad verbum ex libello ſupplice deſumpta, & poſtremo loco attexitur mandatum, quod plerumque idem eſt cum poſtulato. Aliquando tamen Mandatum minus poſtulato continet, quod in arreſtis & pœnalibus mandatis ſæpe uſu venit, ut nimirum Curia ea non concedat, aut tantum ad certum diem, aut alio modo mandata limitet. Sciendum autem [b] plerumque in Apparitoris arbitrium conferri

§. 9. ff. de injuſto rupto teſta. l. 32. §. 14. ff. de recept. arbit. l. 17. ff. de jure patronat. l. 7. ff. de reſtitutio. in integr.

a §. 8. *Conſtant autem mandata*] *Merula prax. civ. lib. 4. tit. 22. cap. 2. nu. 2.*

b §. 10. *Plerumque in apparitoris arbitrium conferri*] *Boërius deciſ. 235. nu. 1. Papon de arreſt. lib. 7. tit. 4. arr. 10.* Jure veteri ipſæ partes litigantes, formula à prætore

ferri a quem diem contradictori velit assignare, nisi aliter

tore impetrata, certum diem & ferè perendinum, quo in jus veniendum esset constituebant; uti testatur *Asconius Pedianus in* 3. *Verrina*; & meminit *Tullius*, *Vinnius partit. jur. lib.* 3. *cap.* 1. *Macrobius lib.* 1. *saturnal. cap.* 16. *Cicero de haruspicum responsis: Diem dixisset, ut fecerat. fecisse ut statim tertius à pratore dies diceretur. Idem pro Roscio Amerino. Bacchovius ad* §. 15. *J. de actio.*

a §. 10. *Quem diem*] *Artic.* 8. *Ampliat. Instruct. Curia Holland. an.* 1580. *Artic.* 112. *Instruct. Curia Supre. Artic.* 44. *Instruct. Curia Provicial.* Vocationi in jus quædam requisita necessaria sunt. Debebit viator diem & horam denuntiatione complecti, quibus reus se possit sistere. *Papon de arrest. lib.* 7. *tit.* 4. *art.* 10. *Busius ad l.* 1. *ff. de in jus voc. nu.* 6. *Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 5. *Papegay vol.* 1. *pag.* 23. Nam si quis sine temporis adjectione vocetur, citatio non valebit. *c. fin. x. de rescript.* Neque enim scire potest vocatus, quando venire debeat; quare citatio alias tanquam dubia ac incerta rejicitur: licet Dd. quos inter *Speculator de citat.* 4. *nu.* 20. putent etiamsi dies non sit adjectus, pro valida nihilominus citationem haberi: ut sc. sufficiat citatum venire cum poterit: cujus tamen contrarium verius propter leges, quæ volunt, quod citatio dies continere debeat certos; qui frustrà adjicerentur, si certus terminus in citatione non esset necessarius. Nonnunquam tamen nec locus nec hora citationi solet adjici: quod locum habet si certitudinem habeat: quo casu hora locusque solitus intelligitur. *l.* 2. 3. *ff. de fer. Imbertus instit. forens. lib.* 1. *cap.* 5. *Gail. lib.* 1. *observ.* 53. *nu.* 4.

Ex *Artic.* 44. *Instruct. Curia Holland.* **Op den eersten Regtdag van de week**] Citationi quandoquè dies debet adjici, ut sciat reus an dies sit juridicus nec ne: nam citatus ad diem non juridicum venire non tenetur. *l.* 12. *C. de judic. Bartolus in l. Ex quacumque ff. de in jus voc. nu.* 15. *Imbertus, instit. forens. lib.* 1. *cap.* 17. *Duarenus ad tit. ff. de recept. arbit. Gail lib.* 1. *obs.* 53. *nu.* 1. *l.* 1. 3. *C. de executor. & exactor. l.* 2. 6. *C. de feriis. Zoesius ad tit. ff. eod. nu.* 4. 5. *Deutero. cap.* 5. *v.* 18. 19. 20. Moribus nostris citatio ob id non vitiatur, sed in proximum diem non feriatum atquè juridicum ipso jure differtur. *c.* 4. *x. de regul. jur.*

c. 6. x. de dolo. c. 15. x. de sentent. Zasius paratit. ff. si quis in jus vocat. non ier. nu. ult. Groenewege de ll. abrogat. ad l. ult. nu. 3. C. de fer. Papegay vol. 1. pag. 23. Feriato tamen die libellus offerri potest, ex quo citatio vel apprehensio decernitur: quia in eo nulla juris positivi solemnia; nulla etiam caussæ cognitio necessaria. *c. 21. x. de judic. l. 20. C. de transactio. Bacchovius ad Treutl. disp. 4. th. 4. litt. C. Dissentit. Wesembecius ad tit. ff. de fer. nu. 8.* Et breviter dictum sit: omnia quæ voluntariæ jurisdictionis sunt; ut est adoptio, emancipatio, confirmatio testamentorum, donationum, contractuum: die dominico fieri possunt. *l. 8. C. de transactio. l. 2. 3. C. de feriis. l. 2. ff. eod. Consilia Batav. vol. 5. consil. 75.* Quæ verò contentiosæ jurisdictionis sunt; propter quæstiones, strepitum, jurgia, quæ à divino cultu avertunt, gesta pro nullis habentur. *l. 6. ff. de fer. Duarenus ad tit. ff. de re judic. prælectio. 21. Zasius ff. de orig. jur. ad §. Deinde ex his ll. nu. x. Varro lib. 5. de lingua Lati. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 16. Ovidius:*

Prospera lux oritur, linguis animisque favete:
Nunc dicenda bono sunt bona verba die.
Lite vacent aures, insanaque protinus absint
Jurgia: differ opus livida turba tuum.

Excipiuntur tamen nonnullæ caussæ; quæ licet contentiosæ jurisdictionis sint, tamen die dominico expediri possunt: quales sunt caussæ publicæ vel fiscales, pupillares, miserabiles, aliæ: cum in hoc facillimè speretur venia summi numinis, per quod multorum salus procuratur. *Virgilius:*

Quippe etiam festis quædam exercere diebus
Fas & jura sinunt.

Et generaliter in omnibus caussis, in quibus periculum in mora, aut res tempore peritura, & his quæ necessitas suadet, dicto tempore peragi possunt. *l. 1. §. 2. l. 3. §. 1. 2. ff. de fer. Psalm 106. v. 3. c. 9. x. de fer. c. 4. x. de reg. jur.* Necessitas enim feriis caret, propter quam sæpiùs à regula juris communis recedi solet *Callimachus:*

Necessitas ingens Dea est.

Seneca lib. 4. Controversiar. cap. 27. Gellius lib. 17. cap. 2.

Ex *Artic. 44. Instruct. Curiæ Holland.* **Voor de middag**] *Ampliat. Curiæ Holland. in princ. an. 1616. Auctor ad Herennium libro secundo: Rem ubi peragunt, orato, ni peragunt, in comitio, aut in foro ante meridiem conjicito. Merula prax. civ. lib. 4. tit. 28. cap. 3. nu. 5.* Ratio est, quia id tempus idoneum laboribus, idoneum agitandis per

stu-

aliter Mandato Curiæ cautum sit: [a] apparitor tamen curare debet ne aut nimis longum, aut nimis brevem assignet terminum, id est, [b] ne aut ultra mensem protrahat, aut intra duas septimanas contrahat, ne in vitium nullitatis incurrat. Mandatum ita subscriptum &

studia ingeniis, tractandis & litibus decidendis. Quod verò superest segnius, languidius & propius à fine est. *l. 26 ff. de operis libertor.*

Tractaet tusse Holland en Zeeland Artic. 4. Sulle van den eerste November tot den eerste Februarp geen defaulte gegebe werden] *Papegay vol.* 1. *pag.* 28. Quod constitutum est ob graves tempestates, quæ eo tempore navigantibus jam jam ruinam minantur. Alciatus *lib.* x. *parerg. cap.* 19. *Duarenus ad tit. ff. de verbor. obligat. cap.* 122. *Autumnus ad l.* 12. *in f. ff. de usufr.* Quæ apud veteres legitima & idonea navigandi tempora fuerint, optimè docet *Vegetius de re militari. lib.* 4. *cap.* 39. *Ex die*, inquit, *tertio Iduum Novembris usque ad diem sextum Iduum Martii maria clauduntur. Nam lux minima, noxque prolixa, nimium densitas; aëris obscuritas, ventorum imbrium vel nivium geminata sævitia, non solum classes à pelago, sed etiam commeatus à terrestri itinere deturbat.*

debet ne aut nimis longum, aut nimis brevem assignet terminum] *Artic.* 112. *Instruct. Curiæ Supr Artic.* 44. *Instruct. Curiæ Holland.* Apparitor in citatione certum diem locumque designare debet, quibus reus vel ipse vel per alium se possit sistere. Neque perfusoriè dicere, aut denuntiare debet; neque tam arctare adversarium, ut intra diem occurrere non possit. *l.* 5. §. 1. *ff. quod vi aut clam.* Quod si factum sit parti citatæ, appellationem interponere integrum est. *Mevius ad jus Lubec. lib.* 3. *tit.* 1. *art.* 7. *nu.* 21. *Gail lib.* 1. *observ.* 52. *nu.* 3. *Idem lib.* 1. *observ.* 53. *num.* 19. Moribus nostris provocare non licet, sed citatio pro circumducta habetur. Jure Canonico, si terminus nimis brevis aut angustus, citationem ut impossibilem & ineptam non tenere quidam autumant: quod admittendum non videtur; nam in *c. cum dilecti* dicitur; citatum ad terminum nimis angustum vocatum, etiam post eum fluxum venire teneri quam primum poterit.

a §. 10. *Apparitor tamen curare*

b §. 10. *Ne aut ultra mensem protra-*

& ſigillatum apparitori in manus traditur, qui [a] oſtenſo baculo cui inſculpta arma Curiæ, (nimirum Leo Batavus ſepto incluſus,) reo Curiæ nomine imperat, ut aut ſatisfaciat, aut ad diem, quem ipſe nuncupat judicio ſe ſiſtat, defenſiones ſuas allegaturus: quod Latini citare ad judicium, vel diem dicere, nos vero (een Mandement exploicteren) vocamus. Et ſi quidem reus illico ſatisfacere paratus ſit, poterit judicii aleam effugere, & ab expenſis ulterioribus liberari: ſin minus, ad condictum diem [b] adeſſe jubetur.

XI.

protrahat, aut intra duas ſeptimanas contrahat] Jure veteri viginti dierum vocato induciæ concedebantur. *Auth. Offeratur C. de lit. conteſt. l. 68. ff. de judic. l. 69. 70. 71. 72. ff. eod.* Jure novo ſive in civitate eadem degat, ſive in agro, ſive in alia provincia ſit, tempus ferè ex arbitrio judicis pendet; qui pro loci & temporis diſtantia moderatum ſpatium concedit. *l. 72. ff. de judic. c. 15. x. de ſent. & re judic. l. 8. ff. qui ſatisd. cogunt. Gail. l. 1. obſerv. 53. nu. 3.* Hodie ut plurimum quatuordecim dies à citatione numerandi conceduntur. *Waſſenaer prax. civ. cap. 1. art. 1. nu. 38. Imbert. Inſtit. forens. lib. 1. cap. 12. Groenewege de ll. abrogat. ad l. 9. C. quomodo & quando jud. Papegay vol. 1. p. xx.* Ratio cur id intermedium ſpatium detur; eſt ut reus ſecum deliberet, an cedere an verò velit contendere: quamquam Vantius & alii negent citationes ad deliberandum dari: quorum opinio ſimpliciter admittenda non eſt. Cur enim olim 20. dierum induciæ datæ, niſi ad deliberandum? unde non ineptè concluditur, citationem præparandæ defenſionis cauſſa fieri. Hinc deciditur quæſtio; an vocatus ad unam cauſſam, ad aliam ſimul reſpondere neceſſe habeat. Quod meritò negandum eſt: quia ſc. effectus citationis eſt, deliberatio: quam habuiſſe dici non poteſt, ſi una cauſſa citationi non fuerit inſerta.

a §. 10. *Oſtenſo baculo*] *Artic. 99. Inſtruct. Curiæ Holland. Merula prax. civ. lib. 4. tit. 13. cap. 10.* Idem in Gallia obſervari teſtatur *Boërius deciſ. 170. nu. 5.* In Brabantia *Chriſtinæus ad ll. Mechlin. tit. 1. art. 19. nu 15.*

b §. 10. *Adeſſe jubetur*] Quid ſi judex incompetens? in dubio tamen

XI. Notandum tamen non in omnibus causis illico concedi à Curia Mandata, sed aliquando, ob reverentiam personarum, scribi litteras, quibus Curia petit ut citandi rescribant, aut ore referant, causas cur actoribus non satisfiat, (*nobis* beslooten Missiven.)

XII. Hæ litteræ locum habent cum [a] adversus Civitates aut illustriora Collegia agitur: & tunc solent iis litteris includi libelli supplices, certa die dicta, intra quam causa reddenda aut rescribendum sit, qua causa audita aut rescripto viso, Curia Mandata concedit, aut ea dare renuit.

XIII.

tamen tenetur. *Christinæus vol.* 1. *decis.* 53. *nu.* 8. *Groenewege de ll. abrog. ad tit. C. si à non compet. jud. Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 23. *cap.* 1. *nu.* 6. Prætoris enim est æstimare, an sua sit jurisdictio: nam vocati auctoritatem Prætoris contemnere non debent. *l.* 2. *ff. si quis in jus vocat. non ierit. l.* 36. *§.* 2. *ff. de fideicom. libertat.* Fit enim sine ullo præjudicio in jus vocatio: neque ex eo quod citatus judicio se sistat, statim in judicem consensisse præsumitur: cum exceptionem fori vel privilegii possit opponere. *l.* 2. *ff. si quis in jus vocat. non ier. l.* 5. *ff. de judic.* Præterea potest protestari de judicis incompetentia; cujus virtute ipsius jus conservatur. *Mysingerus lib.* 3. *observ.* 59. *l.* 20. *ff. de adquir. heredit. Cujacius paratit. C. si à non compet. jud. Alciatus ad l.* 2. *§. Si tamen nu.* 5. *ff. de verbor. obligatio.* Quoties tamen liquidò de judicis incompetentia appareat, eo casu vocatus venire non tenetur. *c.* 8. *de sentent. excommunicat. in* 6. *Consilia Batav. vol.* 3. *consil.* 320. *nu.* 3. *clem.* 2. *de re judic. c.* 20. *x. de judic. c. fin. de constitutio. in* 6. Dissentit *Duarenus ad tit. ff. de in jus voc. cap.* 6. *Gregor. Tholosan. in Syntag. jur. lib.* 48. *cap.* 3. *nu.* 8. Idem servatur si hostes & inimici in loco ad quem citatus est, habitent; vel itinera notoriè infesta: quibus casibus potest non venire, & per procuratorem exceptionem loci non tuti opponere. *clem.* 1. *de foro compet. Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 40. *cap.* 11. *nu.* 3.

a *§.* 12. *Adversus civitates*] *Maranta in speculo part.* 6. *de Citatio. nu.* 94. *Brunemannus process. civ. cap. de citatio. nu.* 8.

XIII. Hoc interea sciendum, moribus nostris a non necessario requiri, ut citatio in personam citati ab apparitore dirigatur, sed sufficere si ad domum ejus fiat, & alicui ex domesticis insinuetur, b relicto in ejus manibus exemplo Mandati, cum relatione.

XIV.

b §. 13. *Non necessario requiri, ut citatio in personam citati ab apparitore dirigatur, sed sufficere si ad domum ejus fiat*] *Artic.* 91. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 105. 106. *Instruct. Curiæ Supr.* Citatio ut legitimè fiat, ad personam si copiam sui faciat, fieri necesse est. *Costalius ad l.* 18. *ff. de in jus voc. l.* 4. §. 5. *ff. de damno inf. Papon de arrest. lib.* 7. *tit.* 4. *art.* 1. Idquè adeò necessarium esse quidam volunt: ut, licet viator reo obviaret & ad ipsius domum citaret, citatio nullius momenti sit. Unde quæritur; an citatio in uxoris personam facta vires habeat. Ad quod nonnulli respondent, non valere: nisi fortasse ea in habitationis domo sit facta; nec agatur de re magni momenti, & ad viri aures pervenerit. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 21. *ff. de in jus voc. Papegay vol.* 1. *pag.* 21. *Wassenaer prax. civ. cap.* 1. *art.* 1. *nu.* 37. *Brunemannus ad l.* 19. *num.* 3. *ff. de in jus voc. Idem ad l. Ab eo C. quomodo & quando jud. nu.* 2. *Cicero pro Quinctio: Quæro abs te, C. Aquilli, L. Lucille, P. Quintili, M. Marcelle: vadimonium mihi non obiit quidam socius, & affinis meus, quicum mihi necessitudo vetus: controversia de re pecuniaria recens intercedit. postulone à Prætore, ut ejus bona mihi possidere liceat? an, cum Romæ domus ejus, uxor, liberi sint, domum potius denuntiare? Quid est, quod hac tandem de re vobis possit videri? Profecto si rectè vestram bonitatem atque prudentiam cognovi, non multum me fallit, si consulamini, quid sitis responsuri: Primum, exspectare: deinde, si latitare, ac diutius ludificare videatur, amicos convenire: quærere, quis procurator sit: domum denuntiare. dici vix potest, quam multa sint, quæ respondeatis ante fieri oportere, quam ad hanc rationem extremam necessariam devenire.* Utrum verò domus habitationis sit propria an conducta, nihil refert: cum id duntaxat inspiciatur, an ibi habeat domicilium: quod si non habeat, frustrà citabitur.

b §. 13. *Relicto in ejus manibus exemplo Mandati*] *Bartolus ad l.* 1. §. *Permittitur nu.* 5. *ff. de liber. agnosc. Wassenaer prax. civ. cap.* 1. *art.* 1. *nu.*

XIV. In quibusdam Mandatis hoc speciale est quod iis inseritur [a] clausula Edictalis, nimirum quando citandus non habet fixum domicilium sub Curiæ territorio: tunc enim apparitori injungitur, ut citationem dirigat in personam institoris vel Procuratoris, ejus qui absens est: aut si nec ille velit acceptare, & reus sub territorio Curiæ bona habeat, jubetur apparitor ea arresto includere; & absentem per litteras suas de facta citatione ejusque tenore certiorem facere, atque in proximo confinio cum pulsatione campanæ eam citationem publice prælegere; quo facto, habetur ac si ipse reus in persona propria aut ad domicilium vocatus esset.

XV. Aliquando mandata etiam continent aliam clausulam, quam vocamus auctorisationis, per quam absoluta potestas apparitori conceditur, curandi ut mandata Curiæ statim sortiantur effectum, (exempli gratia) male incarceratum è vinculis liberando. Et hæc quidem mandata iis assimilantur, quæ Doctores man-

nu. 38. *Busius ad l.* 1. *ff. de in jus voc. nu.* 8. *Damhouder prax. civ. cap.* 59. *nu.* 1.

a §. 14. *Clausula edictalis, nimirum quando citandus non habet fixum domicilium*] *Artic.* 106. *Instruct. Curia Supr.* Citatio per edictum eo demum casu locum habet, cum neque viva voce, neque litteris ea fieri potest; ut si fortè reus sit erro vel vagabundus. *Mevius ad jus Lubec. lib.* 3. *tit.* 1. *art.* 7. *nu.* 4. *Brunemannus ad l.* 18. *nu.* 1. *ff. de in jus voc. c.* 11. *x. de cleric. non resident. Papegay vol.* 1. *pag.* 70. 71. 208. *Mysingerus lib.* 2. *observ.* 47. *l.* 6. *C. de remissio. pignor.* Idem servatur, si ad locum in quo citatio facienda est, aut in quo versatur, non sit tutus accessus. *Grotius de jure belli ac pac. lib.* 3. *cap.* 3. §. 14. Præjudicialis enim hæc citatio est, à jure communi exorbitans, nec facilè concedenda, ne reus gravetur: sed prius inquirendum, an fortè & alia præter edictalem possit locum habere. *c. pen. x. de foro compet. clem.* 1. *de judic.*

mandata ſine clauſula vocant; [a] ſed ea rarum habent uſum: frequentiora autem ſunt ea, quibus reus ſub pœnæ comminatione facere aliquid vetatur, quæ nos mandata *Pœnalia* vocamus.

XVI. Citatione ita uti diximus peracta, [b] apparitor in rei geſtæ teſtimonium conſcribit ſcedulam, continentem quid egerit: (*nobis* relatie) nempe mandatum ſolvendi quod nomine Curiæ reo inſinuavit, & niſi ei paruerit, diei dictionem, ad quam coram Curia ſiſtere ſe, aut procuratorem mittere debeat. Hæc relatio annectitur Mandato, ut judici de citatione facta

dic. Nam qui communi auxilio tutus eſt, ei non debet extraordinarium remedium tribui. *Gail lib.* 1. *obſerv.* 57. *nu.* 1. *l.* 4. *§.* 5. *ff. de damno infecto.* *Papegay vol.* 1. *pag.* 343.

a *§.* 15. *Sed ea rerum habent uſum*] *Artic.* 106. 107. *Inſtruct. Curiæ Supr.* Regulariter mandata ſine clauſula de jure communi ipſo jure nulla ſunt: quia ab executione lis non eſt inchoanda. *Papegay vol.* 1. *pag.* 117. 136. *Grotius de jure belli ac pac. lib.* 1. *cap.* 3. *§.* 4. *nu.* 3. *l.* 68. *ff. de rei vind. l.* 1. *ff. de officio militar. judic.* Et quoties ea judex conceſſerit, impunè illis non paretur. *l.* 4. C. *de ſentent. & interlocutio.* Excipiuntur tamen caſus, in quibus hujuſmodi mandata concedi ſolent: puta ſi ſit res tempore peritura. *l.* 68. *ff. de rei vindicat.* Si damnum immineat irreparabile, *l.* 7. *ff. ſer.* Si ſit periculum in mora. Et deniquè toties mandata ſine clauſula decerni ſolent, quoties caſus omni jure prohibitus incurrit.

b *§.* 16. *Apparitor in rei geſtæ teſtimonium conſcribit ſcedulam*] *Artic.* 94. 97. *Inſtruct. Curiæ Holl. Art.* 106. 109. 110. 111. 113. *Inſtruct. Curiæ Supr.* Ut de citatione facta appareat, aliaquè à viatore legitimè facta eſſe; neceſſarium eſt, ut ea omnia quæ ab eo geſta ſunt in ſcripturam redigat. *Papegay vol.* 1. *pag.* 455. 456. 189. 22. *Bartolus ad l.* 1. *§. Permittitur nu.* 4. *ff. de liber. agnoſc. Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 24. *cap.* 7. *Papon de arreſt. lib.* 6. *tit.* 7. *arreſt.* 5. Eſt enim relatio pars ſubſtantialis ipſius proceſſus, quæ actis inſerenda: quæ ſi non ſit ſcriptis mandata, citatio non valet, & ſententia lata nullius momenti eſt. *Buſius ad l.* 1. *nu.* 19. *ff. de in jus voc.*

ꝃta constare possit; a hac enim in parte omnimodo fides apparitori exhibetur, qua de re consulendi sunt Doctores. 1

1 Menoch. de arbitr. jud. cas. 112.

XVII.

voc. l. 3. 5. C. *de executorib. c.* 5. x. *de offic. & potest. deleg.* Hæcque relatio ab ipso viatore facienda. Quid si morbo impediatur, quo minus id possit? eo utiquè casu per alium posset confici. Forma relationis continere debet; an domum, & qualem; an per edictum, & quo loco: quo anno, mense, die, absentem citaverit: item quid responderit, quid actum, dictum factumve sit. *Artic.* 97. *Instruct. Cur. Holland.* Sunt, qui & illud addunt: nuntium ad singulas relationes factas jurare debere vera esse quæ relationi inseruit: cujus tamen hodie contrarium in praxi servatur.

a §. 16. *Hac enim in parte omnimodo fides apparitori exhibetur*] Quæritur, an relationi executoris vel apparitoris fides habenda sit: quia, ut vulgò dicitur, Vox unius, vox nullius: & uni credendum non est, nequè Catoni, ut scripsit D. Hieronymus: cum in ore duorum vel plurium stet omne verbum. *l.* 9. *§.* 1. *C. de testib. Paulus* 2. *ad Corinth. cap.* 13. *v.* 1. Receptum tamen est, plenam fidem executoribus haberi: quia pro iis præsumtio est, fideliter suo officio fungi: in iis tamen, quæ munus ipsorum concernunt: ut si referant se aliquem in jus vocasse, vel vocatum respondisse se nolle venire. *Marius ad jus Lubec. lib.* 1. *tit* 1. *art.* 3. *nu.* 17. *Costalius ad l.* 1. *ff. de offic. praet. urbi. Faber Cod. lib.* 4. *tit.* x. *def.* 8. *Wesembecius ad tit. ff. de in jus voc. nu.* 13. *Gail. lib.* 1. *obs.* 54. *num.* 4. 5. Requiritur tamen, ut tam executores quam viatores à magistratu sint electi, & juramentum præstiterint. *Christinaus ad ll. Mechliniens. tit.* 1. *art.* 18. *nu.* 29. *Consilia Batav. vol.* 1. *consil.* 313. *Pekkius de jure sist. cap.* 26. *nu.* 6. *l.* 5. *C. de bonis vacant. Artic.* 5. *Instruct. Curia Supr.* Ad hoc, debent esse probati, fideles, humani, non iniqui, *Nov.* 82. *cap.* 7. *§.* 1. Prædictis non adversatur, quod ne judici quidem quid dicenti fides habeatur, nisi id ex actis clarè pateat: ne sc. simul & testis & judicis personam sustineat. Resp. viatorem tantum esse testem actus sibi commissi: quæ caussa est, cur non credatur litium executoribus in iis quæ munus ipsorum non concernunt: veluti si dicant se à citato pulsatos verberatosve fuisse: quia eo ipso suspecti sunt, qui commodum aut lucrum ex injuriæ vindicta

 volunt

XVII. Notandum tamen aliquando etiam sine proprie dicto Mandato citationem fieri posse, cum Curia in margine libelli dat citandi licentiam, (*nobis* **by appoinctement ofte apostille**) a quod locum habet in iis qui Hagæ habitant; itemque in causis levioribus (*nobis* **kleine saecken.**)

XVIII. Illud omnino generale est, ut apparitor exemplum mandati, (*nobis* **copie van het Mandement.**)

XIX. Et citationis factæ, (*nobis* **korte relatie**) citato det; ejusque in relatione sua mentionem faciat, idque sub pœna nullitatis: neque enim reus se ad judicium præparare potest, nisi sciat quid quantumque ab actore petatur.[1]

XX. Si vero actor in mandato suo intentionem fundet super instrumentis aut munimentis quibusdam, tenetur ipse & illorum b exempla, suo sumptu, reo per apparitorem edere; [2] idque vel maxime obtinet si actor petat sibi aliquid per modum provisionis adjudicari: tunc enim omnino ejus contractus, Chirographi, instrumenti, in quo actor se fundat, exemplum, simul cum mandati exemplo, tradi debet. Quod nisi fiat, reus ad diem condictum comparens, & negans ejus exemplum sibi traditum, non tenebitur ad petitam

1 *l. si in rem. 6. ibique Bart. ff. de rei vend.*

2 *Panorm. in c. significavit &c. Albericus. de testibus c. fin. de fide instr. l. 1. §. edenda 3. ff. de edendo.*

volunt persequi. *l. fin. C. de cust. reor.* In Gallia, ad omne dubium amovendum, in citatione, duorum testium præsentia necessaria est. *Imbertus Instit. forens. lib. 1. cap. 12.*

a §. 17. *Quod locum habet in iis qui Hagæ habitant, itemque in caussis levioribus*] *Damhouder prax. civil. cap. 55. num. 5. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 23. cap. 3. Papegay vol. 1. pag. 21.*

b §. 20. *Exempla, suo sumtu, reo per apparitorem edere*] *Artic. 105. Instruct. Curiæ Supr. Artic. 58. Instruct. Curiæ Provinc. Ampliat. ejusdem Curiæ Artic. 8. l. 4. C. de edendo. l. 7. C. de testib. Papegay vol. 1. pag. 21. Imbert. Instit.*

tam provisionem respondere; sed editionem de novo sibi fieri impetrabit, [a] & dilationem in aliud tempus, quod judici idoneum videatur.

Instit. forens. lib. 1. cap. 1. in fi. l. 21. C. de fide instrumentor.

[a] *§. 20. Dilationem in aliud tempus*] *Wesembecius ad tit. ff. de in jus voc. num. 13. Imbert. instit. forens. lib. 1. cap. 2. in pr. clem. 2. ut lite pend. nihil innovet. Papegay vol. 1. pag. 21.*

CAPUT. V.

De mandatis in specie, prioris & ulterioris instantiæ, arrestorum, pœnalibus, & possessoriis.

I. *Divisiones aliquot*: II. *Mandatum reductionis*: III. *Evocationis*: IV. *Appellationis*: V. *Reformationis*: VI. *Appellationis recipiendæ*: VII. *Fatalia appellationum*: VIII. *Restitutio adversus lapsum fatalium*: IX. *Mandatum attentatorum*: X. *Anticipationis*: XI. *Desertionis*: XII. *Revisionis*: XIII. *Litteræ executoriales*: XIV. *Mandatum exsequendi veteres sententias*: XV. *Litteræ annexæ*: XVI. *Requisitoria*: XVII. *Quamdiu sententiæ executioni mandari possunt*: XVIII. *Mandata ad solvendas expensas*: XIX. *Subhastationis*: XX. *Ex l. diffamari*: XXI. *Ad edendum*: XXII. *Litteræ Compulsoriales*: XXIII. *Ad exhibendum*: XXIV. *Ad suscipiendas litis reliquias*: XXV. *Interruptionis*: XXVI. *Testium*: XXVII. *Super defectibus*: XXVIII. *Negatoria actio*: XXIX. *Ejus & l. diffamari differentia*: XXX. *Mandatum simplicis querelæ*: XXXI. *Mandatum arresti in personam*: XXXII. *Renovati arresti*: XXXIII. *Arresti bonorum*: XXXIV. *Mandata pœnalia*: XXXV. *Debitorum*: XXXVI. *Partium societatis Indicanæ vel Americanæ*: XXXVII. *Mandata coram Commissariis*: XXXVIII. *In levibus causis aut celeritatem requirentibus*: XXXIX. *Restitutiones in integrum*: XL. *Mandatum ex interdicto uti possidetis*: XLI. *Ejus duplicatio*: XLII. *Mandatum adipiscendæ possessionis*: XLIII. *Mandatum ex interdicto unde*

de

de vi: XLIV. *Et spolii*: XLV. *Eorumque differentia*. XLVI. *Provisionalis possessionis restitutio*.

I. **A**ctionum naturam ut cognoscamus, operæ pretium est eas ordine enumerare, quod per sequentes divisiones commode fiet. Omnis actio aut est primæ instantiæ, aut ulterioris: Primæ instantiæ actiones apud nos (**rauw actien**) vocantur, quasi dicas crudas, & quæ nunquam ante coram alio tribunali aut subselliis maturitatem suam nactæ sunt; eæque tam multæ sunt numero, ut vix comprehendi possint, nos tamen præcipuas tractabimus. Quæ ulterioris sunt instantiæ, id est secundæ vel tertiæ, eæ prius ventilatæ sunt coram judicibus, aut coram arbitris:

II. Quæ coram arbitris actæ sunt causæ, eæ a per modum Reductionis ad arbitrium boni viri ad Curiam deferuntur, (*nobis* **Mandement van reductie**/)

III.

a §. 2. *Per modum reductionis ad arbitrium boni viri ad Curiam deferuntur*] Jure civili ex sententia arbitri ex compromisso jure perfecto aditi provocatio non concedebatur. *Rittersbusius ad Nov. part.* 9. *cap.* 5. *nu.* [illegible]7. *l.* 32. *&* §. 14. *ff. de recept. arbit. Lucianus*: οἷς ἐξῆν μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐμμένειν, εἰ τούτους τις αὐθαίρετος εἵλετο, στέργειν ἐστὶ δίκαιον τοῖς ἐγνωσμένοις. *Si quis, quorum sententiis initio stare non cogebatur, hos sponte delegerit, æquum est boni consulere, quæ statuerint.* Contra moribus nostris arbitri sententiæ nullus stare tenetur; & indistinctè sive pœna compromisso sive non sit adjecta; tamen reductio peti potest. At à quo judice ea petenda, maximè Dd. inter se digladiantur. *Faehinæus lib.* 8. *controversiar. cap.* 94. *Papegay vol.* 1. *pag.* 233. Alii à judice ordinario ipsius arbitri volunt; nonnulli judicem partis reductionem petentis contendunt; plerique eum esse competentem judicem asserunt, qui aliàs competens fuisset, si contra eum egisset: quomodo in Zelandia aliisque regionibus servatur. *Papegay vol.* 1. *pag.* 232. 234. *Brunemannus ad l.* 27. *nu.* 12. *ff. de recept. arbit. Covarruvias lib.* 2. *resolut. variar. cap.* 12. *nu.* 1. *Mysingerus*

III. Quæ coram judicibus actæ sunt causæ, eæ per modum provocationis eo devolvuntur; a nisi quod aliquæ causæ, quæ nimis diu apud inferiores judices indecisæ hæserunt, etiam evocari possunt, (*nobis* Mandement van evocatie/) idque ea ratione,

a ne

gerus lib. 2. observ. 61. Gail. lib. 1. observ. 149. num. 2. Costalius ad l. 76. ff. pro socio. Duarenus ad tit. ff. de recept. arbit. cap. de effectu sentent. In Hollandia litium abbreviandarum caussa, omisso judice ordinario, Curia Provincialis in prima instantia adiri potest. *Merula prax. civ. lib. 4. tit. 2. cap. 1. nu. 1. tit. 5. cap. 1. num. 2. Papegay vol. 1. pag. 232. Groenewege de ll. abrogat. ad l. 13. nu. 7. C. de recept. arbit.*

a §. 3. *Nisi quod aliquæ caussæ quæ nimis diu indecisæ hæserunt, evocari possunt*] *Artic. 213. Instruct. Curiæ Supr.* Appellationes, quæ rectò ad principem factæ sunt, omissis his, ad quos fieri debuerunt, irritæ sunt. Si actor fecerit jure suo cadit, judicatum non tenet. *Gail lib. 1. observ. 41. nu. 5.* Hodie tamen, judice inferiore justitiam denegante vel litem accipere nolente, ad supremum tribunal caussa devolvi solet. *Bort in tract. criminal. tit. 1. num. 52. Merula prax. civ. lib. 4. tit. 2. cap. 29. l. 2. §. 6. ff. de judic. Wassenaer prax. civ. cap. 1. art. 1. num. 233. in princ. Covarruvias pract. quæst. cap. 9. in pr. Papon de arrest. lib. 19. tit. 1. art. 30.* Idem servatur, licet judicium jam omninò fuerit inchoatum, si per judicem steterit quo minus lis suo marte currat, & post secundum judicis superioris præceptum tamen ausus fuerit id protelare: quo casu etiam caussa ad superiorem transferri solet. *Auth. statuimus. C. de episcop. Gail lib. 1. observ. 141. num. 9. Nov. 86. cap. 1. Nov. 17. cap. 3. l. ult. C. de collatio. fundi patrimo. l. 1. C. de susceptorib. & arcar. Mysingerus lib. 5. observ. 58. nu. 9. Groenewege de ll. abrog. ad l. 13. §. 1. nu. 4. C. de judic. Papegay vol. 1. pag. 107. 108.* Ratio est, quia est eadem vis, idem effectus litis protractæ, qui est denegatæ justitiæ, quod ad caussam ad superiorem devolvendam. *Merula prax. civ. lib. 4. tit. 2. cap. 27. nu. 1. 2.* Jus evocandæ litis non omni judici competit, sed duntaxat aut principi, aut supremo ejus senatui; aut talibus, qui mandare jurisdictionem, vel non mandare, ipsis liberum est. *Papon de arrest. lib. 4. tit. 6. art. 4. Zypæus notit. jur. Belg. lib. 2. tit. de jurisdictio. Merula*

prax.

[a] ne lites, inferiorum judicum culpa aut socordia, fiant immortales.

IV. [b] Provocatio iterum aut habet effectum suspensivum aut non habet: prior proprie appellatio dicitur (*nobis* Mandement d'appel in forma) habetque clausulam suspensivam, (*nobis* de clausule van inhibitie) quæ ordinarie conceditur ad sententiam usque: aliquando tamen ad certum tantum diem: & si quidem ea clausula ad totam causam concessa sit, potest ad præfixum diem appellatus revocationem ejus coram Commissariis petere: si vero ad certum diem, tenetur ipse appellans vigilare; quia eo die elapso, nisi dicta clausula prorogetur, sententia executioni mandari posset.

V.

prax. civ. lib. 4. tit. 2. cap. 27. num. 1. 2. Hujusque rei ratio est: quia in cujus potestate est jurisdictionem mandare, eidem multò magis licet eam revocare. *l. 58. ff. de judic.*

a §. 3. *Ne lites, inferiorum judicum culpa aut socordia, fiant immortales*] *Groenewege de ll. abrog. ad Nov. 85. cap. 1. Papon de arrest. lib. 4. tit. 6. arr. 4. Gail lib. 1. observ. 119. nu. 2. Menochius de arbit. judic. quæstio. lib. 1. quæst. 70. num. 5.*

b §. 4. *Provocatio aut habet effectum suspensivum, aut non habet: prior appellatio dicitur, habetque clausulam suspensivam*] Sententia lata, restat, ut ea executioni mandetur; verum ejus vim executionemque impedit appellatio. *Groenewege de ll. abrogat. ad l. ult. C. si ex fals. instrument. Brunemannus ad l. 3. num. 2. C. de appellationib. Gail lib. 1. obs. 70. num. 5. Sande lib. 1. decis. tit. 13. def. 5. l. 5. C. de appellationib. Colerus de process. executiv. part. 3. cap. 12. num. 87. tot. tit. ff. ut lite pend. nihil innov. Nov. 134. cap. 3. in fi. c. 7. de appellatio. in 6.* Et hoc in tantum procedit: ut licet nulla inhibitio decernatur; tamen ejus executio impeditur: quia jurisdictio judicis à quo per appellationem est extincta. *Durandus in speculo lib. 2. tit. de appellatio. §. 11. nu. 2. c. 5. x. de appellatio. l. 1. §. 14. ff. ad SC. Turpillian.* Jure nostro, ne quid innovetur, inhibitio à provocantibus

V. a Provocatio quæ non habet effectum suspensivum, (*nobis* **Mandement van Reformatie**) tantum devolvit cognitionem, de validitate aut invaliditate prioris sententiæ, ad judicem superiorem.

VI. Est & aliud mandatum ejusdem fere efficaciæ, quo petit actor se ut appellantem recipi, & clausulam suspensivam concedi, (*nobis* **Mandement om ontfangen te werden als appellant.**)

VII.

bus impetrari, & una cum citatione concedi solet, per quam judex à quo ulterius procedere, & aliquid attentare, pendente appellatione, prohibetur.

a §. 5. *Provocatio quæ non habet effectum suspensivum*] Appellationis, ut diximus, effectus est in hibitio, *tot. tit. ff. nihil innov. appellatio. interpos.* Quia tamen sæpè appellationes tantum litis dilatandæ caussa interponuntur; excipiuntur quædam controversiæ, à quibus licet appellatum sit; tamen sub cautione de judicato solvendo, executioni mandantur. *Wassenaer prax. civ. cap.* 24. *art.* 1. *num.* 27. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 4. *cap.* 1. *num.* 5. *Papegay vol.* 1. *pag.* 244. *Damhouder prax. civ. cap.* 227. *in fi. Artic.* 19. 103. 104. 100. 118. 212. 214. 218. *Instruct. Curiæ Holland.* Ut est caussa alimentorum: nam cum pleriquè ex alimentis pendent, nec habent, unde pascant: frumentaria pecunia moram solutioni accipere non debet: sed debitor sine ulla dilatione ad solutionem compellendus erit. *l.* 22. §. 1. *ff. de aliment. legat. l.* 2. §. 3. *ff. de administratio. rer. ad civitat.* Ratio est, quia caussa alimentorum favorabilis habetur. *l.* 27. §. 3. *ff. de inoffic. testa.* Nonnulli distinctionem faciunt; an alimenta petantur officio judicis, an actione ordinaria: licet contrarium verius: nam forma judicii non valet efficere, quo magis vel minus appellationi locus sit. Alii inter effectum suspensivum & devolutivum distinguunt; quorum argumenta etiam invalida. Quare rectè concludimus: ut, si ille qui alimenta petit, non habeat unde vivat, debent ipsi, omni appellatione remota, decerni: cum contra res sese habeat in alimentis præteritis, utpote non privilegiatis; de quibus etiam sine prætore potest transigi, *Connanus commentar. jur. civil. lib.* 5. *cap.* 7. *num.* 5.

VII. Sciendum autem [a] appellationem ad Curiam Præsidialem intra decimum diem interjiciendam, intra vigesimum vero ab interjectione diem, mandatum Curiæ impetrandum & executioni mandandum. 1 Ad supremam vero Curiam ita appellari debere, ut intra decem quidem dies provocetur; at vero intra quadragesimum secundum ab appellatione diem mandatum adversario insinuetur, diesque ei intra id tempus præfigatur 2:

1 *Inst. Sen. Præs. art.* 204.

2 *Inst. Cur. supr. art.* 216.

VIII. Hæc [a] fatalia appellationis vocantur, quæ si

a §. 7. *Appellationem ad Curiam præsidialem intra decem dies interjiciendam*] *Artic.* 198. 216. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 21. 23. *Instruct. Civitat.* Ante Justinianum si quis ipse appellare voluerat: eodem die vel altero libellos appellatorios offerre debebat. *l.* 3. *ff. de appellatio. recipiend. l.* 1. *§.* 4. 5. *ff. quando appelland.* Sin per alium: ut per tutores, item defensores adolescentium, tertium diem habebant, idcirco quia alieno nomine agebant, *l.* 1. *§.* 12. 13. *ff. quando appelland.* Novissima Justiniani constitutio indistinctè, sive in propria sive in aliena caussa quis appellaverit, spatium decem dierum tribuit. *Nov.* 23. *in pr. Auth. Hodie. C. de Appellatio. Papegay vol.* 1. *pag.* 293. Quoties tamen ejus, à quo appellatur, copia non fuerit, vel latitet: eo casu licet intra decem dies appellatio non interponatur, nihilominus interponi poterit, nec deserta erit. *Christinaeus vol.* 1. *decis.* 17 *nn.* 1.

b §. 8. *Fatalia*] Sic dicta à fato: quia si illa sint præterlapsa, quasi fato quodam seu morte appellatio extinguitur. *Cujacius lib.* 12. *observ.* 4. *l.* 32. *C. de appellationib. l.* 2. *C. de temporib. appellat. l.* 3. *C. de naufrag. l.* 2. *ff. judicat. solvi.* Fatalia duplicia; alia legis alia hominis: quæ tamen ejusdem effectus: excepto eo, quod fatalia legis à judice vel ab ipsis partibus litigantibus minui, non contra augeri possunt. *l.* 1. 6. *C. de fer. l.* 2. *C. de tempor. appellatio.* Contra fatalia hominis augeri, extendi ac prolongari possunt. *Auth. ei qui appellat. C. de temporib. appellatio. Mysingerus lib.* 6. *observ.* 12. *nu.* 5. *Gail lib.* 1. *observ.* 139. *nu.* 6. *Tiraquellus de retractu conventionali gl.* 7. *§.* 1. *num.* 29. Ratio cur à judice id tem-

si quis a elabi sinat, necessario restitutionem in integrum ejus negligentiæ nomine petere debet, quæ mandato inseratur; (*nobis* **Mandement van relief d'appel**) aut postea per libellum supplicem, (*nobis* **Requeste civile**) eam tenetur postulare. b Alterum provoca-

tempus non possit prolongari; quidam dicunt esse hanc: quia jus alteri quæsitum per injuriam judicis non debet auferri. De consensu partium idem planè statuit *Mysingerus lib. 2. observ. 68.* In contrarium tamen movet *l. fin. §. fin. C. de temporib. appellatio.* in qua lege habetur; partes ita posse inter se convenire, ne ullum omninò fatale tempus observetur: id quod non solum de arctatione, sed etiam de prolongatione intelligendum est. Nam illa verba, *Ne fatale observetur*; tam possunt accipi de prolongatione quam arctatione. Quod hominis fatalia attinet; nullum dubium est, ea & à judice, & à partibus prolongari ac extendi posse.

a §. 8. *Elabi sinat*] *Artic. 226. 227. Instruct. Curiæ Supr.* In appellatione varia tempora observanda; sc. tempus interponendæ, prosequendæ & finiendæ appellationis: quibus elapsis, fatalia suum cursum inchoant, & appellationes intereunt. *l. 2. §. 3. ff. de judic. c. 8. de appellatio. in 6. c. 15. x. de sentent. & re judic. l. 6. §. 5. C. de appellatio. clem. 3. de appellatio. l. 2. C. de temporib. appellatio. Cujacius lib. 9. observ. 22. lib. 12. observ. 4.* At nostris moribus longè alio modo res sese habet: nam quoties appellatio intra prædicta tempora non fuerit interposita, à judice supremo restitutionem in integrum adversus lapsum fatalium petere concessum est.

b §. 8. *Alterum provocationis sine effectu suspensivo mandatum.*] *Artic. 217. Instruct. Curiæ Supr. Artic. 212. Instruct. Curiæ Holland.* Alia species, quæ sententiam ejusquè executionem non suspendit, reformatio appellatur. *Groenewege de ll. abrogat. ad Auth. Hodie. C. de appellationib. Wassenaer prax. civ. cap. 24. art. 1. nu. 9. 25.* Idem servatur in reductione si intra annum petatur. *Groenewege de ll. abrog. ad l. 1. 3. num. 2. C. de recept. arbit. Boerius decisio. 284. nu. 24. Papepay vol. 1. pag. 233. 234.* Si verò intra decem dies, ad exemplum appellationis executionem moratur. *Merula prax. civ. lib. 4. tit. 5. cap. 1. num. 3. Gail lib. 1. observ. 150. num. 1. Mysingerus lib. 2. observ. 61.*

vocationis sine effectu suspensivo mandatum [a] sufficit si intra annum impetretur, qnod nisi fiat, etiam eo nomine restitutio petenda est, (*nobis* **Mandement van relief ende Reformatie.**)

IX. Contra jussum judicis & clausulam suspensivam si quis attentaverit, dies ei dici potest per [b] mandatum attentatorum, (*nobis* **Mandement van attentaten.**)

X. Si appellanti dies nimis longa sit præfixa, aut res celeritatem exigat, poterit terminus abbreviari per [c] mandatum quod anticipationis vocant, (*nobis* **Mandement van anticipatie.**)

XI. Si fatalia sint elapsa, poterit etiam ab appellato

a §. 8. *Sufficit si intra annum impetretur*] *Artic.* 217. *Instruct. Curiæ Supr. Artic.* 212. *Instruct. Curiæ Holland. Wassenaer prax. civ. cap.* 24. *art.* 1. *nu.* 8. *Papegay vol.* 1. *pag.* 244. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 3. *cap.* 2. *num.* 8. *Groenewege de ll. abrog. ad Auth. Hodie* C. *de appellatio.*

b §. 9. *Mandatum attentatorum*] *Artic.* 39. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 21. *Instruct. civitat.* Appellatione interposita, licet à judice repudiata sit, in præjudicium deliberationis nihil fieri convenit, & in eo statu omnia sunt, quo erant tempore pronuntiationis. *H. Grotius de jure belli ac pac. l.* 3. *cap.* 20. §. 48. *Covarruvias pract. quæst. cap.* 23. *tom.* 2. *num.* 1. *Neostad. decis. Curiæ Supr. decis.* 54. *Gregor. Tholosanus in Syntag. jur. lib.* 50. *cap.* 2. *nu.* 45. *clem.* 2. *ut lite pend. l.* 12. 13. C. *de appellatio. c.* 42. *x. de appellat. l.* 1. C. *de bonor. possess. secund. tabul.* Nihil igitur appellatione interposita, sive ea recepta sit, sive non, medio tempore quid innovari debet, quamdiu de appellatione non fuerit pronuntiatum. *Gail lib.* 1. *observ.* 144. *nu.* 1. *c.* 3. *x. de confirmat. util. Alciatus lib.* 6. *Responso. Cons.* 3. *num.* 1. *Papegay vol.* 1. *pag.* 313.

c §. 10. *Mandatum quod anticipationis vocant*] *Artic.* 207. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 215. *Instruct. Curiæ Supr.* Novissimè conceditur ei, contra quem appellatum est, appellatore negligente litem persequi, postulare; ut quamvis ille absens sit, appellatio-

lato peti mandatum ut appellatio declaretur deserta, (*nobis* **Mandement van desertie.**)

XII. Affinis appellationi propositio erroris sive Revisio, qua sententia Supremæ Curiæ ab iisdem Consiliariis cum totidem Assessoribus iterum examinari petitur, sed sine ullo effectu suspensivo, (*nobis* **Mandement van Revisie.**) Nunc ad primæ instantiæ actiones redeamus, quarum quædam concernunt judicii ordinem, quædam merita causarum: illæ proditæ sunt ad pertexendam telam judiciariam, hæ vero in id sunt comparatæ, ut actorem directe juris sui compotem faciant.

XIII. Quæ judicii ordinem concernunt, aut præcedunt aut sequuntur: Posterioris generis sunt actio judicati, litteræ quibus sententiæ executioni mandari jubentur, (*nobis* **Letteren executoriael.**)

XIV. Item mandatum ut sententia, quæ lapsu temporis vires perdidit, iterum reviviscat, (*nobis* **Mandement om executie gedecerneert te hebben op een verjaert vonnis ofte sententie.**)

XV. Item litteræ annexæ, (*nobis* **Letteren van attache**) per quas sententiæ aliorum principum apud nos executioni mandantur:

XVI. Et litteræ requisitoriæ, ut alii judices nostras sententias exequantur.

XVII. Sciendum autem, sententias inferiorum judicum intra annum executioni mandari debere, post annum vero non posse; (quod tamen fallit in sententiis

lationem persequi. *Faber Cod. lib. 7. tit. 26. def. 37. Waßenaer prax. civ. cap. 4. num. 1. Merula prax. civ. lib. 4. tit. 3. cap. 5. num. 1. 2, 3. Papegay vol. 1. à pag. 247. ad 250. Gail lib. 1. observ. 31. num. 9. Christinaus vol. 1. decis. 26. nu. 1.*

1 *Ampl. Instr. art.* 30. 2 *Instr. Supr. Cur. art.* 263.

tentiis Amstelodamensibus:) sententias vero Senatus Præsidialis quinquennio præscribi: 1 at sententias Curiæ supremæ ad decennium vigere 2 non ulterius.

XVIII. Eodem pertinet actio qua expensæ litis petuntur, (*nobis* **Mandement om declaratie van kosten over te nemen.**)

XIX. Itemque subhastatio juridica ut satisfiat sententiæ, (*nobis* **Mandement van onwillich decreet**) quo spectat titulus [a] *de rebus authoritate judicis possidendis.* Quæ Præcedunt sententiam aut sunt præparatoria, aut concomitantia judiciorum:

XX. Præparatoria ea voco, quæ futuro judicio viam sternunt, qualis est actio ex *l. diffamari C. de ing. & manum*:

XXI. Itemque [b] actio ad edendum, sed hæc verbaliter institui solet in judicio;

XXII. Nisi quod aliquando appellare volens, si acta prioris instantiæ consequi non possit, petit mandatum quo Secretario aut Scabinis editio injungitur: (*nobis* [c] **Mandement compulsoriaal.**)

XXIII. Ad eandem classem pertinet [d] actio ad exhibendum.

XXIV.

a §. 19. *De rebus authoritate judicis possidendis.*] *Tot. tit. ff. & C. de rebus auctoritate judic. possid.*

b §. 21. *Actio ad edendum*] Adi *tit. ff. &* C. *de edendo.*

c §. 22. **Mandement Compulsoriaal**] Is apud quem agitur, acta tam in civilibus quam criminalibus exhibere ad investigandam veritatis fidem juberi potest. *Coppe us. pract. lib. 2. observ. 112. nu. 11. l. 2. C. de edendo Hogerbeets in prax. civ. cap. 2.* Quid si detrectet? pœnali judicio à judice ad quem coërceri, & mandatis ad id compelli potest. *Merula prax. civ. lib. 4. tit. 66. cap. 6. nu. 3. tit. 2. cap. 28. Papegay vol. 1. pag. 322. Brunemannus ad l. 13. nu. ult. ff. ad exhibend.*

d §. 23. *Actio ad exhibendum*] Vide

XXIV. Concomitantia sunt, mandatum ad suscipiendas litis reliquias, (*nobis* **Mandement om de arrerementen van een Proces aan te nemen.**)

XXV. a Mandatum interruptionis (*nobis* **Mandement van interruptie.**)

XXVI.

Vide *tot. tit. ff. & C. ad exhibend.*

a §. 25. **Mandement van interruptie**] Ne lites immortales fiant, criminales caussæ duorum annorum spatio à litis contestatione numerando, finiuntur. *l. 3. C. ut intra certum temp. criminal.* Caussæ verò civiles, sive super possessione sive super hypotheca, sive super aliis quibuscumquè juribus, tribus annis concluduntur. *l. fin. C. dicto tit. L. 13. §. 1. C. de judic. l. 3. §. pen. ff. quæ in fraud. creditor. l. 1. §. 3. ff. de calumniator. Cujacius lib. 9. observ. 22. Mysingerus lib. 2. observ. 48. Busius ad l. 1. ff. de recept. arbit. num. 2.* In dubium vocatur, an olim instantia fuerit perpetua; quod admittit *Accursius ad l. 13. C. de judic.* in principio: cujus tamen contrarium non sine ratione tenent nonnulli: licet contra alii nullum ejus vestigium extare existiment. Utcumque sit: hodie in Belgio civiles caussæ non ultra unius anni metas post litem contestatam protrahuntur: non ipso jure, sed declaratoria judicis sententia interveniente, *Groenewege de ll. abrogat. ad l. 12. 13. num. 2. C. de judic. Wassenaer prax. civil. cap. 3. art. 1. num. 26. Damhouder prax. civil. cap. 189. num. 4.* Post conclusionem in caussa, cum non ex partibus sed solo judice pendeat, quo minus lites finiantur; non mirum instantiæ peremtionem ulteriùs extendi. *Wassenaer dicto loco num. 17. cap. 20. x. de judic. Cujacius lib. ix. observ. 22.* An verò id etiam in exceptionibus locum habeat, in dubium à multis juris civilis Interpretibus vocatur: tametsi affirmantium sententia probabilior videatur. Nam quod prædictum spatium singulis caussis præfinitum est; id publicæ utilitatis caussa ad lites celeriter dirimendas constitutum est. Atqui cum eadem ratio in exceptionibus locum habeat: sequitur idem quoquè jus in iis constituendum. Eodem confert, quod reus in exceptionibus actoris loco habeatur, *arg. l. 2. ff. de exceptio.* Quaproptèr consequens est: quod de ipsa actione constitutum est, ad exceptionem ob eandem rationem extendi.

a §. 26.

XXVI. Mandatum a ad audiendos testes (*nobis* Mandement om getuygen te hooren.)

XXVII. Item mandata super primo, secundo, tertio defectu, & quarto quod ex superabundanti vocant, (*nobis* Mandement op 't eerste / tweede / derde / ende vierde defaut.) Actiones quæ concernunt merita causarum, distinctionem recipiunt ex formulis, & ex fine actori proposito. Ex formulis, quæ nos mandata vocamus, quadrifariam distinguuntur, quædam enim sunt confessoriæ, quædam negatoriæ.

XXVIII. b Confessoriæ actiones sunt quamplurimæ, negatoria vero ad exemplum ejus, quæ in servitutibus locum sibi vendicat, in aliis quoque causis recepta est; qua quis negat adversario jus, quod is sibi adscribit, competere: ex. gratia jurisdictionem, emphyteusin, feudum, &c.

XXIX. Et hæc quidem actio affinis est ei quæ ex *l. diffamari* descendit: nisi quod ea secundum respicit judicium; agit enim diffamatus ut diffamator agat: hæc vero non hæret circa judicium diffamationis, sed uno eodemque judicio causam principalem absolvit.

XXX. Secunda divisio in eo consistit, quod alia mandata sunt simplicia, sive simplicis querelæ, alia non item. Mandatum simplex (*nobis* simpel bevel) est, cum Curia reo jubet, vel vetat, aliquid facere vel non facere, sine ulla ulteriore adjectione, & nisi pareat, diem ipsi dicit. Non simplex, illud appello in quo per clausulam justificatoriam quam vocant, mandatum Curiæ non omnino inefficax redditur, sed ali-

a §. 6. *Ad audiendos testes*] Adde *tit. ff. & C. de testib.*

b §. 28. *Confessoriæ actione sunt*] Adde *tit. ff. si servitus petat. §. 2. J. de actionib.*

a §. 31.

aliquem præterea parit effectum: utpote cum additur clausula prehensionis, sive arresti aut pœnalis.

XXXI. Mandata prehensionis sive [a] arresti respiciunt personas vel res. Quæ personas respiciunt (*nobis* **Mandement van arrest op een persoon.**)

XXXII. Ea apparitori potestatem faciunt reum prehendendi, & carceris custodiæ committendi, vel eum qui in carcere est ex nova causa illic detinendi, (*nobis* [b] **Mandement van recommandatie.**)

XXXIII. [c] Mandata prehensionis vel arresti quæ in

a §. 13. *Arresti*] Arrestum est vocabulum planè barbarùm; à Practicis tamen & in tribunalibus ubique ferè receptum. *Pekkius de jure sist. cap.* 1. *nu.* 1. 2. 3. 4. Latinè dicitur manus injectio, *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 3. *cap.* 3. §. 6. *num.* 1. *l.* 54. *C. de decurio. Gellius lib.* xx. *noct. Attic. cap.* 1. *Matthæus in Euangel. cap.* 26. *v.* 50. Dicitur manus injectio, quia persona apprehenditur, manus ipsi injicitur, *Bartolus ad l. Plerique ff. de in jus voc. num.* 6. *Pekkius de jure sist. cap.* 1. *num.* 4. *in fi. Bott in tract. crim. part.* 2. *nu.* 9. *Suetonius in Tiberio. cap.* 37.

Ovidius: Injiciam dominas in mea jura manus.

b §. 32. **Mandement van recommandatie**] Quandoquè aggravari, vel ut vulgò dicitur, recommandari jam arrestatus potest: quod locum habet ob novum & aliud superveniens debitum. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 24. *cap.* 9. *in fin. Papegay vol.* 2. *pag.* 308. *Bartolus lib.* 1. *Respons. Cons.* 221. *nu.* 1. 2. 3. *Bort de arrest. part.* 2. *n.* 11. *Zasius ad l.* 11. *ff. de in jus voc. nu.* 31. 32. *Pekkius de jur. sist. cap.* 49. *nu.* 2. Quid si id fiat die cultui divino destinato? eo tempore nec apprehensio nec aggravatio decerni potest. *Macrobius lib.* 1. *Saturnal. cap.* 16. Excipitur, si periculum in mora, vel debitor sit de fuga suspectus. *l.* 2. *C. de fer. l.* 5. §. 11. *ff. de oper. novi nuntiat. Matthæus in Euangel. cap.* 18. *v.* 12. *cap.* 12. *v.* 11. *Luc. cap.* 14. *v.* 5. *Costalius ad l.* 10. *ff. qui satisd. cogunt.* Ratio est, quia pro deperdito habetur, quod paulò post perdi metuitur, *l.* 18. *ff. pro emto.*

c §. 33. *Mandata prehensionis vel arresti quæ in res diriguntur*] Arresta non bonis duntaxat, sed etiam rebus

bus veniunt. *Bort de arrest. part.* 1. *nu.* 3. Limita id locum non habere in stipendiis militum: quæ impediri expressè prohibentur. *Edict. Ordin. Holland. An.* 1653. Horum exemplo honoraria Advocatorum, Medicorum arresto includi non possunt; quia stipendiis æquiparantur. *Pekkius de jure sistend. cap.* 5. *sub nu.* 3. Præterea vetitum rebus alienis manus injici. Hinc receptum bona uxoris pro debitis viri non posse impediri. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 3. *cap.* 2. §. 1. *nu.* 2. *Pekkius de jure sistendi cap.* 5. *nu.* 19. Id tamen hodiè aliter usu servatur ob bonorum inter conjuges communionem. *Rodenburg de jure conj. tit.* 3. *cap.* 1. *nu.* 18. *Groenewege de ll. abrogat. ad l.* 6. 7. *nu.* 2. *ff. de ritu nuptiar. Mornacius ad l.* 5. *ff. de jure dot.* Quid si pactis dotalibus bonorum communio specialiter exclusa? Aliud dicendum erit. *Boerius decis.* 22. *nu.* 28. *Mysingerus lib.* 4. *observ.* 13. *Covarruvias lib.* 1. *resolut. cap.* 7. *tot.* 2. *nu.* 1. Iniquum quoquè visum olim fuit, arrestare boves aratorios, ligones, aratra, aliaquè instrumenta agris colendis necessaria: etiamsi hodiè ea arresto includi, nihil prohibeat. *Varro de re rust. lib.* 2. *cap.* 5. *Columella in præfat. lib.* 6. Deniquè & illud addo: bona jam jam mortuorum, & nondum sepultorum arrestari aut signacula iis imponi non posse: multò minus ipsum defunctum injuriari, funus turbari, *Brunemannus ad l.* 10. *nu.* 11. *C. de religios. & ad l.* 38. *nu.* 1. *ff. eod.* Cadavera enim sine ullo obstaculo in memoriam humanæ conditionis sunt sepelienda: unde publicam hanc humanitatem vocavit *Seneca de Benefic. lib.* 5. *cap.* 20. *l.* 12. 38. *ff. de religios. Valerius Maximus lib.* 1. *cap.* 7. *lib.* 5. *cap.* 1. *Groenewege de ll. abrog. ad Auth. sed neque C. de sepulcr. violat. nu. fin.* Jure hodierno, nullus heredum intra nonum diem impediri aut ulla molestia affici potest. *Nov.* 60. *in pr. & cap.* 1. *Groenewege de ll. abrog. dicta Auth. nu.* 3. *Papegay vol.* 1. *pag.* 25. Ratio est; quia intra id tempus defunctum lugere, eiquè justa persolvere præsumuntur: unde novendialia, de quibus *Turnebus in Adversar. Pekkius de jure sistendi cap.* 10. *num.* x. Apud veteres namquè receptum fuit, mortuorum corpora septem diebus servare; lavando curare, ungendo, conclamando, complorando. *Revardus ad* XII. *tab. cap.* 15. *in fi. Rittershusius in* XII. *tab. cap.* 6. 5. Die vero octavo procedebat funus & ipsum corpus incendebatur; nono sepeliebatur: quo die si in defuncti honorem ludi fiebant; ab eo novendiales sunt dicti. Hæ feriæ novendiales postea diu in usu fuerunt etiam apud ipsos Christianos;

in res diriguntur, (*nobis* **Mandement van arrest op goederen**) in hoc comparata sunt, ut res sive mobiles sive soli, arresto includantur, unde [a] eximi nequeant, nisi

nos: quemadmodum videre est ex *Nov.* 115. Unde traxit sine dubio originem; neminem heredum intra nonum diem à creditoribus conveniri aut ulla molestia affici posse. Nec probabile est quod dicit doctissimus *Bacchovius* in animadversio. in *Treutl.vol.*2.*disp.*XII. *th.*7. *sub litt.* C: sc.. Justinianum respexisse ad vetus illud decendium, quod olim judicatis concessum erat post latam sententiam. Quid enim illi novem dies quæ dantur heredibus post mortem ne conveniantur, cum illis decem, qui condemnatis & sententiam passis conceduntur? Ejusdem ritus meminit & D. *Augustinus*: *Nescio*, inquit, *utrum inveniatur alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum novem dierum! quod apud Latinos Novendial appellatur.* Allusit etiam hunc ritum *Statius*:

Roscida jam novies cœlo dimiserat astra
Lucifer.

Prædictis non adversantur verba *Suetonii*: *Et celeriter & parvo cultu* (*sc. Ottho*) *funeratus est.* Etenim responderi potest; non semper & ubique ipso nono die cadavera sepulturæ tradita; immò sæpè quidem nullo dierum, habito respectu: nam funera tacita & acerba raptim terræ committebantur, ne expectato quidem dierum certo numero.

a §. 33. *Eximi nequeant, nisi per cautionem de judicato solvendo.*] *Artic.* 93. *Instruct. Curiæ Holland.* Arrestum primò dissolvitur solutione ejus quod debetur. *Pekkius de jure sist. cap.*45. *nu.* 1. Secundò, si cautio de judicato solvendo interponatur. *Wassenaer prax. civ. cap.* 1. *art.* 1. *nu.* XX. *Bort de arrest. part.* 8. *nu.* 4. *part.* 6. *nu.* 22. *Menochius de arbit. jud. quæst. lib.* 2. *cent.* 4. *cas.* 303. *nu.* 3. *Brunemannus ad l.* 10. *nu.* 24. *ff. quæ in fraud. creditor. Papegay vol.* 1. *pag.* 345. 348. *Gail de arrest. cap.* 2. *nu.* 7. Hæc cautio debet esse sufficiens & idonea, datis fidejussoribus aut pignoribus: quæ propriè satisdatio appellatur. *l.* 42. *in f. ff. mand.* Hinc juratoria cautio dicitur non sufficiens. *Pekkius de jure sist. cap.* 45. *num.* 8. Non igitur in arbitrio actoris est, utrum fidejussoribus an pignoribus caveri velit; quomodo sentit *Gail de arrest. cap.* 3. *num.* 4. Imò vix pignoris cautio in judicio sibi locum vindicabit:

1 Pek. de jure sist. cap. 45. num. 3. 6.

nisi per cautionem de judicato solvendo, [1] aut nisi Curia causa cognita aliter decernat. Hæc arresta [a] magnæ sunt commoditatis, præsertim adversus extraneos,

cabit: licet contrarium teneat *Accursius ad l. 1. ff. qui satisda. cogant.* Quid si pauper sit, nec pignora aut fidejussores habeat? Fidem ejus eo casu judex sequetur si sit vitæ integer, minimèque suspectus. *Papegay vol. 1. pag.* 346. 347. *l.* 6. §. 1. *ff. quib. modis pig. vel hypoth. solv.* Ratio est, ne quis ob inopiam satisdationis actionibus excludatur, *l.* 2. §. 6. *ff. de judic. Busius ad tit. ff. de judic. de ad rub. ff. qui satisda. cog.* Adpositè *Chrysostomus*: *Pauper*, inquit, *non habet hypothecam, quia nihil possidet: non habet pignora qua tradat: quia nudus est.*

a §. 33. *Magna sunt commoditatis*] Regulariter omnia arresta siveimpedimenta in civilibus caussis interdicta & odiosa habentur; quia species executionis à qua non temerè incipiendum. *c.* 1. 2. *x. de sequest. possess. Gail lib.* 1. *observ.* 148. *num.* 1. *l.* 1. 9. *C. de execut. rei judic. l.* 9. *C. de judic. l.* 6. *C. unde vi. Papegay vol.* 1. *pag.* 507. 510. *Brunemannus ad l.* 58 *num.* 1. 2. *ff. de re judic.* Prius namque debitor convincendus, deinde ad solutionem compellendus est. Dantur tamen casus, in quibus rerum necessitas effecit, ut ab executione possit lis inchoari: puta si præsidis copia haberi non possit. *H. Grotius de jure belli ac pac. l.* 2. *cap.* 7. §. 2. *nu.* 2. *Mysingerus l.* 4. *observ.* 69. *nu.* 10. *l.* 54. *C. de decurio.* Idem servatur si debitor sit extraneus, *Pekkius de jure sist. cap.* 45. *nu.* 11. *Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 2. Ratio est, quia vitantur maximi sumtus, qui aliàs fieri deberent ad extraneum debitorem persequendum. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 24. §. 8. *Gail lib.* 2. *observ.* 44. *num.* x. *Bort de arrest. part.* 1. *nu.* 2. Quamvis igitur regulariter persona, justa ex caussa, sisti seu arrestari possit; ab hac tamen regula variæ sunt exceptiones. Primò namquè nec legati nec eorum bona impediri possunt, licet in loco legationis se obligaverint. *Bort de arrest. part.* 4. *num.* 6. 8. 9. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap. cap.* 18. §. 9. & §. 4. *num.* 1. 2. 3. §. 10. *num.* 1. Ex quo etiam concluditur, deputatos detineri non posse: quia & illi instar legatorum sunt. *Bort de arrest. part.* 4. *num.* 4. Præterea bonis studentium manus quis injicere prohibetur; adeo ut qui id tentare ausus fuerit,

non

non solum infamia notetur, sed insuper in quadruplum condemnetur: licet id hodie aliter observari arbitremur; quamquam dissentiant *Pekkius de jure sist. cap.* 5. *nu.* 1. 2. 3. 4. *Bort dicto loco nu.* 26. Advocatos quoque, & medicos arrestari non posse, quorundam opinio est. *l.* 6. *C. de professor.* Lex hos capi & carceri includi pro debito non posse ait; uti nec mulieres. *Nov.* 134. *cap.* 9. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 3. *cap.* 2. *§.* 7. *num.* 3. Mitior namquè circa eas debet esse sententia, quas aut pudor aut infirmitas excusat. *l.* 5. *§.* 3. *C. ad l. Jul. majest.* Hodiè tamen hæc aliter servari testatur *Merula. prax. civ. lib.* 4. *tit.* 17. *cap.* 12. *num.* 4. *Bort de arrest. part.* 4. *num.* 30. *Gail l.* 2. *observ.* 90. *nu.* 3. Et quamvis, ut diximus, extraneus tantum debitor, non inquilinus aut civis impediri possit: quia, ut *Plato* docet, legum sanctio cum respiciat, ut cives felicissimi sint, ac maximè inter se amici; quod esse non potest, si mutuis injuriis divexentur. *Statuta Lydensia cap.* 124. *Papegay vol.* 1. *pag.* 350. *Bort de arrest. part* 4. *nu.* 39. *Consilia Batav. vol.* 4. *consil.* 341. Quoties tamen suspicio fugæ est, etiam civis capi & apprehendi potest. *Gail lib.* 1. *observ.* 48. *nu.* 13. 14. *Christinaeus ad ll. Mechliniens. tit.* 3. *art.* 4. *nu.* 3. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 24. *cap.* 9. *num.* 2. *Papegay vol.* 1. *pag.* 349. Ejusquè rei ratio est: quia ubi periculum in mora, ibi partis citatio non requiritur. *Pekkius de jure sist. cap.* 4. *num.* 5. Quandoquè tamen debitor quantumvis de fuga sit suspectus, sisti seu arrestari non potest: quod locum habet si ad asylum se receperit: nam ab asylis nemo extrahi potest propter moris antiqui, religionisque prærogativam. *Justinus lib.* 39. *histor. cap.* 1. *Exod. cap.* 26. *v.* 33. *cap.* 29. *v.* 44. *Macchabao. lib.* 1. *cap.* 4. *v.* 38. *Leoninus in emendatio. ff. lib.* 1. *cap.* xx. *nu.* 2. *Genes. cap.* 13. *v.* 18. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 3. *cap.* 14. §. 6. *num.* 4. *l.* 5. *C. de his qui ad Eccles. confug.* 1. *Reg. cap.* 8. *v.* 4. Sic Orestes cum matrem interfecisset, & à tribus Furiis agitatus, in Apollinis templum confugit; nec ausæ id Eumenides ingredi. *Virgilius*:

Ultricesque sedent in limine diræ.

l. 1. *§.* 1. *ff. de officio præf. urb. Turnebus ad l.* 2. *Virgil. Æn. v.* 517. Et Lacedæmonii cum violassent eos, qui supplices in templum Neptuni confugerant, tam ingentibus crebrisque motibus Sparta concussa est, ut nulla propè domus expers tantæ ruinæ fuerit. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 3. *cap.* 5. *§.* 2. *num.* 5. *cap.* 20. *§.* 8. *num.* 6. *Justinus lib.* 20. *histor. cap.* 2. *lib.* 28. *cap.* 3. *lib.* 39. *cap.* 3. Prædictis adjici-

jicimus eos, qui in lucos se receperunt. *Conanus ad jus civ. lib.* 1. *cap.* XII. *nu.* 1. *Florus lib.* 1. *histor. cap.* 1. *Polydorus Virgilius lib.* 3. *cap.* 12. Nam & hos sacros credidit superstitiosa antiquitas. *Lactantius Instit. divinar. lib.* 2. *cap.* 6. *Cicero pro Milone: Vos enim jam Albani tumuli, atque luci: vos, inquam, imploro, atque obtestor: vos Albanorum aræ, sacrorum populi Ro. sociæ, & æquales, quas ille præceps amentia, cæsis, prostratisque sanctissimis lucis, substructionum insanis molibus oppresserat.* Pari etiam immunitate gaudet domus cujusque sua. *Zasius ad tit. ff. de in jus voc. ad l. plerique nu.* 2. *Brunemannus ad l.* 18. *ff. eod. num.* 1. 2. Quid si in alienam domum quis se receperit? nam ut in domo propria sic in aliena, invito domino debitor capi non potest. *Cicero pro Roscio Comœdo: Sicut in aram, confugit in hujus domum, disciplinam patrocinium, nomen. H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 21. §. 5. *num,* 2. *l.* 103. *ff. de reg. jur. l.* 21. *ff. de in jus voc. Zypæus notit. jur. Belg. tit. de in jus voc.* Lex enim illa quæ immunitatem templis concedit, & domum tutissimum refugium vocavit. *Cicero pro Domo: Quid est sanctius, quid omni religione munitius, quam domus uniuscujusque civium? hic aræ sunt, hic Dii penates, sacra, religiones, ceremoniæ continentur: hoc perfugium est ita sanctum omnibus, ut inde abripi nemini fas sit.* Veteribus sanè id sacrilegio proximum visum propter violatos Deos Penates. Et deniquè ob dictam rationem in Academiis publicis nemo arrestari potest: quia scholæ publicæ sunt velut domus studiosorum: quo privilegio etiam & hodie frui Academiam Lovaniensem, sæpè mihi narravit Cl. Martinus van de Velde, in dicta Academia professor meritissimus. Idemque testatur *Brunemannus ad l.* 2. *num. fin.* C. *de his qui ad Eccles. confug.* In Hollandia tamen hac immunitate Academiæ excluduntur, & jura Asylorum non servantur: quia templis, domibus, scholis publicis, lucis, statuis, nulla sanctitas, nulla privilegia tribuuntur. *Edict. Ordin. Holland. An.* 1544. *Suetonius in Tiberio cap.* 37. *Brunemannus ad l. unic.* C. *de his qui ad stat. confug. c.* 3. *x. de constitutio. Mica cap.* 5. *v.* 13. 14. *Deutero. cap.* 7. *v.* 5. *cap.* 12. *v.* 3. *cap.* 16. *v.* 21. *Esaj. cap.* 17. *v.* 8. In terris tamen omnibus Romano Pontifici subjectis, jura asylorum sarta ac tecta adhuc conservantur: ita tamen, ut ea ad latrones, sacrilegos, carcere elapsos, incendiarios, voluntarios homicidas non extendantur. *Exod. cap.* 21. *v.* 14. *Deutero. cap.* 19. *v.* 11. 12. *Nov.* 37.

neos, qui eo pacto a coguntur litigare coram Curia, cum domicilii ratione alibi essent conveniendi.

XXXIV. Mandata pœnalia in omnis generis caussis possunt impetrari, si quis Curiæ de jure suo illico fidem facere possit: neque parum afferunt utilitatis, cum reus eorum nomine coram Curia recte conveniatur, neque contra ea mandata quicquam facere audeat, propter pœnæ quam incurreret comminationem,

c. 1. x. de homicid. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 21. nu. 5. 6. Boerius decis. 109. *nu.* 1. *Nov.* 117. *cap.* 15. *Papon de arrest. lib.* 1. *tit.* 1. *arrest.* 16. 17. *Bodinus de repub. lib.* 3. *cap.* 7. *Cicero lib.* 1. *de inventione : Voluntario homicidio veniam dari non oportere : imprudentiæ concedi nonnunquam convenire.* Miseris enim & à potentioribus oppressis prodesse asyla debent, non facinorosis, *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 21. *§.* 5. *nu.* 1. 3. 4. Huic opinioni non adversatur *c.* 6. *x. de immunitate Eccles.* Licet enim in illo textu non specialiter excipiantur homicidæ voluntarii, & qui dolo malo & proposito deliquerunt: tamen exprimuntur disserte in *c.* 1. *x. de homicid.* Nam lex ex lege explicanda; & quod uni cap. deest, ex alio supplendum est. At quid de furibus dicendum? fine etiam jure asylorum & immunitate Ecclesiæ gaudent? Id expressè negandum est. Enimverò, si furibus quoque id jus concederent leges; fenestra omnibus delictis & rapinis aperiretur, & salus & tranquillitas totius Reipub. turbaretur: id quod nullo modo admitti debet. Dissentit *Covarruviæ lib.* 2. *Var. resolut. cap.* 20. *num.* 13. *in fine.*

a *§.* 33. *Coguntur coram Curia litigare*] Arresta concessa à judice ordinario, non ad superiorem judicem, sed ad inferiorem devolvuntur. *Gail de arrest. cap.* 1. *num.* 13. *cap.* 2. *num.* 1. *cap.* 4. *num.* 1. *Bort de arrest. part.* 7. *num.* 7. 11. *part.* 1. *num.* 19. Quæ verò à superiore judice conceduntur, etiam ad superiorem judicem spectant; rejecta omni exceptione fori declinatoria. *Groenewege de ll. abrog. ad l. unic. num. fin. C. ubi conveni. qui certo loco. Papegay vol.* 1. *pag.* 348. *Grotius de jure belli ac pac. lib.* 3. *cap.* 9. *fin. num.* 3.

nem, unde non male vir doctus & facetus, *legem horrendi carminis*, vocare solebat. Tertia divisio est, quod mandata pleraque uni causæ inserviant, quædam pluribus.

XXXV. Qui plures habet debitores chirographarios vel alios sibi obnoxios, potest petere mandatum debitorum, (*nobis* a Mandement van debitis) & ex eo omnes citare.

XXXVI. Ad quod exemplum etiam alia innominata actio nuper introducta est, qua emptores partium in Societate Indica vel Americana, (*nobis* Actie kopers) omnes suos venditores vocant, ut nulla ipsis actio competere declaretur, ex venditione non secundum leges facta. Quarta divisio est quod in quibusdam mandatis dies præfigitur coram curia, in quibusdam coram Commissariis. In omnibus magnis causis dies reo assignatur ad quem coram Curia compareat, defensiones suas allegaturus; excipiuntur leves causæ aut celeritatem requirentes.

XXXVII.

a §. 35. Mandement van debitis] *Artic. 3. 6. Instruct. Curia Holland. in caussis leviorib.* Quia magis expedit, caussas connexas in uno eodemquè judicio ventilari; convocantur edicto omnes ii qui aliquid debent. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 3. cap. 2. §. 5. num. 2. Papegay vol. 1. pag. 94. Boërius decis. 255. num. 5. Wassenaer prax. civ. cap. 1. art. 1. num. 35. Brunemannus ad l. 1. 2. num. 9. ff. quib. causs. ad eand. jud. Autumnus ad l. 57. ff. de petitio. hered. Gail lib. 1. observ. 32. num. 1. c. 2. x. de caussa possess. l. 3. C. de judic. Nov. 99. cap. 1. l. 5. C. arbitr. tutel.* Hinc calcatum illud: *Idem connexorum esse judicium. l. 10. C. de judic. l. 43. 59. ff. de re judic.* Hoc axioma non solum locum sibi vindicat, si caussarum diversarum sit connexitas; sed etiam si ejusdem rei nomine quis diversos judices sortiatur, *l. 47. ff. de re jud. l. 4. C. de distract. pignor. Papegay vol. 1. pag. 70.* Quæritur, qui judex competens sit de caussæ con-

XXXVII. [a] In levibus causis coram duobus Commissariis ad id deputatis, (*nobis* **Commissarisen van de kleyne saecken**) dies reo dicitur: Appellantur autem causæ leves quæ in pagis quinquaginta, & in civitatibus centum florenos, non excedunt.

XXXVIII. In causis celeritatem requirentibus dies assignatur coram uno Commissario, (aliquando & duobus) ad id deputato, vel deputatis, ubi & actor & reus comparere tenentur; & auditis hinc inde rationibus, si res transactione sopiri nequeat, Commissarius aut omnia illico Curiæ refert, aut in manibus suis causam instrui facit, (quod *nobis* **Mandement ofte appoinctement Commissoriael** vocatur.)

XXXIX. Ex fine agentis mandata bifariam dividuntur: nam primo aut petitur restitutio, aut non petitur, [b] restitutio in omnibus mandatis locum habe-re

connexitate cognoscenda. Et meritò concluditur; superiorem adeundum esse: cujus tamen contrarium videtur in *l.1.ff. quib. causs. ad ad eund.* Hodie tamen superior adeundus, ibique de caussa cognoscendum. Quid si debitores diversi fori, nec commune tribunal agnoscant? eo casu, quisque coram suo judice conveniendus erit. *Gail lib. 1. observ. 32. observ. 16. num. 12. l. 13. C. de rei vindicat.*

a §. 37. *In levibus causis coram duobus commissariis ad id deputatis*] Antiquitus judicibus pedaneis de levioribus caussis cognitio demandabatur. *l. 3. 4. 5. C. de pedan. judic. l. 1. §. 6. ff. de postul. l. 38. §. 10. ff. de pœn Suetonius in Vespasiano cap. x. Plinius lib. 3. cap. xx. Cujacius ad Nov.* 82. *Gellius lib. 3. cap.* 18. *Nov.* 82. *cap.* 3. Hodie nulla distinctio inter judices pedaneos, delegatos & ordinarios: nam & ii simul tam caussis levioribus quam gravioribus cognoscendis præesse, & delegari solent. *Carpzovius process. civ. tit. 13. art. 5. nu. 67. Busius ad l. 9. ff. de recept. arbit. Cujacius ad Nov. 87. litt. H. Artic. 3. Instruct. Curiæ Holland. in caussis leviorib.*

a §. 39. *Restitutio in omnibus mandatis locum habere potest*] *Artic. 193. 194. Instruct. Curiæ Supr.*

re potest, a si qua modo justa causa esse videbitur; atque ita cum omnibus actionibus personalibus, realibus & mixtis conjungi potest; sive in prima, sive in secunda instantia; causas vero restitutionis jus civile suppeditat 1; appellantur autem hæc mandata (Mandementen van relief / ofte van relief ende van actie). Secundo actiones ex fine dividuntur, quod quædam sunt possessoriæ, aliæ petitoriæ.

1 *Tit. ff. & C. de restitut. in integr. & alii eo pertinentes.*

XL. Possessorie agitur aut pro possessione præsenti vel non præsenti: Præsentem possessionem voco, quam quis actu, aut certe animo, habere se contendit, & à D.D.

Quæritur, cui judici jus in integrum restituendi competat? Alii, eum competentem judicem esse statuunt, in cujus territorio domicilium habet is qui convenitur. Ratio est; quia regulariter actor sequi tenetur judicem ipsius rei. *Covarruvias lib. 1. to. 2. Var. resolutio. cap. 4. num. 1. cap. 3. nu. 1.* Nonnulli cum distinctione id intelligunt, & dicunt; si actio sit personalis, caussam restitutionis agitari debere in foro rei conventi. Si vero actio realis, in actoris arbitrio id esse, utrum in loco rei sitæ, an verò in foro rei conventi restitutionem velit petere. Hodie, hac distinctione explosa, solus Princeps ejusque senatus restitutionem in integrum concedit. *l. 1. C. ubi & apud quem restitutio. l. x. ff. de minor. Mysingerus lib. 6. observ. 80. nu. fin.* Ratio est; quia quæ magis imperii sunt quam jurisdictionis, magistratus municipalis facere non potest. *Duarenus ad tit. ff. de judic. cap. de var. judicio. pracept. Christinæus ad ll. Mechliniens. tit. 19. art. 28. nu. 67.*

a §. 39. *Si qua modo justa causa esse videbitur*] In petenda restitutione, caussæ ejus libello debent inseri; quæ an justæ sint, judex superior ad judicem competentem scribit, ut cognoscat, an preces veritate nitantur. *Artic. 5. 6. 7. Ampliat. Instruct. Curiæ Holland. An.* 1579. *Gail. lib. 1. observ. 142. nu. 2. Wesembecius ad tit. ff. de fer. num.* 14. Jure igitur nostro, ipsa restitutionis cognitio ad judicem ordinarium; ipsa verò restitutio ad judicem superiorem spectat, *Gudelinus de jure noviss. lib. 3. cap. 14. Dicto artic. 7. Ampliat. Instruct. Curiæ Provincial.*

a §. 40.

D. D. a *retinendæ possessionis vocatur*, (*nobis* **Mandement van maintenue**) quod mandatum in Præsidiali Senatu executioni mandatur, sicut alia prioris instantiæ mandata: in summa vero Curia apparitor probationes, [b] tam tituli quam possessionis & turbationis, à se obsignatas, Curiæ exhibet, quas Commissarii reservant, & exinde exemplum dant litigantibus.

XLI.

a §. 40. *Retinendæ possessionis vocatur*] Adde *tit. ff. & C. uti pos sidet.*

b §. 40. *Tam tituli quam possessionis & turbationis*] *Artic.* 195. 196. 200. *Instruct. Curiæ Supr. Artic.* 39. *Instruct. Curiæ Holland.* Jure civili in interdicto *Uti possidetis*, duo præcipuè probanda erant: quorum primum erat possessio à parte actoris: secundum, turbatio à parte rei conventi. *Coren decis. Supr. Curiæ decis.* 6. *Menochius de retinenda possessio. remed.* 5. *num.* 134. *Dambouder prax. civ. cap.* 34. *Papegay vol.* 1. *pag.* 120. Et sanè id non sine ratione constitutum videtur: nam tam possessio quam turbatio in facto consistunt: quod regulariter non præsumitur, nisi probetur. *l.* 12. §. 2. *ff. captiv. & postlim.* Non inutiliter quæritur; an ei qui precariò possessionem nactus est, detur interdictum *Uti possidetis*. Ad quod dicendum adversus omnes, solo domino vero excepto, precariò possidenti id dari, *l.* 17. *ff. precario.* Ratio, cur adversus omnes alios præter dominum, possessionem defendere liceat, hæc reddi potest: quia possessio precaria contra alios est justa: cum sit voluntate domini veri concessa: contra dominum verò est vitiosa. *Cicero pro Cæcinna*: *Nec id quidem*, ait, *satis est, nisi doceas ita se possedisse, ut nec vi, nec clàm, nec precario possederit. Omphalius de usurpatioll. lib.* 4. *cap.* 17. *num.* 9. 10. 11. Tum etiam, quia inconveniens est, longius in aliena possessione esse, quam concedenti placuerit, *l.* 15. *ff. de precar.* Non obstat tritum illud: *possidentis semper meliorem esse conditionem.* Quandoquidem id procedit, quoties ipse dominus possessionem non retinuit: quod hic accidit: siquidem animo relinquendæ possessionis non discessit. *l.* 15. §. 4. *ff. dicto tit.* Ex quo consequitur; precario dantis, quam precariò accipientis conditionem potiorem esse debere,

XLI. In hac actione & hoc notandum, quod si adversarius econtra se possidere dicat, licitum ipsi sit eodem judicio experiri, suamque possessionem tueri, quod a duplicare interdictum dicimus, (**het interdict redoubleren**/) sed de hoc latius infra agemus: pertinent huc tituli Digestorum, *uti possidetis*, *de itinere*, *rivis*, *aqua*, *fonte*, & *officium judicis*, &c. Pro possessione non præsenti agitur aut pro futura, aut pro præterita.

XLII. Pro futura possessione tunc agi dico, cum quis immitti in possessionem desiderat, *quod adipiscendæ possessionis* interdictum est, (*nobis* **Mandement om geimmiteert te werden in de possessie**) huc pertinent Tituli *quorum bonorum*, *quorum legatorum*, *de Salviano interdicto*, & *actiones ex l. ult. C. de edict. Div. Adr. tol. ex l. 3. C. de pignor.* & *officium judicis*.

XLIII. Pro præterita possessione tunc agitur, cum quis è possessione sua turbatus, contra turbatorem agit ut restituatur, *recuperandæ possessionis* aliis dicitur (*nobis* **Mandement van spolie & mandement van complaincte.**)

XLIV.

l. fin. ff. pub. in rem actio. Cæterum sciendum est; non intempestivè & statim precarium esse restituendum: siquidem aliàs quis specie liberalitatis deciperetur; quod fieret, si revocatione intempestiva alicui damnum inferatur: quippe id tacitè actum videtur semper, ut precarium accipiens ex precario commodum aliquod consequatur.

a §. 41. *Duplicare interdictum dicimus*] In interdicto retinendæ possessionis reconventio admittitur, si quis in ejusdem rei possessione turbari se dicat, *l. 2. ff. uti possidet. Menochius de remed. 5. Uti possid. num.* 705. *Wassenaer prax. civ. cap.* 14. *art.* 1. *nu.* 9. 10. *Papegay vol.* 1. *pag.* 118. 119. *Costalius ad l.* 6. *ff. de compensatio. Faber Cod. lib.* 8. *tit.* 3. *def.* 40.

a §. 45.

XLIV. Quæ duo ita differunt, quod in priore omnia in ordinariis judiciis consueta observantur;

XLV. Dies enim coram Curia assignatur, & tum [a] *spoliatus petit ante omnia restitui.*

XLVI. In posteriore, mandatum ad Commissarium dirigitur, qui ipse in narratorum veritatem inquirit, & [b] si preces veritate nitantur, actorem illico pristinæ possessioni restituit, damnaque illata reparari jubet, (*nobis* **decerneert** [c] **restablissement**) [d] sine

a §. 45. *Spoliatus petit ante omnia restitui*] *Artic.* 41. 42. 43. *Instruct. Curia Holland.* Agenti ex caussa spolii reconventio opponi non potest; quia ab eo vi possidet: sed ante omnia violentiæ caussa examinari præcipitur, & in eam inquiri, quis ad quem pervenerit possidentem: ut ei, quem constiterit vi expulsum, amissæ possessionis jura reparentur, rejecta alterius spolii in aliud tempus exceptione. *Papegay vol.* 1. *pag.* 112. 129. *Bort de retinenda possess. tit.* 1. *num.* 22. *Mascardus de probatio. vol.* 4. *concluf.* 1333. *nu.* 1. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 16. §. 12. *num.* 1. *Brunemannus ad l.* 6. *num.* 6. *C. unde vi. Cicero pro Cæcinna: Quicum tum post hac de possessione contenderes, eum si ingressum modo dejeceris, in prædium restituas oportebit. In eadem oratione: Quid tu? Prætor, inquit, interdixit, ut, unde dejectus esset, eo restitueretur, hoc est, qui cum is locus esset, unde dejectus esset.* Idquè procedit, sive reconventio super eadem re sive diversa fuerit instituta. Hoc amplius, licet super alia re admissum spolium; tamen reconventio super spolio moveri non potest: quamquam alii diversum sentiant.

b §. 46. *Si preces veritate nitantur, actorem restituit.*] *Artic.* 39. *Instruct. Curia Holland. Artic.* 196. 197. 198. 199. *Instruct. Curia Supr. Carpzovius process. civ. tit.* 23. *artic.* 3. *num.* 27. 28. *Gail lib.* 1. *observ.* 5. *num.* 5. *Bort de retinenda possess. tit.* 7. *num.* 17.

c §. 46. **Restablissement**] *Artic.* 205. 204. 198. *Instruct. Curia Supr. Artic.* 39. *Instruct. Curia Holland.* Galli recredentiam vocant; nonnulli pignus prætorium; alii possessionem fiduciariam & provisionale remedium. *l.* 12. *ff. pro emto. l.* 5. *C. ut in possess. legator.*

[a] sine ulla appellatione aut oppositione. Sed observandum aliter hoc mandatum in Senatu Præsidiali, aliter in Curia Suprema executioni mandari, ut ex instructionibus patet. Huc spectat titulus *unde vi*; itemque remedia possessoria ex variis legibus & canonibus desumta, nimirum, *Condictio indebiti*, *condictio triticaria*, *ex l. si & me. & Tit. ff. de verb. oblig. ex l. 1. C. si per vim. ex l. invasor. C. unde vi. ex l. meminerint C. ib. ex l. si quis in tantam C. ib. ex l. ult. C. ib. ex c. redintegranda 3. qu. 1. ex c. sæpe. de rest. spol. & officium judicis*, de quibus latius Menochius in possessoriis.

tor. l. 9. §. 1. ff. de reb. credit. Plinius lib. 6. epist. xx. Rursus alii appellant litem vindiciarum. *Budæus ad l. ult. ff. de orig. jur. Ravardus ad ll.* XII. *tab. cap. 4.* Ratio est; quia interim dum de proprietate lis agitatur, vindicem, hoc est, prædem sive fidejussorem dare tenebantur; rem de qua agitur non deteriorari vel auferri. *Gellius lib. 20. cap. 10. Ravardus ad l.* XII. *tab. cap. 6. Bort de retinenda possess. tit. 10. num. 29. 31. Hopperus de juris arte lib. 3. cap. de different. actio. Wassenaer prax. jud. cap. 6. art. 3. nu. 4.*

a §. 46. *Sine ulla appellatione aut oppositione*] *Artic. 41. Instruct. Curiæ Holland. Symmachus in epistolis : In caussa,* inquit, *in qua momenti reformatio postulatur, appellationem recipi non oportet. l. 1. C. si per vim vel al. l. 14. C. de agricol. l. 7. C. unde vi. Cujacius lib. 5. observ. 17. Cicero pro Cæcinna : His rebus ita gestis, P. Dolabella prætor interdixit, ut est consuetudo, De vi, hominibus armatis, sine ulla exceptione, tantum, ut, unde dejecisset, restitueret.*

CA-

CAP. VI.

De mandatis in causis petitoriis, ex contractibus & maleficiis, vel quasi, item restitutionibus in integrum.

I. *Divisiones variæ*: II. *Actiones inter maritum & uxorem*: III. *Inter parentes & liberos*: IV. *Tutorem & pupillum*: V. *Dominum & vasallos*: VI. *Actiones provenientes ex dominio pleno*: VII. *Vel utili*: VIII. *Item quasi dominio*: IX. *Ex dominio immediato*: X. *Ex mediato per factum hominis*: XI. *Onerosum*: XII. *Lucrativum*: XIII. *Per factum viventis*: XIV. *Mortui*: XV. *Ex successione testamentaria universali*: XVI. *Particulari*: XVII. *Directa*: XVIII. *Fideicommissaria*: XIX. *Ab intestato*: XX. *Servitute prædiali*: XXI. *Personali*: XXII. *Ex hypotheca*: XXIII. *Ex chyrographo*: XXIV. *Ex codice mercatoris*: XXV. *Ex promissione verbali principali*: XXVI. *Prætoria*: XXVII. *Accessoria*: XXVIII. *Ex contractu, qui re perficitur*: XXIX. *Aut solo consensu*: XXX. *Actiones ejus generis veteres*: XXXI. *Novæ*: XXXII. *Ex quasi contractu*: XXXIII. *Ex inæqualitate inter volentes*: XXXIV. *Invitos*: XXXV. *Ex maleficio*: XXXVI. *Ex quasi maleficio*: XXXVII. *Ad redditionem chyrographi*: XXXVIII. *Actiones ex remissione hominis*: XXXIX. *Legis*: XL. *Actio decreti*: XLI. *Actiones revocatoriæ*: XLII. *Mandata cessionis, inductionis*: XLIII. *Salvi conductus litteræ*.

I. PErvenimus [a] ad actiones petitorias, quæ, cum magno sint numero & omnes eas actiones comprehendânt, quæ *nobis* rau actien dicuntur, in novam classem compingendæ fuerunt: quarum prima est

a §. I. *Ad actiones*] Jure veteri actiones erant in potentia Jureconsultorum; à quibus etiam dies quibus agendi potestas esset, petebantur. *Cicero pro Murana*: *Possetne lege agi, nec ne pauci quondam sciebant. fastos enim vulgò non habebant, erant in potentia eorum*

rum qui consulebantur: *à quibus etiam dies tanquam à Chaldais, petebantur. Zasius ad tit. ff. de orig. jur. §. postea. num.* 2. 3. Hæ actiones conceptis verbis in jure impetrandæ erant: unde actor vulgò vocari solet, **den Impetrant.** *Seneca lib.* 2. *cap.* 8. *de beneficiis*: *Ad judicem missus sum, ut impetrarem, causam dixi.* Quo in loco, per judicem, ipsum prætorem intelligendum esse arbitramur. Quibus impetratis, Prætoris erat videre an actio rei conveniens esset: illa si esset, eam dabat. *l.* 1. *§. fin. ff. de vent. inspic.* Quoties verò actio rei propositæ non conveniret, eam denegabat: quo casu actor, sive tempore, sive loco aut caussa plus petiisset, caussa cadebat: non si una duntaxat syllaba deesset, ut nonnulli malè conantur probare; quos inter *Goedaus ad l.* 5. *ff. de verbo. sig. num.* 24. 25. Quis enim credat, unius litteræ aut syllabæ vel omissione vel adjectione agentes tota caussa cecidisse: nam evulgatis à Flavio scriba fastis & actionibus; omnes postea agendi formulæ à legulejis brevibus illis notis componebantur, ne forte postea rursus evulgatæ à civibus possent intelligi: in quibus illi ipsi formularii errare potuerant. In iis enim, quæ brevibus illis notis excipiebantur, hujusmodi syllabarum aucupationes frequentes erant: quæ postea ob fraudes inde emergentes expressè sunt prohibitæ, *Suetonius in Jul. cap.* 55. Quid si actor dubia usus esset oratione; an eo casu caussa cadet? Id negandum est. Aliud enim est errare; aliud ambigua oratione uti: quo casu judicis est; eam ex ambiguo eligere sententiam, quæ rei gerendæ aptior est. Ergo tantum is tota caussa cadebat, qui plus quam ad eum pertineret, petierat. *Zasius in Antinom. in princ. num.* 1. *Cicero primo de Oratore*: *Quod alter plus, lege agendo petebat, quam quantum lex in* 12. *tab. permiserat? quod cum impetrasset, caussa caderet*: *alter iniquum putabat plus secum agi, quam, quo erat in actione: nec intelligebat, si ita esset factum, litem adversarium perditurum. Seneca lib.* 1. *ep.* 48. Hæ actionum formulæ licet in desuetudinem abierint; ipsa tamen actionum nomina remanserunt, *tot. tit. C. de formul. actio. sublat.* Quandoquidem in actione reali res designari, *l.* 6. *ff. rei vindicat.* in personali, id quod debetur, exprimi omninò debuit. *l.* 3. *C. de annal. exceptio.* Moribus nostris nec actionum formulæ, nec earum nomina in ullis judiciis servantur; sed ipsum tantum nudum factum proponitur; ex quo jus agendi satis abundequè potest colligi. *Wassenaer prax. civ. cap.* 1. *art.* 1. *num.* 42. *Groenewege*

de

est divisio, quod de jure acquirendo vel amittendo agant; acquisitionem voco, quæ fit mediante dominio & obligationibus, per quæ aliquid nostrum esse, vel nobis deberi dicimus. Amissio juris in liberatione, aliisque modis solvendi obligationem, consistit. Jus quod acquiritur aut respectum aliquem habet ad qualitatem personarum, aut non habet. Qualitatem personarum appello, quæ à Justiniano in Institutionibus [1] jus personæ, alibi vero status personæ [2], nominatur: in aliis enim actionibus parum consideratur ea, quæ inter personas est, relatio; ea autem in his actionibus totum efficit. Exempla ejus juris, quod qualitatem personarum respicit sunt, jus inter maritum & uxorem: inter parentes & liberos: tutorem & pupillum: inter dominum & vasallum: nam ut ante monuimus, jus inter dominum & servum, patronum & libertum, moribus nostris evanuit.

1 *Lib. 1. Inst. de jure pers.*
2 *Tit. ff. de statu pers.*

II. Jus mariti & uxoris consideratur, vel ante matrimonium vel in matrimonio, vel post matrimonium: ante matrimonium oriuntur a actiones de sponsalibus, de condictione dotis nuptiis non secutis, de secundis nuptiis & *l. hac edictali C. eod. tit.* de pactis dotalibus, de donatione propter nuptias: In ipso matrimonio locum habent, b actio ad dotem, ut evictio ejus nomine

de ll. abrog. ad pr. J. de actio. nu. 1. 2. ad l. fin. C. qui & adversus quos integr. ad l. 1. 2. C. de formul. actio. subl. Gudelinus de jure noviss. lib. 4. cap. 5. Vinnius ad §. 28. J. de actionib. Frustra namque fit expressio ejus de quo apparet. *l. 3. in pr. ff. de jurejur. l. 14. §. 1. ff. ut legator.*

a §. 2. *Actiones de sponsalibus*] Adde *tit. C. de sponsalib.*

b §. 2. *Actio ad dotem*] Vid. *tit. ff. & C. de jure dot. tit. C. soluto matrimo. quemadmod. dos petat.*

c §. 2. *Impensæ in res dotales factæ restituantur*] Huc refer *tit. ff. de impens. in res dotal. fact.*

ne præstetur, ut [c] impensæ in res dotales factæ restituantur, [a] de paraphernis, [b] de donatione inter virum & uxorem, de alenda uxore, de petenda si ab alio detineatur, [c] querela ob sævitiam mariti, [d] rerum amotarum: Post matrimonium succedunt actiones, [e] de divortiis, [f] Repetitio dotis soluto matrimonio, [g] actio hypothecaria, [h] & privilegium dotis; actio ex communione consuetudinaria, item communicatio lucri & damni, [i] ex pactis tam constante matrimonio, quam eo dissoluto.

III. Ad jus patris in liberos spectant sequentes actiones, [k] de alendis & educandis liberis, [l] de filia dotanda & [m] liberis exhibendis, & si qua sunt ejus generis.

IV. [n] Jus tutorum in pupillos & contra, varias quoque

a §. 2. *De paraphernis*] Adde *tit. C. de pact. convent. tam super dote quam donatio. ante nupt. & parapher.*

b §. 2. *De donatione inter virum & uxorem*] Huc facit *tit. ff. & C. de donatio. inter vir. & uxor.*

c §. 2. *Querela ob sævitiam mariti*] De maritali potestate, videndus omninò doctissimus *Rittershusius ad ll. XII. tabular. cap. 7. part. 1. class. 3.*

d §. 2. *Rerum amotarum*] *Tit. ff. rerum amotar.*

e §. 2. *De divortiis*] Huc spectat *tit. ff. & C. de divort. & repud.*

f §. 2. *Repetitio dotis soluto matrimonio*] *Tit. C. dos soluto matrimo. quemadmod. petat.*

g §. 2. *Actio hypothecaria*] Adi *tit. ff. & C. de pignorib. & hypothec.*

h §. 2. *Privilegium dotis*] *Tit. ff. & C. de jure dotium. Tit. ff. & C. qui potiores in pignore & hypoth. hab.*

i §. 2. *Ex pactis tam constante matrimonio*] Eodem facit *tit. C. de pactis convent. tam super dote quam ante nupt. donatio.*

k §. 3. *De alendis & educandis liberis*] *Tit. ff. & C. de agnoscend. vel alend. liber.*

l §. 3. *De filia dotanda*] *Tit. ff. & C. de jure dot.*

m §. 3. *Liberis exhibendis*] *Tot. tit. ff. de liberis exhibend.*

n §. 4. *Jus tutorum in pupillos & contra*] Vide sis *tit. ff. contraria tutela & utili actio.*

o §. 4. *De cogendo tutore ut administret.*] §. 3. *J. de Attiliano tuto-*

que producit actiones, ex. gratia: o de cogendo tutore ut administret, p de suspecto removendo, q ubi pupillus ali & educari debeat, actio tutelæ directa & contraria.

V. Ad Jus domini & vasalli spectant hæ actiones: ex parte domini, exactio homagii & servitiorum, item retractio feudi ex felonia; ex parte vero vasalli, præstatio feudi & fructuum, & protectio quam vasallus à domino exigit. Sciendum autem quæstiones feudales jam in Curia Præsidiali eodem modo institui & terminari, quo reliquæ solent actiones.

VI. Jus, quod non habet respectum ad personas, aut ex dominio venit, aut ex obligatione; quæ divisio satis consonat Justinianeæ, qua actiones in personales & reales distinguuntur [1]: Dominium autem vel est plenum, vel minus pleno: plenum dominium voco, cum quis suarum rerum administrator est liberrimus, sine ullo defectu partis alicujus integralis, ita ut omnes & directas & utiles actiones possit exercere, omniaque commoda ex re sua percipere.

[1] *§. Omnium Inst. de act. Marant. part. 4. dist. 3.*

VII. Minus plenum, quod alii ex parte utile dominium.

VIII. Ex parte vero quasi dominium appellant, cum dominii partes integrales inter duos pluresve sunt divisæ; ita quidem ut aliquæ eminentiores partes apud eum, quem a *Dominum* sive *directum Dominum* vocamus

tutore. tot. tit. ff. & C. de administratione & periculo tutorum.

p §. 4. *De suspecto removendo*] Junge *tit. J. ff. & C. de suspectis tutorib.*

q §. 4. *Ubi pupillus ali & educari debeat*] *Tot. tit. ff. ubi pupill. educ. vel morari deb.*

a §. 8. *Dominum sive directum Dominum*] Fallunt ac falluntur omnes, qui dominium in utile & directum dividunt; uti rectè sentit eru-

mus maneant; reliquis in alterum, sive utilem sive quasi-dominum, pro tempore transfusis. Dominium plenum quomodo quæratur, vide *in introduct. ad Jurisprud. Holl.* [1] ex eo oritur [a] *Rei vindicatio* longe notissima.

1 *Introd. ad jurispr. Bat. lib. 2. cap. 1. & seq.*

IX. Dominium aut immediate nobis quæritur, aut mediate: immediate quæri dico, in quo nullum alterius hominis factum intercedit, sed ejus solius qui do-

eruditissimus *Bacchovius in Treutl. vol. 2. disp. 20. th. 2. in pr. Pinellus ad l. 1. C. de bon. mat. part. 2. num. 6.* Hujusquè rei ea ratio reddi poterit; quia emphyteutæ in *l. 1. §. 1. ff. si ager vertigalis*, dominus esse negatur: licet ab hac sententia recedat eruditissimus *Goedæus ad l. 27. nu. fin. ff. de verbo. signif. Corasius lib. 6. miscellanea. jur. cap. 20. num. 2.* Dominium enim est jus liberè de re sua disponendi. Quis enim hoc jus vasallo, superficiario, & similibus concesserit? Verum quidem est, actiones dici directas vel utiles: unde tamen non sequitur dominium esse utile vel directum. *l. 30. ff. de mort. caus. donatio.* Quod vero actiones dicantur utiles; id fit ex æquitate: quod in dominio locum habere nequit. Forte quis objiciat: servitutem dici aliam directam; aliam utilem, *l. 10. ff. si servit. vindicet.* Siquidem dicimus: si ipsam l. rectè accuratèque int ueri velimus; servitutes planè ibi non in utiles distinguantur: quamquam nonnunquam quasi servitutes dicantur. Non in contrarium facit *l. 12. in fi. C. de fund. patrimo.* Respondemus; licet ibi dicatur emphyteuta dominus: unde volunt concludere; ergo habet utile dominium; tamen id de dominio fructuum intelligendum est: quorum emphyteutam dominum esse, liberèque de iis disponere posse, nemo negat: idque luculenter apparet *ex l. 1. §. 1. ff. si ager vertigal.* Præterea non obstat, quod emphyteutæ detur rei vindicatio; quæ actio regulariter vero tantum domino dari solet. Quandoquidem dicendum; rei quidem vindicationem ei concedi; non tamen directam, sed utilem; quæ etiam quasi dominis datur; qualis est emphyteuta.

a §. 8. *Rei vindicatio*] Tot. tit. *ff. & C. de rei vindicatio.*

a §. 9.

dominium acquirit; ut [a] in inventione, [b] specificatione, & [c] alluvione, &c. neque illud ab aliquo accipit, sed ipse primus est dominus.

X. Mediate aut per factum hominis, aut per factum legis, neque enim [d] dominium ab aliis ad nos transit, nisi mediante aut ipsorum, aut legis, facto.

XI. Per factum hominis quæritur dominium aut onerose, aut lucrative: onerose ut [e] ex traditionibus quæ fiunt ex contractu oneroso, puta [f] emptionis, venditionis;

XII. Lucrative, per factum viventis, aut mortui.

XIII. Per factum viventis lucrative quæritur dominium, [g] ex donatione, hinc [h] actio ad traditionem rei donatæ; [i] præscriptione, hinc actio ex præscriptione; facit huc [k] actio ad revocandam donationem, & [l] Publiciana, quæ jam fere exolevit.

XIV. Per factum mortui lucrative quæritur dominium, per successionem [m] ex pactis dotalibus, de qua supra, & [n] testamentariam.

XV.

a §. 9. *In inventione*] §. 18. 39. *J. de rerum divisio.*

b §. 9. *Specificatione*] §. 25. *J. de rerum divisio.*

c §. 9. *Alluvione*] §. 20. *J. de rerum divisio. tot. tit. C. de alluvionib.*

d §. 10. *Dominium ab aliis ad nos transit*] Eodem facit *tit. ff. de adquirendo rerum dominio.*

e §. 11. *Ex traditionibus*] §. 40. *J. de rerum divisio.*

f §. 11. *Emtionis, venditionis*] Adde *tit. ff. & C. de contrahenda emtio. & venditio.*

g §. 13. *Ex donatione*] *Tit. J. ff. & C. de donationib.*

h §. 13. *Actio ad traditionem rei donatæ*] §. 2. *J. de donationib.*

i §. 13. *Præscriptione*] *Tot. tit. ff. & C. de exceptionib. & præscriptionib.*

k §. 13. *Actio ad revocandam donationem*] §. 2. *J. de donationib. tot. tit. C. de revocandis donationib.*

l §. 13. *Publiciana*] *Tot. tit. ff. de publiciana in rem actio.*

m §. 14. *Ex pactis dotalibus*] *Tit. ff. de pactis dotalibus.*

n §. 14. *Testamentariam*] *Tit. J. ff.*

XV. Successio Testamentaria aut est universalis, aut particularis: a Universalem successionem dico, quæ fit per hæredis nuncupationem in testamento:

XVI. b Particularem, quæ partem tantum hæreditatis delibat: Prioris generis sunt c petitio hæreditatis ex testamento, petitio inventarii, d de tabulis testamenti exhibendis, e beneficium inventarii, (*nobis* Mandement van beneficie van inventaris) quod à Suprema Curia obtineri debet. Posterioris generis sunt, f actio ad legata ex testamento aut codicillis, actio ad legitimam ejusque supplementum, g actio ex inofficioso testamento, h actio ad partem hæreditatis, i actio ex mortis causa donatione, k actio ad Falcidiam, l actio ad præstandam cautionem legatorum & fideicommissorum nomine; affinis est m actio funeraria.

XVII. Hæc testamentaria successio iterum aut est di-

J. ff. & C. de testament.

a §. 15. *Universalem successionem*] *§. 5. J. de heredib. instituend. Tit. ff. & C. eod.*

b §. 16. *Particularem*] *§. 6. J. dicto tit.*

c §. 16. *Petitio hereditatis*] *Tit. ff. & C. de hereditatis petitio.*

d §. 16. *De tabulis exhibendis*] *Tot. tit. ff. & C. de tabulis exhibend.*

e §. 16. *Beneficium inventarii*] *§. 4. J. de heredum qualitate & different. Tot. tit. C. de jure delibera.*

f §. 16. *Actio ad legata*] *§. 2. J. de legatis. Tit. ff. & C. eod.*

g §. 16. *Actio ex inofficioso testamento*] *Tit. ff. & C. de inofficioso testamento.*

h §. 16. *Actio ad partem hereditatis*] *Tit. ff. si pars hereditat. petatur.*

i §. 16. *Actio ex mortis caussa donatione*] *Tit. ff. & C. de mortis caussa donationib.*

k §. 16. *Actio ad Falcidiam*] *Tit. ff. & C. ad l. Falcid.*

l §. 16. *Actio ad præstandam cautionem legatorum*] *Tit. C. ut in possessio. legator. vel fideicommissor.*

m §. 16. *Actio funeraria*] *Tit. ff. & C. qui potiores in pigno. & hypoth. habeant. Tit. C. de religios. & sumtib. funer.*

a §. 17.

directa), de qua supra; aut fideicommissaria: hinc oriuntur [a] fideicommissaria hæreditatis petitio, [b] itemque actio ad Trebellianicam.

XVIII. Mediate per factum legis succeditur ab intestato, aut in feudis, aut in allodiis. [c] Successio feudalis suas habet regulas, ex jure feudali tam scripto, quam Hollandico petendas [1]: 1 *Intr. ad Jurispr. Bat. l. 2. c. 41.*

XIX. [d] In allodialibus succeditur juxta ordinationem politicam anni 1580. vel juxta placitum successionis ab intestato anni 1599. secundum distinctionem locorum ibi expressam [2]. Hinc oritur petitio hæreditatis ab intestato; est autem apud nos hæc actio uniformis, cum Jure Romano variæ eo nomine sint proditæ 2 *Int. d. l. 2. c. 28.*

a §. 17. *Fideicommissaria hereditatis petitio*] *Tit. ff. de fideicommissaria heredditat. petitio.*

b §. 17. *Itemque actio ad Trebellianicam*] *Tit. ff. & C. ad SC. Trebellian.*

c §. 18. *Successio feudalis habet suas regulas*] *Vid. Pet. Bort de feud. Holland. Neostadius de feud. Christinaeus vol. 6. de feudor. successio. Corasius lib. 1. miscellan. jur. cap. 7. num. 7. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 7. §. 2.*

d §. 19. *In allodialibus succeditur juxta ordinationem politicam*] Id edictum per omnia convenit cum jure Romano: licet in aliis juris civilis articulis maxima ex parte desuetudine inumbratum sit. *Imbertus Inst. Jur. Gall. cap. Error præsumitur.* Quomodo enim post tot secula, mutato jam tempore, eædem leges omnibus civitatibus, nationibus convenire potuerunt? *Aristoteles lib. 5. Ethico. cap. 7.* Nihil ad rem facit, quod vulgò dici solet: Tolerabilia esse quæ vetus consuetudo comprobat. Etenim dicendum; leges quidem non facilè esse mutandas, & esse quidem ea tolerabilia quæ veteri consuetudine introducta & comprobata: attamen quoties id usus evidenter arguat, casuum & temporum varietas id exigat: eo casu non sine summa ratione receditur ab eo jure, quod diu æquum visum est. *Auctor ad Herennium libro secundo: Ex eo verò novum jus constitui convenit ex tempore, & hominis dignitate. Durandus in speculo in præfat. num. 31. 32. Brunema-*

mannus ad l. 2. §. 4. num. 8. ff. de orig. jur. D. *Augustinus*: *Non est itaque verum quod dicitur, semel rectè factum nullatenus esse mutandum. Mutata quippe temporis caussa, quod antea rectè factum fuit: ita mutari vera ratio plerumque efflagitat.* Aliàs siquidem mutatio in omnibus rebus, exceptis malis, periculis multis obnoxia est: in temporibus, ventis. addo in legibus: quæ tantò diligentiùs observandæ, quanto majus ex earum mutatione periculum provenire potest: quemadmodum firmis rationibus docet *Aristoteles. lib. 2. Politic. cap. 6. Justinus lib. 3. histor. cap. 3.* Ejusquè rei ratio est: quia uti plantis, sic legibus, ad figendas radices longo tempore opus est; plane que ut plantarum, si crebrò transferas; sic legum, si crebrò mutes, vis atquè color deperit. *Bacchovius ad Treuth. vol. 1. th. 1. sub litt. b.* Imo omnis mutatio licet in melius fieri videatur, semper pessima est. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 4. §. 8. num. 3. cap. xx. §. 24. num. 1. in præfatio. num. 5. Duarenus ad tit. ff. de constitutio. princip. cap. 1. Pufendorf de jure natur. lib. 7. cap. 6. §. 8.* Quicquid igitur majores religiosissimi mortales constituerunt, id si ulla ratione fieri possit, retinendum est. *Cicero pro l. Manilia: Nihil novi fiat contra exempla atque instituta majorum.* Cæterum sciendum est, non omnes omninò leges Ro. in desuetudinem abiisse: nam hodie eatenus servantur, quatenus statutis iis non est derogatum; aut quæstionem & thema propositum non definiunt. *Bodinus de repub. lib. 1. cap. 8. Consilia Batav. vol. 1. cons. 48. vol. 3. cons. 131. Gudelinus de jure noviss. l. 3. cap. 13. Wesembecius ad tit. ff. de donatio. inter vir. nu. fin. Sande lib. 2. decis. tit. 5. def. 6. Gail lib. 1. observ. 124. num. 2.* Repudienda ergò Groenewegii, * aliorumquè Dd. sententia, existimantium; si quid dubii supersit, ad proximarum civitatum statuta & consuetudines esse recurrendum. Nam statuta & consuetudines, quia plerumquè contra jus commune sunt, stricti juris, non autem extensivi censentur. *Omphalius de civil. polit. lib 1. cap. 52. num. 9. Consilia Batav vol. 4. cons. 269. 369. l. fin. ff. de jurisdict. Vinnius in quæst. illustr. l. 2 cap. 19. Tiraquellus de retractu municip. §. 1. gl. 3. nu. 2. l. 53. C. de decurio* Et generaliter dictum sit: omne quod contra jus commune est, id stricti & odiosi juris censetur. *c. 28 de reg. jur. in 6. c. 8. §. 2. x. de consuetud. l. 4. C. de liber. præterit* Hinc Baldi aliorumque Dd. axioma: Omne recessum à jure communi esse odiosum. *l. 14. ff. de ll. Gail lib. 2. observ. 151. num. 3*

* *In præfat. & ad l. 32. ff. de ll.*

Al

ditæ actiones, [a] *unde liberi*, [b] *unde cognati*, *&c.* Dominium minus plenum, seu jus in re, vel est prædiale vel non est:

XX. Prioris generis [c] jura prædiorum vocantur, quia prædio dominanti adhærent; pro his competit actio [d] confessoria, & negatoria servitutis. Dominium non prædiale aut commodum spectat, aut cautionem: commodum appello istam utilitatem, quam ex usu rei percipimus; cautionem spectare dico, cum aliquis aliquid penes se habet, ut certus sit de debito consequendo ex ejus rei, quam penes se habet, venditione. Commodum aut est ipsum dominium utile, aut minus eo. Dominium utile aut vita finitur, aut non finitur.

XXI. Prioris generis est usufructus, hinc actio [d] confessoria usufructus. Dominium utile quod vita non finitur, est Emphiteusis, jus libelli, vel feudum. Pro priore competit [e] actio Emphiteuticaria ad præstationem rei Emphiteuticæ, actio ad solutionem canonis, actio ad commissum. Pro secundo competit actio ad perceptionem fructuum; jus enim libelli in eo consistit, quod Emphiteuticarius alii fructuum perceptionem concedit. Pro tertio competunt actiones feudales, supra enumeratæ. Commodum minus dominio utili, multas habet species: huc pertinet [f] usus &

Alciatus lib. 5. Respons. cons. 64. num. 15.

a §. 19. *Unde liberi*] *Tit. ff. & C. unde liberi.*

b §. 19. *Unde cognati*] *Tit. ff. & C. unde cognati.*

c §. 20. *Jura prædiorum vocantur*] *Pr. J. de reb. corporalib. & incorporalib. Tot. tit. J. ff. C. servitutib.*

d §. 20. *Confessoria & negatoria, servitutis*] *Tit. ff. si servitus vindicet. §. 2. J. de actionib.*

e §. 21. *Actio Emphyteuticaria*] *Tit. C. de jure emphyteutico.*

f §. 21. *Usus & habitatio*] *Tit.*

& habitatio, unde actio confessoria usus vel habitationis; jus percipiendi decimas, unde & actio ejus nominis; jus censuale, hinc actio ad solutionem census; jus superficiarium, hinc actio ad fruendum inædificato; & constitutio reditus, hinc [a] actio ad solvendum reditum, (*nobis* **Mandement om betalinge van renten/**) quæ tamen plerumque cum [b] hypothecaria concurrit, de qua proxime agemus.

XXII. Jura, cautionem concernentia, sunt [c] pignora, aut hypothecæ; hinc actiones, hypothecaria in rem, [d] pignoratitia directa & contraria, [e] Serviana, quasi Serviana, jus ad prælationem (*nobis* **Recht van preferentie.**) Diximus jus aut ex dominio, aut ex obligatione procedere; absoluto itaque dominio, restat ut ad obligationes accedamus: eæ omnes aut oriuntur ex promissione, aut inæqualitate. Promissio est vel expressa, vel tacita: Expressa promissio est, quæ palam & disertis verbis concipitur: tacita, quæ non item.

XXIII. Promissio rursus aut scripto fit aut verbis: scripto fit ea promissio, quæ [f] litterarum obligatio olim dicta, ex chyrographo nascitur, cum quis ad aliquid dandum vel faciendum propriæ manus subsignatione se adstringit, unde actio ex scripta obligatione (*nobis* **een mandement om te kennen ofte ontkennen een obligatie ofte handschrift.**)

XXIV.

Tit. ff. de usu & habitatio.

a §. 21. *Actio ad solvendnm reditum*] Tit. *ff.* & C. *de solutionib.*

b §. 21. *Hypothecaria*] §. 7. *J. de actionib.*

c §. 22. *Pignora*] *Tit. ff. & C. de pignorib. & hypothec.*

d §. 22. *Pignoratitia*] *Tit. C. de pignoratitia actio.*

e §. §. 22. *Serviana, quasi serviana*] §. 7. *J. de actionib. Tit. C. in quib. causs. pig. vel hypoth. tacitè contrabit.*

f §. 23. *Litterarum obligatio*] *Tit. J. de litterar. obligationib. Tit. C. de exceptio. non numeratæ pecun.*

a §. 24.

XXIV. Huic litterarum obligationi affinem praxis introduxit, cum [a] Mercatores ex libro sive codice mercaturæ suæ debitores suos conveniunt, sine ulla alia probatione, [b] nisi quod Codicem juramento firmare

a §. 24. *Mercatores ex libro sive codice mercaturæ suæ debitores suos conveniunt*] Constat jure civili domesticas & privatas annotationes ad probationem regulariter nullam fidem mereri, maximè si de jure tertii agatur: imo licet contineant nomina debitorum seu contractuum, accepta & expensa, omnia solemnia adsint; modo nequè testibus nequè instrumentis, nequè alio modo inserta probentur. *l.* 5. 7. C. *de probatio. l.* 5. C. *de conveniend. fisci debitor. c.* 14. x. *de probatio.* Iniquum enim esset, ut sub propria annotationis manu quis sibi posset debitorem facere: licet hodie libri mercatorum, quamquam privatæ sint scripturæ, pro scribente semiplenam probationem faciant. *Alberic. Gentilis Advoc. Hispan. lib.* 2. *cap.* x. *Mascardus de probatio. vol.* 3. *conclus.* 10077. *num.* 12. 13. 14. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 66. *cap.* 3. *nu.* 6. *Brunemannus ad l.* 6. *num.* 2. C. *de probatio. Busius ad l.* 26. §. *fin. ff. depos. Gail lib.* 2. *observ.* 20. *num.* 2. **Leure van Leyde** *cap.* 131. Quod tamen ita exaudiri oportet: si sc. qui scripsit, sit vir gravis vitæquè integer, & propria ipsius manu scriptura confecta, data & expensa, diem & consulem comprehendat. *Brunemannus ad l.* 6. *ff. de edendo num.* 6. *ad l.* 6. *num.* 3. C. *de probatio. Groenewege de ll. abrog. ad l.* 7. *nu.* 1. 2. *C. de probatio. Alciatus reg.* 3. *præsumt.* 9. *num.* 29. *Gail lib.* 2. *observ.* 20. *num.* 8. In foro mercatorum cum de bona fide agatur, non congruit de juris apicibus disputare. *Busius ad l.* 26. *in pr. ff. deposit. Faber Cod. lib.* 8. *tit.* 27. *def.* 3. *l.* 29. §. 4. *ff. mand.* Hinc Rectè à *Juliano* dictum est; *Multa contra strictam juris rationem pro utilitate communi, esse introducta, ut liberiora sint commercia: quemadmodum dicitur in l.* 1. *ff. de contrah. emt.* Alii tamen annum, diem & consulem non esse de necessitate affirmant: quorum opinio non improbabilis: licet melius sit omnia ordine esse conscripta.

b §. 24. *Nisi quod Codicem juramento firmare tenentur*] *Artic.* x. *Instruct. in caussis levioribus.* Plenam fidem libri mercatorum non faciunt per se; sed ita demum, si juramentum in supplementum pro-

mare tenentur [1]: Cujus ratio in eo consistit, quod debitor contrahendo cum publico mercatore, tacite pacisci videtur ut ejus libro stetur [2]: Hinc procedit actio ex libro mercatoris juramento firmato, (*nobis* **midds sterckende het Register by eede.**)

[1] *Gail. lib.* 2. *c.* 20. *Nic. de Pass. de script. priv. lib.* 4. *c.* 1.

[2] *Nic. de pass. d. lib.* 4. *c.* 22. *n.* 11.

XXV. Promissio verbalis expressa, aut est principalis, aut accessoria: huc pertinet actio [a] ex stipulatu, [b] certi condictio, [c] actio ex pacto, [a] con-

probationis deferatur. *Wassenaer prax. civ. cap.* 1. *art.* 1. *num.* 201. *Zasius lib.* 1. *Cons.* 17. *num.* 15. *Papegay vol.* 1. *pag.* 28. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 7. *num.* 1. 2. *C. de probatio.* Hujusquè assertionis illa ratio est: quia quæcumque singula singulatim incerta ac dubia; conjuncta tamen fidem faciunt. *Quintilianus lib.* 5. *Instit. Orator. cap.* 12. *Cicero*: *Verosimilia partim singula movent suo pondere*: *partim etiamsi videntur exigua, multum tamen cum sint coacervata, proficiunt.* Contrarium tenet *Accursius ad l.* 9. *§.* 2. *edend.* Hujus quidem opinio de jure non iniqua: quia domesticum testimonium omne est interdictum: tamen consuetudine aliter observatur.

a §. 25. *Actio ex stipulatu*] Vidend. *tit. ff. & C. de verborum obligationib.*

b §. 25. *Certi condictio*] *Tit. C. si certum petat. Tit. ff. de rebus credit.*

c §. 25. *Actio ex pacto*] Ex pacto non dari actionem certum est; in eoque Dd. ferè omnes conveniunt; quos inter magnus *Bacchovius in Treutler. vol.* 1. *disputatio.* 6. *th.* 1. *litt. A. th.* 2. *litt.* C. D. Ratio verò, cur pacta nuda actionem non producant; est hæc: ne sc. lubricum linguæ noceat: stipulationem enim præcedere necesse erat, ne quis temerè obligaretur. *Borcholte disputat.* 2. *de pact. th.* 1. Non in contrarium facit *l.* 17. *ff. de usuris.* Resp. loqui legem de pacto stipulatione confirmato. Præterea non obstat *l.* 30. *ff. eod.* Siquidem respondendum est; id specialiter in civitatibus esse receptum. An verò, jure Cano. pacta actionem producant; Dd. inter se disputant ad *c.* 1. *x. de pactis*: in quo c. dicitur pacta esse servanda. Alii aiunt; alii negant. Qui id affirmant, dicunt: stipulationem non nisi solemnitate verborum constare; quam non attendit jus Canonicum; sed tantum æquitatem & fidem; quam humani pecto-

a condictio triticaria, b actio ex sponso, itemque b actio ex transactione.

XXVI.

pectoris bonum sanctissimum vocat *Seneca*. Fidem etiam inter hostes servandam esse, docet *Appianus*: σπονδὰς ἐπὶ τοῖς ὅρκοις ἐσπένδετε, καὶ δεξιὰς ἐπίθεσθε, ἃ καὶ πρὸς τοὺς πολεμίους ἰσχύουσι. *Fœdera jurastis, dedistis dexteras, quæ etiam inter hostes valent.* Contra, alii negant ex nudo pacto etiam jure Cano. actionem produci. Quia, uti dicunt; nullum discrimen inter jus Cano. & Civile inducendum, quoties id non in canone specialiter exprimatur. Atqui hic nullus canon. Ergo. Adde *Bacchovium in Treutler. vol.* 1. *disputat.* 6. *th.* 9. *litt. B.*

a §. 25. *Condictio triticaria*] *Tit ff. de condictione triticaria.*

b §. 25. *Actio ex sponso*] Jure veteri, ex sponsalibus nascebatur obligatio civilis; ex qua actio ex sponsu dabatur adversus eum eamve, quorum opera factum esset, quominus nuptiæ sequerentur. Postea verò, perditis jam urbis Ro. moribus, & cum omnia in pejus ruerent; constitutum fuit, ne ulla actio ex sponsalibus daretur; sed ut libera repudiorum potestas esset, *l.* 2. *C. de repud. l.* 1. *C. de sponspalib. Pet. Faber. lib.* 2. *Semest. cap.* 23. *Seneca lib.* 3. *de Benefic. cap.* 16. *Numquid jam ulla repudio erubescit, postquam illustres ac nobiles quædam fœminæ, non Consulum numero, sed maritorum suorum annos computant, & exeunt matrimonii caussa, nubunt repudii?* Quid si arrhæ datæ sint ab eo qui à sponsalibus recedit? eo casu eas perdit quas dedit, *l. fin. C. eod.* An verò sponsa perdat arrham, dubium est: licet verius perdere: cum probabile sit, etiam ab ipsa sponsa arrham datam fuisse; vel ab eo qui filiam suam daturum se uxorem promiserat: præsertim cum hic duæ æque principales sint stipulationes, ut licet ex Gellio *lib.* 4. *cap.* 4. colligere. Licet igitur jure civili, nulla ex sponsalibus detur actio: contrarium tamen servatur de jure canonico; cujus auctoritas in caussis matrimonialibus longe prævalet juri civili. *c.* 10. *de sponsalib.* Idque in tantum observatur; ut, licet, primis jam sponsalibus contractis, alia contrahantur, eaque juramento confirmentur; tamen primis stare contrahentes teneantur. Fundamentum: quia juramentum promissioni primæ contrarium, non observandum, utpote mortale peccatum continens.

b §. 25. *Actio ex transactione*] Adde *tit. ff. C. de transactionib.*

XXVI. Promissiones principales aut sunt conventionales, quæ inter partes fiunt sine ulla relatione ad judicium; aut Prætoriæ: prætoriarum exempla varia [1]; hinc oriuntur [a] actiones ex stipulatu, [b] judicatum solvi, [c] rem ratam haberi, [d] rem pupilli salvam fore.

1 *Tit. ff. de præ. stip.*

XXVII. Promissiones accessoriæ aut sunt personarum, aut rerum: personarum, ut in [e] fidejussione, constituto, indemnitate; hinc actiones ex stipulatu fidejussorum, [f] de constituta pecunia, & [g] de indemni aliquo habendo (*nobis* **Mandement van indemniteyt:**) rerum, ut in [h] usuris & aliis accessionibus; hinc actiones ad usuras in stipulatum deductas, ad interesse, (*nobis* **Mandement om kosten / schaden / interessen /** item **Mandement om declaratie van schaden ende interessen over te nemen.**) Promissio tacita aut est cum contractu, aut sine contractu; [i] contractum appello concordiam voluntatis, sive consensum duorum pluriumve ad commune commodum [2]:

2 *Intr. ad Jurisp. Bat. lib. 3. c. 6.*

XXVIII. [k] Contractus aut re contrahuntur, aut solo

a §. 26. *Actiones ex stipulatu*] *Tit. ff. de verbor. obligationib.*

b §. 26. *Judicatum solvi*] *Tit. ff. judicatum sol.*

c §. 26. *Rem ratam haberi*] *Tot. tit. ff. ratam rem hab.*

d §. 26. *Rem pupilli salvam fore*] *Tit. ff. rem pupilli salv. fo.*

e §. 27. *Fidejussione*] *Tit. ff. & C. de fidejussorib.*

f §. 27. *De constituta pecunia*] *Tit. ff. & C. de constituta pecun.*

g §. 27. *De indemni aliquo habendo*] *Tit. ff. & C. de evictionib.*

h §. 27. *Usuris & aliis accessionibus*] *Tit. ff. & C. de usuris omnibus accessionib. & mora.*

i §. 27. *Contractum appello*] Adde *tit. ff. & C. de obligationib.*

k §. 28. *Contractus aut re contrahuntur, aut solo consensu*] Contractus non tantum constant re aut solo consensu; sed etiam verbis & litteris: licet litterarum obligationem videantur veteres comprehendisse

sub

solo consensu: [a] re contrahuntur, [b] Depositum, [c] Pignus, [d] Commodatum, [e] Mutuum; hinc oriuntur [f] actiones, depositi directa & contraria; item [g] actiones pignoratitiæ, de quibus supra egimus; [h] actiones commodati, directa & contraria; & [i] certi condictio ex mutuo: affines actiones sunt, [k] de eo quod certo loco dari oportet, & [l] nauticum fœnus, (*nobis* Bodemerie.)

XXIX. Contractus qui [m] solo consensu contrahuntur sunt aut veteres & antiquis JCtis cogniti, aut novi quos usus hodiernus introduxit.

XXX. Veteres constant ex [n] mandato, [o] emptione,

sub ea quæ re contrahitur; quia sc. qui ex litterarum obligatione agit, pecuniam ut mutuam petit. *tit. J. de litterar. obligat.*

a §. 28. *Re contrahuntur*] *pr. J. quib. mod. re contrahit. obligat.* Ideo re contrahi dicitur obligatio; quia datio aliqua aut factum ad consensum accedens obligationem inducit. *l. 5. §. 2. l. 8. ff. præscript. verb.*

b §. 28. *Depositum*] *§. 3. J. quib. mod. re contrah. oblig.*

c §. 28. *Pignus*] *Tot. tit. ff. & C. de pignorib. & hypoth. §. fi. J. quib. mod. re contrahit. obligat.*

d §. 28. *Commodatum*] *Tit. ff. & C. commodati.*

e §. 28. *Mutuum*] *Tot. tit. ff. & & C. de reb. credit. pr. J. quib. mod. re contrahit. obligat.*

f §. 28. *Actiones depositi directa & contraria*] *Tit. ff. & C. deposit.*

g §. 28. *Actiones pignoratitiæ*] *tit. ff. & C. pignoratit. actio.*

h §. 28. *Actiones commodati*] *tit. ff. & C. commodati.*

i §. 28. *Certi condictio*] *tit. ff. de reb. credit. si certum petat. tit. C. si certum petatur.*

k §. 28. *De eo quod certo loco dari oportet*] *tit. C. ubi conveniatur, qui certo loco dare promis.*

l §. 28. *Nauticum fœnus*] *tit. ff. & C. de nautico fœnore.*

m §. 29. *Solo consensu contrahuntur*] *tit. J. de obligatio. quæ consensu contrah.*

n §. 30. *Mandato*] *tit. ff. & C. mandati.*

o §. 30. *Emtione & venditione*] *tit. ff. & C. de contrahenda emtio. & venditio.*

ne, venditione, a locatione, conductione, b & societate: Ex primo contractu oriuntur actiones c mandati directa & contraria; ex secundo d actio emti, actio venditi, e redhibitoria: f de evictionibus (*nobis* Mandement van guarand/) actio ex empto reditu; actio ad pretium emptionis certis annis persolvendum, (*nobis* Mandement tot betalinge van custingen/) affinis est g actio de retractu: (*nobis* naeftinge:) ex tertio contractu procedunt actiones locati & conducti, locati inter magistrum & exercitores, inter magistrum & nautas, affinis est h actio ex *l. Rhodia* (*nobis* avarije:) Ex quarto, i actio pro socio ad communicanda lucra aut damna, item actio ad ratiocinia (*nobis* Mandement om reeckeninge bewijs ende reliqua) affines sunt l actiones exercitoria & institoria.

XXXI. k Novi contractus sunt cambium, assecuratio, societas classis navalis: hinc actiones novæ, ex cambio contra acceptantem litteras, ex protestu con-

a §. 30. *Locatione, conductione*] *tit. ff. & C. locatio. conductio.*

b §. 30. *Societate*] *tit. J. de societate. tit. ff. & C. pro socio.*

c §. 30. *Mandati directa & contraria*] *tit. ff. mandati vel contra.*

d §. 30. *Actio emti, actio venditi*] *§. J. de emtio. & venditio.*

e §. 30. *Redhibitoria*] *tit. ff. & C. de ædilitio edicto, redhibitio.*

f §. 30. *De evictionibus*] *tit. ff. & C. de evictionib.*

g §. 30. *Actio de retractu*] *tit. ff. & C. de contrahenda emtio. & venditio.* Adde & commentarium doctissimi *Tiraquelli de utroque retractu.*

h §. 30. *Actio ex l. Rhodia*] *tit. ff. de l. Rhodia sive de jactu.*

i §. 30. *Actio pro socio*] *tit. ff. & C. pro socio.*

k §. 30. *Actiones exercitoria & institoria*] *tit. ff. & C. de institoria & exercitor. actio.*

l §. 31. *Novi contractus, sunt cambium*] Probabile non est, cambium esse noviter introductum: hoc enim vocabulum etiam & apud veteres extat; uti notat ma-

contra principalem: item actio ad aversionem damni ex assecuratione, vel ad prœmium; sed notandum hanc in prima instantia coram Præsidiali Curia hodie non posse introduci, ex statuto Ordinum id vetante [1]: Actio ex societate Classis navalis (*nobis* Admiraelschap.)

[1] *Postr. ampl. instr. Cur. art.* 8.

XXXII. Promissio tacita sine contractu, (veteribus [a] obligatio ex quasi contractu) aut ex communione rei oritur, aut aliunde: quæ ex communione rerum oriuntur sunt [b] judicia finium regundorum, [c] familiæ erciscundæ, [d] communi dividundo, & [e] collationis bonorum: hinc actiones finium regundorum familiæ erciscundæ, communi dividundo, & actio ad collationem bonorum. Quæ nullam rei communionem respiciunt, nascuntur [f] ex hæreditate, [g] tutela, [h] negotiis gestis: priores duas actiones supra attigimus; itaque hic sola restat actio negotiorum gestorum,

magnus *Vossius in Etymologic. ex Prisciano*, aliis. An Latinum; an verò Græcum vocabulum sit, disputat *Sigismundus Scaccias in tractatu de Commerc.* & *Cambio* §. 1. *Quæst.* 3. *num.* 1. 2. 3. Cambium in genere sumtum, est permutatio; etiam speciei ad genus, vel generis ad genus: & tunc est contractus innominatus: cum permutatio propriè sit speciei ad speciem. Idem §. 1. *quæst.* 4. *num.* 1. 2.

a §. 32. *Obligatio ex quasi contractu*] *tit. J. de obligationib. ex quasi contract.*

b §. 32. *Judicia finium regundorum*] *tit. ff. & C. finium regundor.*

c §. 32. *Familiæ erciscundæ*] *tit. ff. & C. familiæ erciscund.*

d §. 32. *Communi dividundo*] *tit. ff. & C. communi divid.*

e §. 32. *Collationis bonorum*] *tit. ff. C. de collationib.*

f §. 32. *Ex hereditate*] *tit. ff. de hereditat. petitio. & de adquirenda vel omitt. hereditate.*

g §. 32. *Tutela*] *tit. ff. tutelæ & rationib. distrahend.*

h §. 32. *Negotiis gestis*] *tit. ff. ff. & C. de negotiis gest.*

rum, directa & contraria. Obligatio ex inæqualitate duplex est: aut enim consistit in commodi indebiti perceptione ab adversario facta; aut in damno quod quis sentiat, cui adversarius causam dederit. Prioris species sunt [a] condictio indebiti, [b] condictio promissi sine causa, [c] condictio dati causa non secuta, [d] condictio ob turpem vel injustam causam. Inæqualitas, quæ ad secundam speciem pertinet, vel respicit futurum vel præsens tempus: futurum tempus respiciunt [e] actiones de operis novi nuntiatione, [f] & damno infecto.

XXXIII. Præsens inæqualitas causatur vel inter volentes, vel inter invitos: quæ inter volentes locum habet ex eo oritur, quod quis rogatus aliquid fecerit, vel è suo in alterum transtulerit, non donandi animo, sed sub spe aliud quid recipiendi, quæ est natura contractuum qui in jure innominati dicuntur: nimirum [g] do ut facias, do ut des, facio ut facias, facio ut des, [h] & permutatio: unde pullulant actiones præscriptis verbis, & de dolo.

XXXIV. Inæqualitas inter invitos [i] ex maleficio ori-

a §. 32. *Condictio indebiti*] *tit. ff. & C. de condictio. indebiti.*

b §. 32. *Condictio promissi sine caussa*] *tit. ff. & C. condictio. sine caussa.*

c §. 32. *Condictio dati causa non secuta*] *tit. ff. & C. de condictio. caussa data, causa non secuta.*

d §. 32. *Condictio ob turpem vel injustam caussam*] *tit. ff. & C. de condictio. ob turp. vel inhonest. caus.*

e §. 32. *Actiones de operis novi nuntiatione*] *tit. ff. & C. de operis novi nuntiatio.*

f §. 32. *Damno infecto*] *tit. ff. de damno infecto.*

g §. 32. *Do ut facias, do ut des, &c.*] *tit. ff. de præscriptis verb.*

h §. 33. *Permutatio*] *tit. ff. & C. de rerum permutatio.*

i §. 34. *Ex maleficio oritur*] *tit. J. obligationib. quæ ex delicto nascunt.*

a §. 34.

oritur, vel [a] ex quasi maleficio. Sciendum autem actiones inde provenientes hic considerari non quatenus sunt [b] pœnales, sed quatenus sunt [c] rei persecutoriæ, ut ex iis consequamur restitutionem ejus, quod nobis injuste abest, cum sua causa.

XXXV. Maleficia fiunt contra vitam, corpus, honorem, & bona. Ex priore nascitur actio ad interesse, quæ competit proximis ejus, qui occisus est (appellatur **soeninge**;) ex secundo etiam [d] actio ad interesse datur, (*nobis* **Mandement tot betalinge van 't meesterloon / pijn ende smerte ende verlet van tijde:**) ex tertio [e] actio injuriarum promanat, ad palinodiam & reparationem utilem & honorificam; affinis est actio ad ducendum vel dotandum stupratam: ex quarto [f] condictio furtiva, [g] noxalis actio, & [h] actio ex l. aquilia.

XXXVI. [i] Ex quasi maleficio oriuntur sequentes actiones, [k] de dejecto aut effuso, [l] de posito aut suspenso quod nocere possit, [m] de recepto adversus nau-

a §. 34. *Ex quasi maleficio*] *tit. J. de obligationib. quæ ex quasi delicto.*

b §. 34. *Pœnales*] §. 12. 18. *J. de actionib.*

c §. 34. *Rei persecutoriæ*] §. 17. *J. de actionib.*

d §. 35. *Actio ad interesse datur*] §. 1. *J. de obligationib. quæ ex quasi delicto.*

e §. 35. *Actio injuriarum*] *tit. ff. C. J. de injuriis.*

f §. 35. *Condictio furtiva*] *tit. ff. de condictio. furtiv.*

g §. 35. *Noxalis actio*] *tit. ff. C. & J. de noxalib. actio.*

h §. 35. *Actio ex l. aquilia*] *tit. ff. J. & C. ad l. Aquiliam.*

i §. 35. *Ex quasi maleficio*] *tit. J. de obligatio. quæ ex quasi delicto.*

k §. 36. *Dejecto aut effuso*] §. 1. *J. dicto tit. tit. ff. de his qui dejec. vel effud.*

l §. 36. *De posito aut suspenso*] §. 1. *J. de obligationib. quæ ex quasi delicto nascunt.*

m §. 36. *De recepto adversus nautas*]

nautas, cauponas, stabularios, [a] si quadrupes pauperiem fecerit, [b] si navis navi nocuerit (*nobis* **vergoedinge vande schade bp het eene schip het andere aen gedaen.**) Amissio juris in eo consistit, quod obligationes aut plane corruant, aut certis mediis enerventur. [c] Corruunt obligationes per rei interitum, cum quid in specie debetur; vel per liberationem: hæc iterum contingit per solutionem, vel remissionem.

XXXVII. [d] Solutio est vera aut ficta, vera [e] per apocham vel [f] testes probatur, hinc oritur actio ad reddendum Chyrographum cancellatum, (*nobis* **Mandement tot cassatie van een obligatie:**) Fictæ solutionis species est, [g] compensatio, [h] confusio, consignatio, [i] transactio.

XXXVIII.

tas] *tit. ff. nautæ, caupones, stabularii ut recepta restitu.*

a §. 36. *Si quadrupes pauperiem fecerit*] *tit. J. ff. & C. si quadrupes pauperiem fecisse dicat.*

b §. 36. *Si navis navi nocuerit*] *tit. ff. J. & C. ad l. Aquiliam.*

c §. 36. *Corruunt obligationes per rei interitum*] Idque probatur per *l.* 8. *ff. de conditio furtiva*: in qua dicitur, quod nulla amplius supersit condictio, ubi ipsa res, oblatione jam facta, interierit: quia aliàs fur semper est in mora: & certum est, eo demum casu debitorem liberari obligatione, si res peremta est ante moram. Latius vide hanc quæstionem tractantem *Bacchovium in Treutler. vol.* 1. *disp.* 20. *th.* 14. *litt. C.*

d §. 37. *Solutio est vera aut ficta*] *tit. ff. & C. de solutionib.*

e §. 37. *Per apocham*] *tit. C. de fide instrumentor. apochis & antapoch.*

f §. 37. *Per testes*] *tit. ff. & C. de testib.*

g §. 37. *Compensatio*] *tit. ff. & de compensationib.*

h §. 37. *Confusio*] Ut si debitor creditori succedat vel contra; eo casu tollitur obligatio. Non obstat, quod in *l. fi.* §. 9. *C. de jure deliberand*, dicatur; quod si heres adierit hereditatem, integram & salvam actionem manere. Responderi hoc modo potest: sc. id esse specialiter in eo receptum, qui sub beneficio inventarii hereditatem adiit: quo casu non ut heres consideratur, sed ut creditor.

i §. 37. *Transactio*] *tit. ff. & C. de transactionib.*

a §. 38.

XXXVIII. Remissio aut fit per hominem, aut per legem. Ad eam remissionem, quæ per hominem fit, referenda sunt sequentia, [a] acceptilatio; [b] pactum de non petendo, [c] recessio à contractu, [d] satisfactio, [e] novatio, [f] delegatio & assignatio cambii, quam supra attigimus: ex his omnibus plerumque [g] exceptiones nascuntur; possunt tamen & hæ causæ producere actionem, de qua supra.

XXXIX. Remissio quæ fit à lege, vel ex odio fit vel favore: ex odio ut [h] in præscriptione; quæ in negligentia fundatur; & [i] in Senatus Consulto Macedoniano; Ex favore, ut in [k] Senatus Consulto Vellejano, per quod fœminarum obligationes tolluntur. Aliis autem modis enervantur actiones in totum, vel ex parte: in totum [l] per beneficium restitutionis, aut absque eo. Restitutiones in integrum in id repertæ sunt, ut ex causis legibus probatis vinculum obligationis plene relaxetur, & ex his præcipuè capitibus con-

a §. 38. *Acceptilatio*] *tit. ff. & C. de acceptilationib.*

b §. 38. *Pactum de non petendo*] *tit. ff. & C. de pact. §. 3. J. de exceptionib.*

c §. 38. *Recessio à contractu*] *§. fin. J. quib. mod. tollitur obligat.*

d §. 38. *Satisfactio*] *tit. ff. & C. de solutionib.*

e §. 38. *Novatio*] *tit. ff. & C. de novationib. & delegatio.*

f §. 38. *Delegatio*] *tit. ff. & C. dicto tit. §. 3. J. quib. modis tollitur obligat.*

g §. 38. *Exceptiones*] *tit. J. ff. & C. de exceptionib.*

h §. 39. *Præscriptione*] *tit. J. de usucapio. tit. C. de præscriptio 30. vel 40. annor.*

i §. 39. *In Senatus Consulto Macedoniano*] *tit. ff. & C. ad SC. Macedonia.*

k §. 39. *Senatus Consulto Vellejano*] *tit. ff. & C. ad SC. Vellejan.*

l §. 39. *Per beneficium restitutionis in integrum*] *tit. ff. & C. de restitutionib. in integr.*

a §. 39.

conceduntur, [a] ex metu, [b] dolo [c] minori ætate, nimia læsione & aliis justis causis: unde proveniunt actiones restitutoriæ supra enumeratæ, & præterea actio ad rescindendum contractum.

XL. Sine restitutione moribus nostris, enervatur obligatio in totum per mandatum Curiæ, quo omnes, qui aliquid juris in re habent, citantur, (*nobis* Mandement van [d] willich decreet.)

XLI. Ex parte certis remediis enervantur obligationes, ut puta, [e] per Paulianam revocatoriam, per rescissionem contractus usurarii, [f] per remedium *l* 2. *C. de resc. vend.* per cessionem bonorum aut atterminationem, hinc oriuntur mandata cessionis.

XLII. Atterminationis, &c. (*nobis* Mandement van [g] Cessie/ respijt/ inductie/ atterminatie.)

XLIII. Et salvi conductus litteræ, (*nobis* brieven van seurté,) sed eæ contra sententias Curiarum nihil operantur.

a §. 39. *Ex metu*] *tot. ff. & C. quod metus caussa gest.*

b §. 39. *Dolo*] *tit. ff. & C. de dolo malo.*

c §. 39. *Minori ætate*] *tit. ff. & C. de minorib. 25. an.*

d §. 40. Willig decreet] *Artic. 190. 191. 192. 193. Instruct. Curiæ Holland. Papegay vol. 1. à pag. 440. ad 451.*

e §. 41. *Per Paulianam revocatoriam*] *tit. ff. quæ in fraudem creditor. tit. C. de revocandis his quæ in fraudem creditor.*

f §. 41. *Per remedium l. 2. C. de resc. vend.*] Adde doctissimum tractatum *Arii Pinelli ad dictam l. 2, C.*

g §. 42. *Cessie*] *tit. C. de cessione bonor.*

C A-

CAPUT VII.

De libello Actoris, ejusque contumacia.

I. *Scedula Procuratoris*: II. *Causa prælectio ex codice publico*: III. *Conclusio actoris*: IV. *Aliquando novas causas continet*: V. *Diligentia in conclusione requisita*: VI. *Formula conclusionum varia*: VII. *In causis realibus*: VIII. *Hypothecariis*: IX. *Personali obligatione*: X. *Provisionalis condemnationis petitio*: XI. *Differentia inter consignationem & namptizationem nostram*: XII. *Conclusio in appellatione*: XIII. *De Clausula suspensiva*: XIV. *Conclusio in reductione laudi*: XV. *In mandatis arresti*: XVI. *Pœnalibus*: XVII. *Obedientia condemnatio quando petatur*: XVIII. *In mandatis restitutionis*: XIX. *In possessoriis*: XX. *Adipiscenda*: XXI. *Retinenda*: XXII. *Recuperandæ possessionis*: XXIII. *Decreto voluntario*: XXIV. *In causis vadimonii*: XXV. *Petitio variarum provisionum*: XXVI. *Fructuum*: XXVII. *Damni*: XXVIII. *Usurarum*: XXIX. *Et quæ sint legitima?* XXX. *Clausula salutaris*: XXXI. *Conclusionis recitatio*: XXXII. *Exemplum*: XXXIII. *Contumacia actoris*: XXXIV. *Ejusque pœna*: XXXV. *Mora purgatio*: XXXVI. *Comparuit quid?* XXXVII. *Alia pœna contumaciæ*: XXXVIII. *In materia appellapellationis*: XXXIX. *Novitatis*: XL. *Arrestorum*.

I. MAndata quomodo impetrentur, & citatio quemadmodum fiat, supra vidimus: nunc ad institutæ jam actionis prosecutionem accedamus, quæ primum in eo consistit ut Procurator causam in Codicem publicum referri curet, ordine suo à Graphiario prælegendam. Offert igitur scedulam continentem actoris & rei nomen, & naturam actionis, hoc pacto: *N. actor qui impetravit mandatum tale, contra N. reum, sive citatum.*

II. Ad præstitutum diem in rebus celeritatem requirentibus, ut sunt mandata arrestorum & pœnalia, [1] (nam in aliis causarum frequentia omnia ad diem

1 *Post Ampl. Instr. c. 26.*

dictum expediri non sinit) Graphiarii substitutus, qui in auditorio publico duobus Senatoribus, ut diximus, adsidet, causam cum nominibus actoris & rei, palam è codice recitat.

III. Qua audita statim Procurator actoris surgens rogat ecquis à reo sit constitutus, qui causam defendat. Tunc Procurator rei se offert, atque ita Advocatus actoris petitionem suam voce, vel, si longiuscula est; scripto proponit, juxta tenorem mandati, rogans ut reus à Curia condemnetur in id, quod ab actore postulatur, & in litis expensas: id enim universale est. Hoc nos vernacule dicimus (**eysch doen ende conclusie nemen**/) practici Latine libellum vocant, sed voce nimis ambigua, omnes enim petitiones (*nobis* **requesten**) etiam vocantur libelli, ut ante diximus.

IV. Sed notandum plerumque actorem rationes in ejusmodi libello non exponere, sed referre se ad eas, quæ mandato continentur: aliquando tamen novæ causæ breviter exponuntur, propter quas reus condemnari debeat.

V.

a §. 3. *Petitionem suam voce, vel si longiuscula est, scripto proponit*] *Artic.* 58. *Instruct. Curiæ Holland.* Conclusio duplex est; nam aut scripta, aut non scripta. *Dambouder prax. civ. cap.* 100. *num.* 1. *Merula prax. civ. l.* 4. *tit.* 26. *cap.* 1. *nu.* 1. 5. Quæ si plura capita contineat, in scripturam redigenda: sin brevis ore tantum proponenda. *Dambouder prax. civ. cap.* 101. *nu.* 7. 8. *cap.* 100. *num.* 3. *Artic.* 11. 12. *Instruct. Urb.* In dubium vocatur; an libellum absque scriptura proponere concessum sit. Quod negandum est: libellus enim à libro; qui sine scriptura non est: cujus tamen hodie contrarium servatur: imo & olim absque scriptura edi potuit: licet alii contrarium teneant propter *Auth. Offeratur C. de litis contestatio.*

a §. 5.

V. In formando hoc libello sive conclusione [a] Advocatus omnem diligentiam adhibere debet, ne quid omittat, ne perperam quid ponat, & ne quid incertitudinis relinquat: debet enim [b] sententia conformis esse huic libello, atque ita hic ea quodammodo præfiguratur.

VI. [c] Formulæ secundum subjectam materiam variæ, & quidem tot sunt numero, quot actiones à nobis enumeratæ: exempla tantum aliqua afferemus, è quibus de reliquis judicium fiat.

VII. In caussis realibus vindicationis petit actor reum

a §. 5. *Advocatus omnem diligentiam adhibere debet*] *Artic.* 58. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 123. 127. 131. 132. 134. 135. *Instruct. Curiæ Supr.* Conclusio quia explicat ac definit totam actionem; totus libellus in ea tanquam basi ac fundamento aliquo nititur. Itaque ut dignoscatur an libellus valeat; id non ex propopositione aut narratione, sed ex ipsa conclusione dignoscendum est. *c.* 20. x. *de rescript.* Hinc in libello non examinatur quis, quale, aut quantum petatur, sed quomodo concludatur: quia conclusio restringit præcedentia ad ea quæ in conclusione continentur. *Mysingerus Respons.* 25. *Decad.* 3. *num.* 1. 2. *lib.* 6. *observ.* 5. *nu.* 7. *Gail lib.* 1. *observ.* 66. *nu.* 5.

b §. 5. *Sententia conformis esse huic libello*] *c.* 20. *x. de rescript. Costalius ad l.* 1. *ff. de edendo. ad l.* 76. *ff. de rei vindic. l.* 15. *ff. de negot. gest.* Tum erit conformis libello, si cum eo in tribus potissimum conveniat: quomodo sentiunt *Baldus*, *Jason*, alii. Nimirum, in re, caussa, actione. Cujus rei evidens ratio: quia sententia de ea re ferri debet, quæ libello inserta: quod etiam obtinebit, licet incerti quid, ut interesse, petitum: tamen eo casu judex certam summam exprimere debebit. *§. Curare J. de actionib.* Quæritur; an sententia cum ipsa conclusione convenire debeat. Ad quod dicendum, quod non: quippe reus sæpe contra conclusionem actoris absolvitur; durius vel mitius punitur.

c §. 6. *Formulæ secundum subjectam materiam variæ*] *Wassenaer prax. civ. cap.* 1. *art.* 1. *à num.* 43. *ad* 48. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 37. *cap.* 2. *à nu.* 1. *ad* 21.

reum condemnari ut manus tollat (Belgicè **sijne handen trecke**) de tali re, & ut actorem ejus potiri sinat, utpote quæ pleno & libero dominio suo sit subjecta, utque ipsi restituat fructus perceptos, percipiendos, & qui percipi potuerant, à die occupationis ad plenariam usque restitutionem; & subjungitur aliquando, ut per modum provisionis reus condemnetur ad evacuationem rei occupatæ.

VIII. In causis hypothecariis petit actor reum condemnari ad solutionem reditus, & ut bona hypothecata pro eo quod petitur declarentur obligata, & in ea executio decernatur, subjecta semper expensarum petitione.

IX. In causis prioris instantiæ (*nobis* **rauwe actien**) si personalis sit obligatio, petit actor ut reus condemnetur a agnoscere vel non agnoscere contractum, vel chyrographum à se signatum, vel exemplum ejus au-

a §. 9. *Agnoscere vel non agnoscere, &c.*] *Artic.* 8. 9. 10. *Instruct. Curiæ Holland. in causs. levior. Artic.* x. *Instruct. Urb. Artic.* 10. *Instruct. Curiæ Holland. Ampliat.* 1579. Quemadmodum in caussis summariis consueta juris positivi forma non observatur, sed levato velo proceditur: idem obtinet in processu executivo; in quo nec libellus, nec litis contestatio, nec ullæ aliæ solemnitates requiruntur; sed prolato tantum chirographo ilico conventus id agnoscere vel juratò diffiteri tenetur. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 39. *cap.* 3. *nu.* 1. Si agnoverit, parata provisio est. *Papegay vol.* 1. *pag.* 1. *l.* 15. *C. de administrat. tutor. l.* 6. *C. de fidejussor. l. ult. C. plus valere quod agit. Imbertus Instit. forens. cap.* 7. *Colerus process. execut. part.* 1. *cap.* 3. *nu.* 146. Instrumento igitur agnito, pro convicto habetur, & stare oportet eum suæ confessioni.

Ex *Art.* 208. *Instruct. Cur. Supr.* **Indien de handschrift ontkent**] Si verò chirographum non fuerit agnitum, facit id jus agentis vacillare, nec provisioni locus datur, sed in caussa ordinariè eo casu procedi solet. Scriptura siquidem nullam fidem meretur, nisi ab aliquo agnoscatur, ne ex fraude alterius quis damno afficiatur. *l.* 6.

authenticum; & deinde pactis stare, id est promissam per stipulationem pecuniam solvere, pretium item rei venditæ, vel mercedem conductæ, atque ita in aliis, subjecta itidem expensarum petitione. Sed notandum si plures sint correi libello inserendum, ut omnes quidem condemnentur, sed ea lege ut uno solvente reliqui liberentur.

X. Solet etiam sæpe inseri postulatio condemnationis provisionalis, ut nempe reus *per modum*, ut loquuntur, *provisionis*, condemnetur actori satisfacere, datis fidejussoribus de restituenda pecunia, si post plenariam causæ cognitionem judex potiora esse rei jura comperiat

XI. Id nos vocabulo è praxi Gallica derivato, *namptissement*, vocamus; hæc à Consignatione, quæ & ipsa per modum provisionis solet decerni, multum distat; nam [a] consignatio [b] in manibus Graphiarii publici fit; ubi pecunia sterilis & sine fructu manet, & ta-

l. 6. C. de fidejussor. l. 6. C. de probatio. l. 20. C. de fide instrumentor. Si verò super instrumentum dubitatio exorta sit vel falsum commissum arguatur: tamen eo casu provisio decernitur, & in eo contenta exsolvere reus compellitur. *l. 2. C. ad l. Cornel. de fals.*

Ex *Art.* 208. 212. *Instruct. Curia Supr.* **Sal Arbitraliik gecorrigeert werden**] Qui propriam manum negat, non in duplum ut olim, *Nov.* 18. *cap.* 8. *Auth. Contra C. de non numerata pecun.* sed pro qualitate delicti arbitrio judicis puniri solet. *Zypæus notit. jur. Belg. tit. de Confess.*

a *§.* 11. *Consignatio*] Dicitur inde consignatio, quia lino trajecto, signa ceræ impressa imponebantur. At quæritur, an signis publicis, an privatis id fieret. Ad quod dicimus; id fieri consuevisse tantum privatis, non publicis; licet alii aliter sentiant: quemadmodum apud *Ciceronem* videre est: *Ipse*, inquit, *in tabellas refert, obsignat signis amicorum.* Idquè etiam hinc id licet colligere; quia annulos non habebant ad ornatum tantum, sed etiam ad signan-

tamen Graphiario in Graphæi emolumentum ex octoginta nummus unus numerandus est, dimidium item nummi pro expendendi molestia. At eam, quæ datis fidejussoribus solvitur, pecuniam statim actor accipit, qui pendente lite ea ut sua utitur, cum onere restituendi si ita judici videatur, cum omni sua causa, & usuris; ᶻ sed sine ullis usurarum usuris, quas actor ex prædicta provisionali sententia lucratur.

XII. In causis ulterioris instantiæ, petit actor ut sententia à qua provocatum est à judice superiore annulletur vel corrigatur, utque sibi adjudicetur id, quod in prima instantia petiit, si is & ibi actor fuit; aut ut appellato, si is in priore instantia actor fuit, postulatio ibi facta denegetur, & appellans ab ejus impetitione absolvatur.

XIII.

gnandum. *§. 2. 3. 5. J. de testament. ordinand. Seneca lib. 3. de Benefic. cap. 15. Utinam nulla stipulatio emtorem venditori obligaret: nec pacta conventaque impressis signis custodirentur: fides potius illa servaret, & æquum colens animus. Sed necessaria optimis pratulerunt, & cogere fidem quam spectare malunt. Adhibentur ab utraque parte testes. Ille per tabulas plurium nomina interpositis parariis facit. Ille non est interrogatione contentus, nisi rem manu sua tenuit. O turpem humano generi fraudis ac nequitiæ publicæ confessionem! annulis nostris plus quam animis creditur.*

b *§. 11. In manibus Graphiarii publici.*] *Artic. 36. 191. 192. Instruct. Curiæ Holland. Artic. 111. Instruct. Curiæ Supr.* Apud veteres pecuniæ obsignatio sive depositio fiebat in loco publico, vel in æde sacra: cujus ritus mentio in *l. 1. §. 2. C. commn. serv. manumisso. Mornacius ad l. 1. §. Si pecunia ff. depositi. l. 12. C. de compensationib. l. 56. §. 1. ff. mandat. l. 7. 19. C. de usur. Tiraquellus de retractu municipali §. 7. gl. 3. num. 6. 7.* Eundem obsignandi morem tangit *Apulejus lib. 10. metamorph. Suetonius in Domitiano cap. 7.* Moribus nostris in loco judicii vel apud grapheum pecuniæ depositio fieri solet. *Mornacius dicto loco. Artic. 85. Instruct. Curiæ Supr. Sande lib. 3. decis. tit. 14. defi. 12. Boerius decisio, 11. nu. 4. decis. 114. nu. 9. Zypaeus notit. jur. Belg. tit. de Sentent.*

a §. 16.

XIII. Sed si clausula quam suspensivam, seu inhibitoriam, vocant, tantum ad certum diem sit concessa, oportet appellantem petere ejus prorogationem ad finem usque litis, eaque petitio libello inserenda est.

XIV. Si vero ab arbitris provocetur, petit actor annullationem laudi, & ut id ad arbitrium boni viri deducatur, & in cæteris, ut statim de appellatione diximus.

XV. In causis arresti petit actor ut judex arrestum jure factum pronuntiet, & personam vel bona in arresto detineat, donec actori satisfactum vel cautio sufficiens data sit.

XVI. In mandatis pœnalibus absolute datis, petit actor ut judex mandata pœnalia jure impetrata, eaque ad finem litis duratura, decernat: si vero tantum ad certum tempus sunt concessa mandata pœnalia, oportet actor eorum [a] prorogationem petat ad finem usque litis.

XVII. Illud in materia arrestorum & pœnali speciale est, ut ante libelli dictationem, [b] actor petat declaratoriam rei, qua se mandatis pendente lite pariturum spondeat, (*nobis* **dat de gedaegde obedientie verklare**/) super qua promissione etiam condemnatoria sententia postulari solet.

XVIII. [c] In causis restitutionum semper petit actor, ut adversus ea quæ in mandato narrata sunt, propter ratio-

a §. 16. *Prorogationem petat*] *tot. tit. ff. & C. de feriis & dilationib. Papegay vol. 1. pag.* 368.

b §. 17. *Actor petat declaratoriam rei, qua se mandatis pendente lite pariturum spondeat*] *Papegay vol. 1. pag.* 414. 415.

c §. 18. *In causis restitutionum*] *tit. ff. & C. de in integrum restitutionib.*

a §. 19.

rationes ibidem expressas, in integrum restituatur; & quidem in eum statum, in quo fuit ante commissionem aut omissionem ibi expressam, cum omnibus annexis & accessoriis, nulla re excepta.

XIX. a In causis possessoriis petit actor possessionem suam auctoritate judicis confirmari, seque in ea stabiliri; reum vero condemnari omnia obstacula, impedimenta & perturbationes in contrarium factas amovere & reparare, sine ullo actoris damno aut expensis, atque illi interdici ne quid tale in posterum moliri præsumat.

XX. b In causis adipiscendæ possessionis addit actor, ut per modum provisionis in possessionem immittatur:

XXI. c In causis retinendæ possessionis petit actor fiduciariam possessionem, (*nobis* **de recreance ofte recredentie:**)

XXII. d In causis recuperandæ possessionis, si ex capite spolii agatur, e petit actor se utpote spoliatum ante omnia restitui, damna à reo illata resarciri, seque in pristinam possessionem per modum provisionis redintegrari: si vero mandatum in casu novitatis

a §. 19. *In causis possessoriis petit actor possessionem suam auctoritate judicis confirmari*] *tit. ff. & C. uti possidet. Papegay vol. 1. pag.* 117.

b §. 20. *In causis adipiscendæ possessionis*] *Papegay vol. 1. pag.* 127. 128. §. 3. *J. de interdict. tit. ff. & C. quorum bonorum.*

c §. 21. *In causis retinendæ possessionis*] *tit. ff. & C. uti possidetis.*

d §. 21. **De recreance ofte recredentie**] *Papegay vol. 1. pag.* 116. 117.

e §. 22. *Petit actor se utpote spoliatum ante omnia restitui*] §. 6. *J. de interdict. tit. ff. & C. unde vi. Papegay vol. 1. pag.* 112. 113.

a §. 22.

tatis (*nobis* [a] **mandement van Complaincte**) sit impetratum, petit actor ut Commissarius ad eam rem à Curia datus, illico actorem pristinæ possessioni restituat, (*nobis* **dat den Commissaris** [b] **restablissement decernere/**) quod & illico, si res ita exigere videtur, fieri solet.

XXIII. In causis decreti voluntarii, de quo ante mentionem fecimus, [c] actor petit ut omnibus & singulis citatis perpetuum imponatur silentium, iique declarentur exclusi ab omnibus exceptionibus, declinatoriis, dilatoriis & peremptoriis, item ab omnibus defensionibus, & ab omni jure, actione & persecutione, citatis ullatenus in bonis super quibus decretum petitur; competente; utque citati à dictis bonis per effistucationem declarentur excidisse; actori vero ea per legitimam traditionem addicantur.

XXIV. Illud omnino non est prætereundum, esse apud nos morem aliis gentibus incognitum, quo sententiæ in causis facti executioni mandantur; is in eo consistit, ut post monitionem (*nobis* [d] **sommatie**) ejusque repetitionem (*nobis* **renovatie**) alternis diebus faciendam, citatus jubeatur se in aliquo diversorio sistere, ibique tam diu manere donec victori satisfiat, & sententiæ pareatur, (*nobis* [e] **Opsseling**) de qua postea latius. In hac materia ita concipi debet libellus,

a §. 22. **Mandement van complaincte**] *Papegay vol.* 1. *pag.* 123.

b §. 22. **Restablissement decernere**] *Papegay vol.* 1. *pag.* 127. 177. 151. 160.

c §. 23. *Actor petit ut omnibus & singulis citatis perpetuum imponatur silentium*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 444. 447. *Waßenaer prax. civil. cap.* 22. *art.* 1. *num.* 36.

d §. 24. **Sommatie**) *ejusque repetitionem* (*nobis* **renovatie**)] *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 95. *cap.* 1. *num.* 1. 2. *Artic.* 173. *Instruct. Curiæ Holland.*

e §. 24. **Opsseling**] *Papegay vol.* 1. *pag.* 487. 488. 489. 490.

lus, ut victor petat condemnatum in hospitio, tanquam civili carcere, manere debere, a donec sententiæ satisfaciat, & quidem tali vel tali modo, prout victor sententiam interpretatur.

XXV. Et hæc quidem exempla sufficiant; cæterum notandum in multis causis esse & aliis provisionalibus petitionibus locum, quarum in libello facienda est mentio: b sic filius à patre, c uxor à marito, &

a §. 24. *Donec sententiæ satisfiat*] *Papegay vol. 1. pag.* 488.

b §. 25. *Sic filius à patre*] Si filius adversus patrem agat, vel extraneus bona communia ad se pertinere dicit; tum ea convenit de quibus in judicio tractatur, sequestrari in eum diem in quo controversia sopiatur: ita tamen ut ex iisdem (si ex alimentis pendeant) tantum litis sumtus & alimoniæ subministrentur, quantum moderato judicis arbitrio fuerit æstimatum, si urgentior juris præsumtio pro iis militet. *Covarruvias pract. quæst. cap. 6. to. 2. num. 5. 8. Brunemannus ad l. pen. ff. de his qui sui vel alien. Gail lib. 1. observ. 17. num. 7. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 7. §. 4. Colerus de process. execut. part. 4. cap. 1. num. 90. l. 2. C. de Carbo. edict. Alciatus lib. 6. paterg. cap. 24. Boerius decis. 303. num. 2.* Quid si pater adversus filium agat, nec litis sumtus nec unde vivat, habeat: an interim etiam alimenta ipsi præstanda? Idem dicendum est. Nam sicut officium parentum in eo potissimum consistit, ut liberi alantur, nutriantur, educentur; sic etiam debitum filiale exigit, ut à liberis, parentibus alimenta præstentur: quod nec bruta quidem animalia negligunt. *Aristophanes in avibus*:

Ἀλλ' ἔστιν ἡμῖν τοῖσιν Ὄρνισι νόμος
Παλαιός, ἐν ταῖς τῶν Πελαργῶν κύρβεσιν.
Ἐπὴν ὁ πατὴρ ὁ Πελαργὸς ἐκπετησίμους
Πάντας ποιήσῃ τοὺς Πελαργιδεῖς τρέφων,
Δεῖ τοὺς νεοττοὺς τὸν πατέρα πάλιν τρέφειν.

Sed est nobis avibus lex
Antiqua, in ciconiarum tabellis:
Postquam Pater Pelargus evolabiles
Omnes faciet, Pelargides pullos nutriens,

Opor-

& alii quibus nihil supereſt unde vivant, per modum proviſionis alimenta petunt 1: ſic ſpoliatus ſe ante omnia reſtitui; appellans aut appellatus contra quem attentatum eſt, attentata ante omnia reparari petunt: aliquando etiam petitur ut lite pendente res litigioſa ſequeſtro regenda committatur, ne partes ad arma veniant 2: quæ omnia quovis doctore melius uſus docebit.

1 *Reb. ad ord. reg. tit. de ſentent. prov.*

2 *l. ſi inter. 13. §. ſed etſi inter. ff. de uſufr.*

XXVI. Accedunt & alia in formando libello obſervanda, nam ſæpe a actori petendi ſunt fructus & acceſſiones rei petitæ, qua in re ſequenda diſtinctio inter bonæ & malæ fidei poſſeſſores à Juſtiniano tradita 3.

3 *§. ſi quis à non domino Inſt. de rer. diviſ.*

XXVII.

Oportet pullos patrem rurſum nutrire. *Weſembecius ad tit. ff. de liber. agnoſc. vel alend. nu. 4. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 7. §. 5. nu. 1. §. 4. nu. 2.* Ægyptiis in more fuit poſitum, ut filiæ parentes alere cogerentur; cum illa neceſſitas non eſſet filiis impoſita: de quo vidend. *Herodot. lib. 2. Pompo. Mela l. 1. de ſitu orbis.* Egregium hac de re extat exemplum de filia ignobili quidem, ſed pietate illuſtri: quæ patrem carceri mancipatum, velut infantem pectori ſuo admotum aluit, cum ipſi aqua & igni interdictum eſſet: de qua re *Maximus Valerius lib. 5. cap. 4. Plinius lib. 7. cap. 36. natur. hiſtor.*

b §. 35. *Uxor à marito*] Idem ſervatur mortuo jam marito, ſi mulier ſe prægnantem dicat: quo caſu ratio alimentorum interim haberi debet: quia ei quod in ventre eſt proſpici debet. *l. 1. §. 14. ff. de ventre in poſſeſſ. mitt. l. 1. 12. ff. ex quib. cauſſ. in poſſeſſ. eat.*

a §. 26. *Actori petendi ſunt fructus & acceſſiones*] Idem obtinet in expenſis: nam & hæ peti debent. *Zuchardus conſil. 39. nu. 20. Covarruvias pract. quæſt. cap. 27. num. 5.* Index enim non impertit officium ſuum, niſi id fuerit à parte imploratum, *Weſembecius ad tit. ff. de teſtib. nu. 3. Gail lib. 1. obſerv. 50. num. 6.* Quandoque tamen judex licet non imploratus in expenſas & fructus reum condemnat: quod locum habet, ſi ſint de natura petitorum, correſpondentia, & ex eodem fonte manantia. Quod ad intereſſe, contrarium tenet *Myſingerus*: licet certum ſit etiam

XXVII. Sæpe etiam petit actor reum condemnari ad damna & interesse, utpote si quis ad id se obligaverit, aut si id natura contractus postulet; aut si reus rem petitam tradere aut præstare non possit; aut condemnatus sententiæ pareat.

XXVIII. Sæpe etiam petuntur usuræ, non tantum ex mora aliisque causis in jure cognitis, sed etiam si quis per chyrographum promiserit [a] sortem cum usuris reddere; quæ stipulatio licet à DD. juris Canonici non admittatur, tamen in foro nostro locum habet, cum neque naturali, neque divino juri adversetur [1]: sed ita demum, si legitimum usurarum modum non excedat:

XXIX. Habentur autem pro legitimis usuris eæ, quæ pro sexdecim nummis unum in singulos annos reddunt, sive pro centum nummis sex & quadrantem nummi annuatim pariunt, & sexdecim annis sortem æquant; [2] & hæc quidem proportio fere congruit cum Justiniani constitutione, qui omnibus hominibus dimidiam centesimæ permisit [3]:

XXX. Denique & hoc sciendum omnibus libellis subnecti clausulam generalem, qua petit actor jus sibi administrari [b] omni meliori modo; sive, ut nos loquimur, concludit ad omnes alios fines, qui actori sive reo utilissimi sunt, & ei optime adjudicari possunt

1 *H. Grot. intr. ad jurispr. Bat. lib. 3. c. 10. n. 20. & de jure belli l. 2. c. 12. n. 20.*
2 *Wesembecius in parat. de usur. n. 3. Zyp. not. jur. belg. c. de reditibus §. porro.*
3 *L. eos. 26. C. de usur.*

etiam interesse de rei accessoriis esse quemadmodum fructus vel usuræ. Quod expensas attinet; in eas judex reum condemnare potest si velit, non aliter.

a §. 28. *Sortem cum usuris reddere*] *tit. ff. & C. de usuris.*

b §. 30. *Omni meliori modo*] Ad sustinendum libellum quandoque inseritur clausula salutaris: quæ inde sic dicitur, quia omnes quasi libelli morbos sanitati pristinæ restituit. Ejus veritate supplicans omne jus in judicium videtur deduxisse: & tam videtur officium judicis implorasse super caussa principali,

sunt (*Belgice*, **tot soodanige anderen sinen als hem voorbaerlijckst sijn ende best volgen mogen**) cujus clausulæ tanta est efficacia, ut per eam omnis actio, omneque remedium de jure competens in judicium deductum videatur, ut nos egregie docet *Maranta* in suo speculo [1], ubi & plura ad libelli naturam & materiam pertinentia diligenter congessit.

XXXI. [a] Post formationem libelli restat monere; eum aut judici recitandum, aut ab Advocato subsignatum ei offerendum; simulque [b] adversario ejus exemplum

1 *Maranta in spec. part. 6. de libell. oblat. n. 16. Gail lib. 1. obs. 61. n. 11. 12.*

cipali, quam super ejus accessoriis. *l. fin. C. de fructib. & lit. expens. Alciatus lib. 2. Respons. Consil. 18. num. 5. Wassenaer prax. civil. cap. 1. art. 1. nu. 49. Bartolus ad l. 91. §. Lucius nu. 1. ff. de legat. 3. l. 1. C. de liber. præterit. Gail lib. 1. observ. 50. nu. 6.* Idemque juris est quod ad expensas, licet eæ petitæ non fuerint: quo casu nihilominus judex ex officio super illis condemnare vel absolvere poterit. Ratio est, quia expensæ sunt sequelæ principalis actionis; quare sicut judex ex nobili officio pronuntiat super accessoriis ipsius caussæ, idem de expensis dici debet. *Chassanæus ad consuetud. Burgund. rub. 7. §. 3. num. 7.* Nam cum expensæ ab ipsa caussa sint omnino remotæ, eas victor consequi non poterit, nisi judex ex officio victum in eas condemnare posset.

a §. 31. *Post formationem libelli, &c.*] Jure veteri libelli editio fiebat post in jus vocationem, ut docet *Plautus*:

Age, ambula in jus leno. D. Quid me in jus vocas? Sa.
Illic dicam apud prætorem. sed ego in jus voco.

Nec est, quod quis objiciat; reum non posse scire, utrum cedere, an contendere velit; si editio actionis demum fiat postquam jam in jus ventum est. *l. 1 ff. de edendo.* Respondendum enim est: id in arbitrio actoris fuisse positum an antequam reus in jus veniret, copiam actionis describendæ vellet facere: quemadmodum ex Plauti versibus jam ostendimus.

b §. 31. *Adversario*] *Artic. 58. Instruct. Holland.* Non mirum est, eum à quo quid petitur, implorare rationes creditoris, ut fides veri constare possit. *Brunemannus ad l. 1.*

plum (*nobis Copie*) dandum, [a] ut reus possit deliberare an velit cedere, vel contendere [1].

XXXII. Huc spectant ea, quæ de editione instrumentorum DD. varie congerunt, non tantum huc, sed etiam ad omnia judicii acta pertinentia, de quibus infra dabitur dicendi locus [2].

XXXIII. Et hæc quidem omnia locum habent si actor ad constitutum diem judicio se per Procuratorem stiterit, & causam prosecutus fuerit; [b] si vero ipse ad

1 l. quæ quisque 1. ff. de edendo. authb. offeratur. C. de litis contest.
2 Marant. d. loco in pr.

l. 1. ff. de edend. nu. 1. Papegay vol. 1. pag. 62. Contra, reus actori, desiderante eo, ut id fiat, non potest præcipi: quia non oportet originem suæ petitionis ex instrumentis ejus, qui convenitur fundari. *Brunemannus ad l. 4. num. 2. C. de edendo. ad l. fin. num. 3. C. eod. Wesembecius ad dict. ff. tit. nu. 12. c. 1. x. de probatio.* Caussa est; quia durum & grave suis armis perire. *l. 7. C. de testib. Ovidius*:

Heu patior telis vulnera facta meis.

Et, bis interimitur qui suis armis perit, ait *Publius Syrus.*

Cui accedit, quod reus in pari caussa semper favorabilior habeatur. *l. 125. ff. de regul. jur. c. 2. x. eod. l. 2. C. de condictio. ob turpem causs. Aristoteles in problematib. Sectio. 29.* Eodem facit, quod actor ad agendum paratus venire debet: quia in ejus potestate est, quo tempore & hora velit actionem instituere. *Gail lib. 1. observ. 9. nu. 4. l. 11. C. de contrah. emtio. l. 16. C. de jure deliber. Boërius decis. 255. num. 1.* Non adversatur vulgare dogma: quod instrumenta supprimens falsi crimine teneatur, *l. 31. ff. ad l. Cornel. de fals.* Nam respondetur: id procedere, si aliena documenta occultaverit; si propria, id locum minimè habere. De hac quæstione vide doctè ac latè disserentem *Bacchovium in animadversio. ad Treutl. vol. 2. disp. v. th. 4. sub litt.* A. Porrò quæritur; an ea instrumenta ab actore reo edenda, quibus in judicio usurus non est. Quod negandum est; nisi ipsi reo ad exceptionem fundandam prodesse possint.

a §. 31. *Ut reus deliberare possit*] *l. 1. ff. de edendo.*

b §. 33. *Si vero ipse actor ad eum diem absit*] *Artic. 111. Instruct. Curiæ Holland.* Si pars actoris vadimonium deseruerit: licentia erit judici

ad eum diem absit, aut Procuratorem in judicio non habeat, atque ita ipse in mora sit quo minus actio instituatur, tunc reus per apparitorem nomen actoris a publice proclamari facit, & nemine eum defendente, ipse coram judice per Procuratorem comparens, petit absolutionem ab instantia, b cum condemnatione expensarum;

XXXIV.

judici per executorem actorem requirere ex una parte actoris absentiam incusante: & si hoc fuerit subsecutum, & nec pars actoris fuerit inventa, & neque per se neque per procuratorem pervenerit: tunc judex reum ab instantia relaxabit. *Imbertus Instit. for. lib.* 1. *cap.* 13. *Brunemannus ad l.* 73. *nu.* 5. 6. *ff. de judic. l.* 73. *§.* 1. *ff. de judic. Novell.* 73. *cap.* 2. *Auth. Quod fieri. C. de dilationib. Cujacius ad Nov.* 53. *litt.* G. *ad Nov.* 69. *Gail lib.* 1. *obs.* 59. *num.* 4. *Nov.* 112. *cap.* 3. §. 1.

a §. 33. *Publicè proclamari facit*] Hæc propriè apud veteres citatio dicebatur. *Cujacius ad Novell.* 69. *in med. Brissonius lib.* 2. *antiquitat. Rom cap.* 1. *Suetonius in Tiberio cap.* 2. *Imbertus Inst. forens. lib.* 1. *cap.* 8. *l.* 10. *ff. de public. judic. Cicero secundo in Verrem: Iste homo certus & diligens, ad horam nonam præsto est: Sthenium citari jubet: quem posteaquam videt non adesse, dolore ardere, atque iracundia furere cœpit: Venerios in domum Sthenium mittere: equites circum agros ejus, villasque dimittere. itaque dum expectant, quidnam sibi certi afferatur, ante horam tertiam noctis de foro non discessit.* Nam olim citatio ab in jus vocatione diversa erat: etiamsi nonnunquam citatio pro in jus vocatione fuerit usurpata. Repudianda igitur *Duareni*, aliorumquè existimantium sententia: citationem eam esse solam quæ fit à præcone cum omninò partes in judicium venerint. Siquidem etiam citatio per præconem fieri dicitur etiam cum nullum judicium est, sed tantum futurum speratur. Latè ac doctè *Aurel. Robertus lib.* 3. *cap.* 7. Moribus nostris actus citationis & in jus vocationis unus idemque est.

b §. 32. *Cum condemnatione expensarum*] *Artic.* 241. *Instruct. Cur. Supr.* Non solum pars fugiens ab observatione judicii relaxatur, sed actor insuper in omnes expensas quæ consueto modo circa lites expenduntur, condemna-

XXXIV. Cui petitioni Commissarii solent assentiri, nisi quod aliquando aliquas actori septimanas a ad purgandam moram concedunt, quod ipsum & actis inseritur.

XXXV. Eo vero tempore elapso, si nec dum sui copiam faciat actor, omnino ab observatione judicii absolutus manet reus; b neque ea lis denuo instaurari potest, nisi refusis expensis, & novo insuper mandato à Curia impetrato [1]: hæc absolutio, quæ ob absentiam

[1] *l. & post edictum 73. §. 2. ff. de judic. instr. Cur. Præs. art. 110.*

nabitur. *Auth. Quod fieri C. de dilationib. Damhouder prax. civ. cap. 77. num. 1.* Quid si actor bonam caussam habuerit? eo etiam casu in expensas condemnabitur. Nec id iniquum dici potest; cum ob solam contumaciam ea pœna imponatur.

a §. 34. *Ad purgandam moram*] *tit. ff. & C. de feriis & dilationib.*

b §. 35. *Neque ea lis denuò instaurari potest, nisi refusis expensis*] *Artic. 250. 251. Instruct. Curiæ Supr. Artic. 166. Instruct. Curiæ Holland.* Litis expensis refusis plenè actori consultum est: quia peremta licet instantia & circumducto edicto, poterit actor post posita formidine impedimenti super aliquantulo silentio institutam actionem de novo incipere. *l. 14. ff. de rei vindicat. l. 32. ff. de negot. gest. l. 18. §. fin. ff. de vi & vi armat. l. 57. §. ult. ff. de condictio. indebit. Gail lib. 1. observ. 73. nu. 3. l. 13. §. 2. C. de judic.* An idem locum habeat in caussis criminalibus, quæritur. Negandum id est: nam eo elapso tempore judicialis aditus actori non revelatur, nec ulla ei datur judiciorum copia: etiamsi litis expensas pulsato dederit, ob quas litem sustinuerit. *c. 21. 23. x. de accusatio. l. 4. C. ad Sc. Turpillia.* Et hoc in tantum observatur: ut licet ob defectum probationis reus absolutus sit: & post novis repertis probationibus id facere velit; tamen à limine judicii repelletur: quia sententia lata in criminalibus transit in rem judicatam. *Core decis. Curiæ Supr. decis. 26. Covarruvias lib. 1. variar. resolutio. cap. 1. num. 8.* Nam quemadmodum iniquum est, idem debitum bis exigi: sic etiam iniquum censetur, eundem de eodem crimine bis accusari. *Colerus de process. executiv. part. 1. cap. 2. nu. 24. Demosthenes: Leges non sinunt bis*

tiam actoris decernitur, apud nos *venia Curiæ*; aut *Comparuit* vocatur, derivato à prima voce actorum, quæ Latina lingua concipi solebant, vocabulo.

XXXVI. Latini veteres id nominaverunt [a] *circumducere* edictum, cum is, qui edictum impetravit, absit die cognitionis; is vero, adversus quem impetratum est, adsit [1]. Galli practici dicunt *rabatre un defaut* [2]: quia nimirum pœna contumaciæ quæ reo imminebat, in actorem retorquetur. Quatenus autem & nostra & Gallica praxis in eo discesserit à jure Romano, facile patet ex novella Justiniani [3], & iis quæ hic retulimus: plura qui scire velit, legat Rebuffum [4], aliosque materiam contumaciæ tractantes.

XXXVII. Cæterum in quibusdam materiis sciendum est, etiam alios effectus ex actoris contumacia, præter supradictos, resultare; ut in materia appellationis, [b] si appellans judicio desit, appellatio declaratur deserta, & ipse in pœnam temere appellantis condemnatur [5].

XXXVIII. In materia novitatis, (*nobis complaincte*) [c] cadit actor ab impetratione mandati, & pro reo

1 *d. l. 73. §. quod si 1.*

2 *Gothofr. ad d. §.*

3 *Nov. 112. ibique Gothofr.*

4 *Reb. ad ord. reg. tr. de contuma. & def.*

5 *Instr. Sen. Praes art. 114. & 209. & Sup. Sen. art. 225.*

bis contra eundem de rebus iisdem seu judicia, seu emendationes, seu ad judicationes, aliudve quid simile fieri. Prædictis non obstat *l. unic. C. quando actio, civ. cri. præjudic.* Quandoquidem quod in opposita lege habetur; id toties locum habet, quoties ob idem delictum actio civilis cum criminali concurrit: quo casu actiones se invicem non perimunt. *tit. C. quando actio civil. criminali præjudicet.*

a §. 36. *Circumducere edictum*] *Zasius ad tit. ff. de judic. num. 21. l. 73. §. 1. ff. de judic. Faber Cod. lib. 3. tit. 1. def. 30. Imbertus Instit. forens. lib. 1. cap. 13.* Circumducere propriè est decipere. impropriè delere, abrogare, *l. 6. C. quomodo & quando jud.*

b §. 37. *Si appellans judicio desit, appellatio declaratur deserta*] *Papegay vol. 1. pag. 295.*

c §. 38. *Cadit actor ab impetratione*

reo fertur sententia momentaneæ possessionis, (*nobis restablissement*) & condemnatur actor in impensas, damna & interesse [1]:

1 *Instr. Sup. Cur. art.* 205.

XXXIX. In arrestis, a actore non comparente prima vice statim relaxatur arrestum, ipse vero condemnatur in expensas, damna & interesse [2]:

2 *Instr. Sup. Cur. art.* 251.

XL. b Quod ipsum etiam in mandatis pœnalibus observatur, & præterea actor condemnatur in pœnam male impetrati mandati, quæ fuit ante hæc decem florenorum, nunc vero viginti quinque vel quindecim ad minimum [3] florenorum est.

3 *Postr. ampl. instr. art.* 17.

tione mandati] *Papegay vol.* 1. *pag.* 129.

a §. 39. *Actore non comparente prima vice statim relaxatur arrestum*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 345.

b §. 40. *Quod ipsum etiam in mandatis pœnalibus observatur*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 427.

CAPUT VIII.

De contumacia vel defectu rei.

I. *Contumacia rei qua?* II. *Defectus quis?* III. *Exclusio qua?* IV. *Differentia:* V. *In quibus causis unus defectus sufficit?* VI. *In personalibus, & quatenus:* VII. *Contractibus chyrographariis:* VIII. *Appellatione:* IX. *Anticipatione:* X. *Causis novitatis:* XI. *Inspectione facienda:* XII. *Provisione petita:* XIII. *Post litem contestatam:* XIV. *In praconiis & subhastationibus:* XV. *Cessione:* XVI. *Beneficio Inventarii:* XVII. *Declaratione expensarum:* XVIII. *Litteris executorialibus:* XIX. *Colono:* XX. *Vadimonio:* XXI. *Citatio secunda:* XXII. *In quibus causis defectus secundus sufficit?* XXIII. *In personalibus quatenus?* XXIV. *In anticipatione:* XXV. *In appellatione:* XXVI. *Uti possidetis:* XXVII. *Ad edendum:* XXVIII. *Ad suscipiendas litis reliquias.* XXIX. *Evictionis quatenus:* XXX. *Ex l. diffamari:* XXXI. *Hæredibus vocatis:* XXXII. *Salarii:* XXXIII. *Interrupta lite:* XXXIV. *Vadimonio:* XXXV. *In quibus*

quibus causis tertius defectus sufficit: XXXVI. *In personalibus quatenus?* XXXVII. *In appellatione*: XXXVIII. *Litis contestatione*: XXXIX. *Quarti defectus quis sit effectus in personalibus*: XL. *In realibus, & criminalibus*: XLI. *Exclusionis vis*: XLII. *De purgatione moræ*: XLIII. *Quatenus id conveniat cum jure Romano Justinianeo*: XLIV. *Veteri*: XLV. *An purgata mora omnis tollatur effectus?*

I. Præcedente capite primas actoris in judicio partes tractavimus; nunc ad reum deveniendum est, qui cum in jure nostro *fugiens* appelletur [1], recte atque ordine me facturum puto, si prius de rei non facto, sive absentia & fuga judicii, aliquid dicam; atque ita deinceps ad factum ejus deveniam; præsertim cum post multimodas protractiones reus se primum certamini judiciario committere soleat. Non factum sive absentia & fuga rei, Latinis veteribus [a] *contumacia* dicitur, cum quis edictis propositis evocatus præsentiam sui facere contemnit [2].

II. Practici vero nostri *defectum* (Gallice *default*) vocant, quæ vox nec ipsa à puriore latinitate recedit, cum enim rei persona in judicio deficiat, quidni eum defectum vocemus, ut alibi defectus conditionis usurpatur? [3] Reus itaque legitime citatus si non comparear in judicio, [b] semel, iterum atque tertio vocari con-

1 *L. properandum 13. §. 2. C. de jud. l. 2. C. de jurej. calumn.*

2 *L. contumacia 53. § contumax 1. ff. de re jud. l. absentem. 5. ff. de pœnis.*

3 *L. quidam 27. §. 1. ff. de condit. inst. l. nam etsi 5. ff. de inj. rupt. test.*

a §. 1. *Contumacia.*] Contumacia propriè est inobedientia erga judicem. Alii aliter eam definiunt: licet hæc descriptio rem satis explicet: nam quotiescumque jus dicenti non obtemperatur, contumacia admittitur. In dubium vocatur, an vera contumacia sit delictum. Quod dicendum videtur. Nam omne delictum ex animo delinquentis æstimatur: ergo si animum illum adfuisse probari possit; sequitur delictum esse, aut delicto proximum.

b §. 2. *Semel, iterum atque tertio*] *Artic.* 254. *Instruct. Curiæ Supr.*

consuevit; hæc enim respondent tribus edictis jure Romano cognitis[1]. Sed cum [a] singularum citationum pro natura negotii diversi apud nos sint effectus, operæ pretium me facturum credidi, si præcipuos ordine suo expediam.

1 *d. §. contumax l. 68. 69. 70. ff. de jud.*

III. Est igitur ante omnia notandum, duplicem esse rei fugam sive contumaciam, priorem quæ vocabulo pressius accepto, *defectus* (*nobis default*) vocatur, & locum habet cum reus sive in persona, sive ad domum citatus, procuratorem in judicio non habet: Alteram quæ conclusio (Gallis *forclusion*, *nobis* verstecht) nominatur, cum reus Procuratorem quidem in judicio habet, aut habuit, sed ordinationi judicis non paret; nam & ille contumax dicitur [2].

2 *l. de ætate 11. §. qui tacuit. 4. ff. de interr. act.*

IV.

Supr. Contumax in jure dicitur, ternis litteris, vel uno peremtorio edicto, ut præsentiam sui faceret, commonefactus, sui tamen copiam non facit. *Brunemannus ad l.* 8. *nu.* 2. *C. quomodo & quando jud. Papegay vol.* 1. *pag.* 444. *Bartolus ad l. Ejus qui num.* 1. *C. quorum appellatio. non recip. Wesembecius ad tit. ff. de in jus voc. nu.* 13. *l.* 53. *§.* 1. *ff. de re judic.* Alii & eum contumacem esse volunt; qui licet tribus edictis evocatus non sit, modo in eodem foro creditorem evitet, vel se occultet. Unde consequi videtur sufficere solam occultationem sine citatione per tria edicta: quia, ut dicunt, ad primum & secundum decretum perveniri potest contra latitantem, per *l.* 36. *ff. de bo. auctorit. judic. possid.* Licet verius sit, solam occultationem sine citatione non sufficere.

a *§.* 2. *Singularum citationum pro natura negotii diversi apud nos sint effectus*] Defectuum multiplex numerus, de quibus inspiciendus & sequendus cujusque fori stylus & ordo judiciarius præscriptus. *Mavius ad jus Lubec. lib.* 5. *tit.* 4. *art.* 1. *nu.* 3. Stylus enim est tantæ auctoritatis, ut in singulis tribunalibus pro lege habeatur. *Consilia Batav. vol.* 2. *consil.* 281. *Gail lib.* 1. *observ.* 65. *nu. fin. Wesembecius ad tit. ff. de ll. nu. fin. l.* 1. *§. fin. ff. de vent. inspiciend. l.* 50. *§.* 3. *ff. de legat.* 1. *l.* 34. *ff. de re judic. l.* 3. *C. de ædific. priv.*

IV. Inter utramque hanc contumaciam non parum interest: prior enim fere de jure rei nihil delibat; altera vero majorem vim obtinet, secum enim ipsa trahit peremtionem juris quod reus habere poterat [1].

V. De priore specie prius acturis notandum, unicam tantum contumaciam requiri in sequentibus materiis:

VI. In omnibus personalibus actionibus, quoad effectum rejiciendæ exceptionis declinatoriæ [2].

VII. In contractibus vero & obligationibus chirographo munitis, quoad effectum [a] provisionalis condemnationis datis fidejussoribus, (*nobis* namptissement) aliter quam antea fieri solebat [3]:

VIII. [b] In appellationibus, quoad effectum clausulæ suspensivæ, sive inhibitoriæ, ut ea sive non concessa detur, [c] sive concessa continuetur ad finem usque litis [4]:

IX. Si vero appellans per modum anticipationis sit citatus, nec compareat, neque ad octavum à citatione diem gravamina sua exhibeat, tum in Curia Præsidiali, non item in Suprema, [d] appellatio declaratur deserta, & ipse in expensas & pœnam frivolæ appellationis condemnatur [5].

X.

1 *Gothofred. ad l. 73. §. 2. ff. de judic.*

2 *Inst. Sen. Præs. art.* 108.

3 *d. Instr. art.* 119.

4 *d. Instr. art.* 114.

5 *d. Instr. art.* 207.

a §. 7. *Provisionalis condemnationis*] *Boerius decis.* 295. *nu. fin. Consilia Batav. vol.* 1. *consil.* 236. *Sande lib.* 1. *decis. tit.* 8. *def.* 1. *Papegay vol.* 1. *pag.* 27. 28. 344. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 33. *cap.* 3. *nu.* 1. *Wassenaer prax. civ. cap.* 4. *art.* 1. *nu.* 40.

b §. 8. *In appellationibus, quoad effectum clausula suspensiva*] *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 3. *cap.* 7. *nu.* 1. *Papegay vol.* 1. *pag.* 294. 323. 426.

c §. 8. *Sive concessa continuetur*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 323. 295.

d §. 9. *Appellatio declaratur deserta*]

X. In causis novitatis (*nobis* **Complaincte**) reo coram Commissario prima vice non comparente; ex recepta praxi adversus eum sententia momentaneæ possessionis (*nobis restablissement*) pronuntiatur, etsi aliter olim fieri consueverit [1].

1 *Instr. Sup. Cur. art.* 206.

XI. In iis vero causis in quibus [2] Commissarius deputatur ad hoc aut illud inspiciendnm, reo se non sistente inspectio perficietur; ipse vero in expensas condemnabitur, si inspectionem petierit, aut ea à Curia injuncta sit [2].

2 *d Instr. art* 242.

XII. Si vero pendente lite alteruter litigantium aliquid per modum provisionis sibi adjudicari petierit, & pars adversa non compareat, petitor provisionali sententia gaudebit [3]:

3 *d. instr. art.* 257.

XIII.

serta] *Wassenaer prax. civ. cap.* 3. *art.* 1. *nu.* 20. *Papegay vol.* 1. *pag.* 295. 324. 104. 292. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 1. *nu.* 2. *C. de tempor. appellatio. & ad l. fin.* §. 4. *eod. Cujacius paratitl. C. de tempor. & reparatio. appellatio. Christinaus vol.* 1. *decis.* 28. *nu.* 1. 3.

2 §. 11. *Commissarius deputatur ad hoc aut illud inspiciendum*] *Artic.* 241. *Instruct. Curiæ Supr. Artic.* 123. *Instruct. Curiæ Holland.* Apud Romanos si quæstio de fundo ejusquè finibus movebatur; judices in rem præsentem ducebantur. §. 20. *J. de actionib. Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 61. *cap.* 1. *nu.* 1. *Brunemannus ad l.* 8. *num.* 5. *ff. fini. regundor. Cicero primo de Oratore*: *An verò si de ipsa re, si de finibus, cum in rem præsentem non venimus, si de tabulis & præscriptionibus controversia est, contortas res, & sæpe difficiles necessario perdiscimus. Idem pro Cæcinna*: *Cum hoc novæ litis genus tam malitiose intenderet, placuit Cæcinnæ, de amicorum sententia constituere, quo die in rem præsentem veniretur, & de fundo Cæcinna moribus deduceretur.* Quo casu judicum officium erat cognoscere, quomodo olim fines possessi fuerint, ne possessor onere probandi gravetur. Deinde adhiberi debebant agrimensores ad proprietatis quæstionem dirimendam: quo casu tamen litigantium præsentia necessaria erat. *l.* 1. 3. *C. de fund. limitroph. Plinius ad Traja. lib.* 10. *Ep.* 28. *Bartolus ad l. si* quis

XIII. a In omnibus vero defectibus rei post litem contestatam, cadit ipse omni commodo, quo, si ad diem citationis adfuisset, usurus ipse fuisset; ut puta si audiendi sunt testes, reo absente audientur & sic deinceps 1. 1 *Instr. Sen.*

XIV. b In quibusdam vero causis hæc prima rei contumacia etiam majoris est efficaciæ: nam in subhastationibus & præconiis eo tendentibus, ac c decretis, omni jure cadit reus non comparens, & subhastatio ac decretum porro perficitur 2. *Præs. art. 121. & supr. Cur. art. 188.*

XV. Pari modo d in materia cessionis bonorum citati si non veniant, cessio ipsa à judice confirmatur 3. 2 *Instr. supr. Cur. art. 277.*

XVI. Quod & in beneficio Inventarii locum habet ut hæres eo gaudere debeat 4: 3 *d. instr. art. 144.*

XVII. Et e in declaratione expensarum litis, una contumacia rei sufficit 5: qua obtenta, nisi quæ ad diminutionem expensarum pertinent condemnatus ad primam citationem exhibeat, judex ad taxationem procedet 6: *instr. Sen. Præs. art. 114.* 4 *d. art. 244.* 5 *d. art. 114.* 6 *Instr. Sen. Præs. art. 118.*

XVIII.

quis C. fini. regundor. nu. 7. Brunemannus ad l. 2. ff. fin. regund. nu. 1. l. 3. ff. eod. Nam regula est: quoties utriusquè interest, toties requiritur utrumquè adesse.

a §. 13. *In omnibus vero defectibus rei post litem contestatam, cadit ipse omni commodo*] *l. 70. 73. §. 1. ff. de judic. l. 15. 42. §. 1. ff. de jure fisci l. 2. C. quomodo & quando jud.*

b §. 14. *In quibusdam vero causis hæc prima rei contumacia etiam majoris est efficacia*] *l. 68. 70. 71. 72. ff. de judic. Duarenus lib. 1. disputat. anniv. cap. 50. Mavius ad jus Lubec. tit. 4. art. 1. nu. 3.*

c §. 14. *Decretis*] *Merula prax. civ. lib. 4. tit. 39. cap. 3. Papegay vol. 1. pag. 82. 444.*

d §. 15. *In materia cessionis bonorum*] *Artic. 114. Instruct. Curiæ Holland. Hogerbeets in prax. cap. 3. Papegay vol. 1. pag. 224. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 33. cap. 6.*

e §. 17. *In declaratione expensarum litis, una contumacia rei sufficit*] *Artic. 118. 195. Instruct. Curiæ Holland. Papegay vol. 1. pag. 76.*

XVIII. Si vero [a] litteræ executoriales à Curia sint petitæ, super sententiis annalibus inferiorum judicum, eæ ad primam citati contumaciam viribus suis restituentur [1]:

XIX. Illud quoque Praxis introduxit, ut colono citato ad agnoscendam subscriptionem contractus locationis & conductionis, & ad vacuam possessionem restituendam, si ipse non compareat, statim adversus ipsum feratur sententia.

XX. Unum etiam est in quo Senatus Præsidialis à Curia Suprema discrepat, nam in executione sententiarum in facto consistentium, quæ per detentionem in diversorio (*nobis* gysseling) fieri solet, si citatus non compareat, à Curia Præsidiali [b] altera citatio cum incarceratione decernitur [2], quod à Curia suprema non nisi ad secundam citationem fieri consuevit, ut infra dicemus [1].

XXI. Et hæc quidem de prima contumacia dicta sufficiant, quæ cum à Curia obtenta & actis insinuata fuerit cum concessione secundæ citationis, oportet eam iterum apparitori tradi, ut reus ad eum quem diximus modum secundo citetur ad diem dictum:

XXII.

a §. 18. *Litteræ executoriales*] *Artic.* 113. *Instruct. Curiæ Holland. Hogerbeets in prax. cap.* 3. *Imbertus Instit. forens. lib.* 1. *cap.* 8.

Ex *Artic.* 119. 121. *Instruct. Curiæ Holland.* Voor 't profijt van 't eerste defoult / sal dat haut-teyken gehouden werden voor bekend] *Mevius ad jus Lubec. lib.* 5. *art.* 3. *tit.* 6. *num.* 5. *Damhouder prax. civ. cap.* 79. *nu.* 7.

Ex *Artic.* 213. 214. *Instr. Curiæ Supr.* Indien den Impetrant defoult doed sal de evocatie wederroepen werden] *Wassenaer prax. civil. cap.* 1. *art.* 1. *num.* 236. *Papegay vol.* 1. *pag.* 111. *Idem servatur in caussis matrimonialibus, Consilia Batav. vol.* 4. *consil.* 290.

b §. 20. *Altera citatio cum incarceratione decernitur*] *Artic.* 14. *Am-*

XXII. Ad quem si iterum se non sistat, Procurator actoris denuo per apparitorem nomen rei palam proclamari facit, & à Commissariis auditorii publici secundam contumaciam obtinet, quæ cujus efficaciæ sit jam explicabimus.

XXIII. In omnibus personalibus actionibus a operatur ea exclusionem ab omnibus exceptionibus dilatoriis 1, ut iis jam amplius reus uti non possit. 1 *Instr. Sen. Præs. art.* 108.

XXIV. In Anticipatione fatalium appellationis, (*nobis* **Mandament van anticipatie**) si citatus secundo absit, appellatio declaratur deserta, aliter ac in Senatu Præsidiali 2. 2 *Instr. Supr. Cur. art.* 231.

XXV. In appellationibus, sive clausula suspensiva primitus concessa, sive ad primam contumaciam obtenta sit, ad secundam sententia à qua appellatum est, cassatur & ad irritum deducitur, & permittitur appellato eremodicium instituere, suamque intentionem scripto fundare, (*nobis* **intendit over te leggen**) cum nova

Ampliat. An. 1579. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 8. *Instruct. Urb. Artic.* 251. 275. *Instruct. Curiæ Supr.* Alia contumaciæ pœna est personæ apprehensio, & in carcerem detrusio, si se ad judicii diem non sistat. *Faber Cod. lib.* 2. *tit.* 2. *def.* 10. *Gellius lib.* 13. *cap.* 12. *Wasnaer prax. civ. cap.* 23. *art.* 1. *nu.* 3. *Papegay vol.* 1. *pag.* 488. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 99. *cap.* 1. *nu.* 1. *tit.* 65. *cap.* 3. *nu.* 3. *Imbertus Instit. forens. lib.* 1. *cap.* 12.

a §. 23. *Operatur exclusionem ab omnibus exceptionibus dilatoriis*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 29. *Artic.* 108. 117. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 252. *Instruct. Curiæ Supr.*

b §. 24. *In anticipatione fatalium appellationis*] *Artic.* 225. 226. 227. 229. 230. 231. *Instruct. Curiæ Supr. Artic.* 113. 114. *Instruct. Curiæ Holland. Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. *Imbertus Instit. forens. lib.* 1. *cap.* x. *Papon de arrest. lib.* 7. *tit.* 6. *arr.* 6. *Gail lib.* 1. *observ.* 132. *num* 6. *Consilia Batav. vol.* 6. *in appendice pag.* 314. *Papegay vol.* 1. *pag.* 294. 323.

nova citatione, ut videat eam appellati intentionem probationibus muniri, (*nobis* **het intendit te verifieren**) 1:

1 *Instr. Sen. Praes. art.* 114. & *Sup. Cur.* 229.

XXVI. a In interdicto uti possidetis (*nobis maintenue*) ex secunda contumacia actor in possessione sua auctoritate judicis stabilitur 2.

2 *d. Instr. art.* 112.

XXVII. In actionibus ad edenda prioris instantiæ acta competentibus (*nobis* **Mandement Compulsoir**) citato ad alteram citationem non comparente, injungitur illi à Commissariis editio actorum.

XXVIII. In actione b ad suscipiendas litis reliquias (*nobis* **om arrementen van den processe aen te nemen**) duplex contumacia citati ad condemnationem sufficit 3.

3 *d. Instr. art.* 114.

XXIX. c Neque amplius requiritur in materia evictionis (*nobis guarand*) ad hoc ut qui in ea actor est, si citatus litem suscipere nolit, ipse vero condemnetur, regressum habeat in bona citati, tam ratione sortis, quam expensarum, damnorum & interesse 4.

4 *d. Instr. art.* 115. *Instr. Sup. Cur. art.* 236. 237. 240.

XXX. At vero d in actione ex *l. diffamari* (*nobis* **Man-**

a §. 26. *In interdicto uti possidetis ex secunda contumacia*] *Artic.* 204. 205. 297. *Instruct. Curiæ Supr. Bort de retinenda possess. tit.* x. *num.* 8. *Damhouder prax. civ. cap.* 78. *num.* 13. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 33. *cap.* 4. *num.* 1. 2. *Imbertus Instit. forens. lib.* 1. *cap.* IX.

b §. 28. *Ad suscipiendas litis reliquias duplex contumacia*] *Artic.* 255. 256. 257. *Instruct. Curiæ Supr. Wassenaer prax. civ. cap.* 4. *art.* 1. *num.* 26. *Papegay vol.* 1. *pag.* 102.

c §. 29. *Neque amplius requiritur in materia evictionis*] *Artic.* 115. 116. *Instruct. Curiæ Holland. Wassenaer prax. civ. cap.* 4. *artic.* 1. *nu.* 9. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 33. *cap.* 5. *nu.* 1.

d §. 30. *In actione ex l. diffamari si citatus secundo absit, imponitur illi per sententiam perpetuum silentium*] Si diffamator ad diem vadi-

Mandement om actie te institueeren) si citatus secundo absit, imponitur illi per sententiam perpetuum silentium, nisi intra præfixum tempus actionem instituat.

XXXI. Si qua vidua aut hæredes defuncti vocentur ad agnoscendum ejus chirographum, & ad secundam citationem adhuc non compareant, decernitur adversus eam vel eos provisionalis condemnatio summæ petitæ, datis fidejussoribus (*nobis* **namptissement**) 1.

XXXII. In materia quoque a salarii ab Advocatis aut Procuratoribus petiti, bina tantum contumacia ex stilo sufficit; ut & in iis causis, in quibus petitur interrupta declarari litis instantia, nam licet id ad primam citationem fieri olim soleret 2.

XXXIII. Ptaxis tamen ob magnum ejus rei momentum aliud induxit.

XXXIV. In executione sententiæ, quæ in factum concepta est, per vadimonium in diversorio obeundum, (*nobis* **gysseling**) etsi, ut supra diximus, Senatus

1 *Inst. Sup. Cur. art.* 211.

2 *Instr. Sen. Præs. art.* 114.

dimonii se non sistat, iterum vocabitur: nam unus defectus non sufficit ad silentium ipsi imponendum; sed duo necessarii ut tota actione excludatur, *Boerius decis.* 255. *num.* x. *Wassenaer prax. civ. cap.* 3. *artic.* 1. *num.* 3. *Papegay vol.* 1. *pag.* 87. *Covarruvias lib.* 1. *resolut. variar. cap.* 18. *nu.* 2. Quæritur, an unus defectus possit sufficere ad perpetuum silentium imponendum? Quod dicendum est; quia diffamator actoris partes obtinet. *Gail lib.* 1. *observ.* 9. *nu.* 6. 7. *l.* 87. *§.* 1. *ff. de legat.* 2. *Dambouder prax. civil. cap.* 17. *nu.* 8. Diffamare enim propriè est ad judicium provocare: ideoque diffamator eo ipso quod diffamat, ad judicem diffamati provocare, & proinde agere velle intelligitur, *l.* 13. *ff. de judic.* Malè itaque judicatum est in Curia provinciali; quatuor citationes requiri, ut in pœnam contumaciæ, perpetuum silentium imponatur, *Neostadius decis. Curiæ Holland. decis.* 44.

a *§.* 32. *Salarii ab Advocatis aut Pro-*

tus Præsidialis ad primam contumaciam reum prehendi decernat, tamen Suprema Curia secundam contumaciam exspectat 1.

1 *Ampl instr. Sen. Præs. art. 14 Instr. Supr. Cur. 275.*

XXXV. Nunc restat ut etiam de tertia contumacia aliquid dicamus.

XXXVI. Quæ in omnibus personalibus actionibus ejus est efficaciæ, ut a citatus excludatur ab omnibus exceptionibus peremptoriis & defensionibus juris, & b ex superfluo concedatur mandatum ultimum, quo reus

Procuratoribus petiti, bina tantum contumacia] *Damhouder prax. civ. cap. 77. nu.* 18.

a §. 36. *Excluditur ab omnibus exceptionibus peremptoriis*] *Papon de arrest. lib. 7. tit. 6. art. 2. Hogerbeets in prax. cap. 3.* Primus & secundus defectus non adferunt necem omnibus exceptionibus: nisi fortasse in primo citatus se non venturum dixerit: quo casu unica contumacia sufficit. Nam cum citatus apertè dixerit se non venturum, iteratò non est vocandus: quia in claris conjecturis non est opus. Igitur quæritur; an tres distinctæ tantum citationes peremtoriam inducant; & an in tertia verbum peremtoriè debeat addi. Etenim dicendum; id non procedere: nam prima vel secunda peremtoria esse potest, si judici ita sederit; & comminetur se absente parte pronuntiaturum: ut inde merito concludi possit, id ex numero citationum non esse æstimandum. Simplicem tamen judicis admonitionem præsenti factam pro peremtorio edicto non haberi, probabile est; licet alii contrà existiment.

b §. 36. *Ex superfluo concedatur ultimum mandatum*] *Artic.* 108. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.*252. *Instruct. Curiæ Supr.* Post peremtorium edictum, nullum ulterius concedi solet: quia in omni actione tres citationes sufficiunt: nec quarta conceditur, quia post peremtorium edictum parti adversæ jam jus quæsitum: sed tantum in judicio citari debet. *Brunemannus ad l.* 55. *num.* 1. *ff. de judic. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 33. cap. 2. num.* 1. Moribus nostris humanitatis caussa sæpè quatuor citationes concedi solent. *Imbertus instit. forens. lib.* 1. *cap.* XII. *Papegay vol.* 1. *pag.* 29.

a §. 36.

reus adhuc citetur, [a] ut videat tradi judici ſcriptum, quo intentionem ſuam in eremodicio complectitur actor, ſimulque probationes ad eam rem pertinentes, (*nobis* **intendit te ſien overleggen met de verificatien van dien**) & [b] ad audiendam ſententiam [1]. *1 Inſt. Sen. Præſ. art. 108. & Inſt. Sup. Cur. art. 252.*

XXXVII. In appellationibus vero, poſt tertiam citationem, ſive compareat citatus ſive non, judex ſcriptum, quo intentionem complectitur appellatus examinat, & ſi id ſatis idoneis probationibus munitum judicaverit, ſententiam pro appellato, de eo quod in priore inſtantia diſputatum eſt, feret.

XXXVIII. Denique & hoc notandum eſt, [c] tertiam contumaciam perficere litis conteſtationem, ut poſtea latius explicabimus.

XXXIX.

a §. 36. *Ut videat tradi judici ſcriptum, quo intentionem ſuam in eremodicio complectitur actor*] *Mevius ad jus Lubec. lib. 5. tit 4. art. 1. num. 12. 13. 14. l. 2. C. ubi in rem actio exerc. l. 13. §. 2. de judic.* Quandoque id conceditur poſt primam citationem, ſi ea tantum temporis contineat, quantum trina citatio. *l. 2. 9. C. quomodo & quando jud. Brunemannus proceſſ. civil. cap. 7. de citatio. nu. 30. 31.*

b §. 36. *Ad audiendam ſententiam*] *Conſilia Batav. vol. 3. conſil. 3. num. 19. Menochius de arbitr. judic. quæſt. lib. 2. cent. 4. caſ. 365. num. 19. Colerus de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num. 13. Zypæus notit. jur. Belgic. tit. de dolo & contumac.*

c §. 38. *Tertiam contumaciam perficere litis conteſtationem*] Omnes ſententiæ propter contumaciam latæ, quibus contumax excluditur omnibus exceptionibus, & actori conceditur id quod intendit probare, litis conteſtationem operantur: quia contumacia rei abſentis pro litis conteſtatione habetur. *Tiraquellus de retractu municip. §. 15. gl. 2. num. 5. 6. Bacchovius ad Treutler. diſput. 4. th. 5. litt. B. vol. 1. Conſilia Batav. vol. 3. conſil. 174. Papon de arreſt. lib. 7. tit. 6. art. 11.* Idem obſervatur in cauſſis criminalibus, ſi reus legitimis edictis ad campanæ ſonitum evocatus non compareat. *Matthæus de criminib. tit. 20. de inquiſitio. num. 1.*

XXXIX. Post quartam demum citationem in personalibus, sive compareat reus, sive non, [a] actor legitime processerit & intentionem suam satis probaverit, per definitivam sententiam condemnatur reus in id quod petitum est, & in expensas [1].

XL. [b] Idem quoque obtinet in actionibus realibus post

a §. 39. *Si actor legitime processerit & intentionem suam satis probaverit, per definitivam sententiam condemnatur reus in id quod petitum est*] *Artic.* 108. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 252. *Instruct. Curiæ Supr.* Si pars venire ad judicem cessaverit, ne lis tardetur, aut caussa maneat suspensa: permittitur judici negotii acta pervidere. Et si satis ad caussam determinandam probatum sit, etiam absente reo, si actorem meliorem caussam habere perspexerit, condemnare judici permittitur. *l.* 73. *ff. de judic. Suetonius in Claudio cap.* 15. *Plinius lib.* 7. *ep.* 6. Si verò non satis probatum sit: ex quo possit finis liti imponi; non tantum reus ab observatione judicii, sed tota caussa liberabitur. Actore enim non probante, ut dicitur, reus absolvi debet. *l.* 2. 8. 23. *C. de probatio. Consilia Batav. vol.* 6. *in appendic. pag.* 311. *Autumnus ad l.* 10. *ff. de dolo. Imbertus Instit. forens. lib.* 1. *cap.* 12. *Brunemannus ad l.* 13. *nu.* 36. *C. de judic. Nov.* 112. *cap.* 3. *Auth. Qui semel C. quomodo & quando jud.* Itaque sive reus responderit sive non, caussa agetur & pronuntiabitur, non utique secundum præsentem: sed interdum vel absens si bonam caussam habuerit, obtinebit. Ratio est; quia rei absentia Dei præsentia suppletur, ut ait *l.* 13. *§.* 2. *l.* 73. *ff. de judic.* Ob solam enim contumaciam reus caussa cadere non debet. *Tiraquellus de legibus connubialibus gloss.* 8. *num.* 36. *Nov.* 112. *cap.* 3. *§.* 2.

b §. 40. *Idem quoque obtinet in actionibus realibus*] *Artic.* 110. *Instruct. Curiæ Holland. Groenewege de ll. abrogat. ad l.* 1. *§. fin. ff. si quis jus dicenti non obtemperav.* Varia olim remedia adversus eos, qui in judicium venire recusabant, legibus erant prodita. Nonnunquam litem amittebant, si vadimonii diem neglexissent. *Horatius:*

---- Tunc respondere vadato,
Debebat: Quod ni fecisset, perdere litem.

Quandoquè personæ ipsius apprehensio decernebatur, & post in carcerem ducebatur. Interdum bona

na decreto prætoris possidebantur. *c. 5. x. ut lite non contest. c. ult. x. de eo qui in possessio. l. 51. §. 1. ff. de re judicat. l. 15. ff. de oper. novi nunt.* *Cicero pro Quinctio: Attende nunc, ex edicto Prætoris, bona P. Quintii possidere nullo modo potuisse. Recita edictum. Qui fraudationis caussa latitarit. Christinaus vol. 4. decis. 124. nu. 2. l. 8. 9. C. de bonis auctorit. judic. possidend.* Et olim quidem missio fiebat in omnia bona; imo etiam in bona aliena latitanti oppignorata, *l. 5. §. 7. ff. ut in possessio. legato.* Ratio est; quia per hanc missionem nuda duntaxat custodia & non nisi pignus prætorium constituitur; unde mirum non est in bona oppignorata etiam missionem fieri potuisse: quippe cum constet, pignus pignori dari posse: ita tamen, ut soluto jure dantis, resolvatur jus accipientis. Jure tamen *Nov. 53. cap. 1. §. 4,* constitutum est; ut missio non fieret in universa bona, sed tantum pro quantitate debiti. Verum ut hæc bonorum possessio locum habeat; requiritur ut adversarius sit verus contumax, & ternis litteris vel uno pro omnibus commonefactus. Sciendum tamen est, per hanc missionem dominium non adquiri; (iniquum enim esset dominium protinus transferri) sed tantum ut pignoris jure rem possideat, usquè dum contumax tædio affectus ad judicem veniat responsurus. *l. 2. ff. ex quib. causs. in possessio.* Quæritur, an creditor conditionalis in possessionem mitti debeat. Quod negandum est. Quod enim sub conditione debetur, revera non debetur: unde concludendum videtur, eo casu creditorem non esse in possessionem mittendum: licet Donellus, alii id concedant, eo casu cum creditor conditionalis cum aliis concurrat; sed conditione existente demum effectum sortiri: cujus tamen contrarium verius: nisi fortè conditio certò certius sit extitura: quo casu pro verò creditore haberi posset. Alii quidem, creditores conditionales concedunt mitti; tamen sine effectu: ut sc. bona ab iis non possint vendi: quorum sententia etiam non firma; quia istius missionis nullus effectus, si non aliquando ad bonorum venditionem posset perveniri. Prædictis non obstat: quod reo absente non possit verè de caussa cognosci propter exceptiones quæ reo possunt competere. Ad quod dicendum; id fieri ex præsumtione, quæ adversus reum contumacem militat: nam qui non respondet caussæ suæ diffidere videtur. Præterea non contrariatur; lite non contestata non posse in caussa procedi. Resp. id quidem regulariter verum esse; tamen

etiam

1 d. Instr. art. 110. post quartam rei contumaciam [1]. [a] Itemque in actionibus criminalibus, ut hoc quoque obiter hic adjiciam [2].
2 d. Inst. art. 110.

XLI. Absoluta jam prima contumaciæ specie, superest ut & de altera aliquid dicamus, quando nimirum Procurator rei, qui se pro tali gessit, in judicio constitutus, decreto vel ordinationi judicis non paret, neque (quamvis præsens sit) defensiones rei pro-

etiam in casu litis non contestatæ, judex ob caussas sufficientes possessionem transferre potest, & super toto negotio pronuntiare: licet jure veteri aliter obtinuerit, quo prætor judices solebat dare: sed hodie illo more sublato, nihil absurdi continet, litem ob contumaciam pro contestata haberi. Ut tamen secundo decreto locus sit, & possessio ob contumaciam plenè transferatur; necessarium est, à primo decreto intervallum aliquod temporis intercedere: idque jure veteri fuit triginta dierum, ut videre est ex *Ciceronis oratio. pro Quinctio:* licet alii aliter existiment. In jure civili cum nihil certi de eo constet; non absurdè quis statuerit, id tempus ex arbitrio judicis pependisse. Non in contrarium movet *l. ult. in pr. C. de bo. auctoritat. jud. possid.* Siquidem dicendum; licet in opposita lege creditores intra certum spatium, puta biennium vel quadriennium mittantur: inde tamen non rectè infertur, ante non interponi secundum decretum, & tempus id esse arbitrarium. Ex juris Cano. dispositione, tempus anno uno est conclusum; intra quod si contumax non veniat, secundum decretum interponitur, & plenaria possessio actori adjudicatur: licet de actione reali *cap.* duntaxat loquatur; non absurdè etiam de personali intelligitur. Multa namque tacitè subintelliguntur, licet non exprimantur.

a §. 40. *Itemque in actionibus criminalibus*] Regulariter in criminalibus absens condemnari non debet, nisi de delicto constet. nec de suspicione aliquis damnari debet. *Boerius decis.* 288. *num.* 2. *& ult. Groenewege de ll. abrogat. ad l.* 16. *num.* 1. *C. de pœn. Cicero pro Roscio Amerino: Quod in minimis noxiis, & in his levioribus peccatis, quæ magis crebra, & jam propè quotidiana sunt, maximè, & primum quæri-

quaritur, qua caussa maleficii fuerit: id Erucius in parricidio quari non putat oportere: in quo scelere judices, etiam cum multa caussa convenisse in unum locum, atque inter se congruere videntur, tamen temerè creditur, neque levi conjectura res penditur, neque testis incertus auditur, neque ingenio accusatoris res judicatur. Cum multa antea commissa maleficia, tum vita hominis perditissima, tum singularis audacia ostendatur necesse est: neque audacia solum, sed summus furor, atque amentia. hæc cum sint omnia, tam extent oportet expressa sceleris vestigia, ubi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium sit admissum. qua nisi multa, & manifesta sint, pro se certo res tam scelesta, tam atrox, tam nefaria credi non potest. Satius enim est impunitum relinquere facinus nocentis, quam innocentem condemnare. *Bort in tract. criminal. part. 5. num. 24.* Nam sæpè contingit reum sui copiam non facere; vel quia nescit diem sibi dictam, vel quia carceris horrorem metuit; vel quia calumniantium iniquitates, potentiamque accusatoris aut judicis perhorrescit. Huc respicit *Cicero in oratione pro Quinctio: Omnes quorum in alterius manu vita posita est, sæpius illud cogitant, quid possit, cujus in ditione ac potestate sunt, quam quid debeant facere.* Hodie tamen in plerisquè regionibus absens etiam in criminalibus condemnatur. *Artic. 4. Instruct. Urb. Demosthenes: Jubebat enim lex eos; quibus judicii dies dicta erat, si ad statum diem prestò non essent, indicta caussa damnari. Suetonius in Calig. cap. 39.* Ratio est; quia pro convicto & confesso habetur. *Faber C. lib. 3. tit. 12. def. 44. num. 1. Colerus de process. executiv. part. 1. cap. 2. num. 14. Artic. 120. Instruct. Curia Holland.* Et qui judicem contemnit, de caussæ bonitate diffidere videtur. *c. 11. caus. 2. q. 1. Cujacius paratitl. ff. de requirend. & absent. damnand. l. 13. §. 2. C. de judic. l. 54. C. de episcop. Auth. Qui semel. C. quomodo & quando jud.* Apud Lacedæmonios ad caussam dicendam rei absentes revocabantur, cum denuntiatione pœnæ si non parerent. Sic in accusatione regis Pausaniæ inter alia hoc crimini datum, quod non stitisset se judicio; quare etiam damnatus est. *Cragius de repub. Lacedamo. lib. 4. cap. 7.* Apud Romanos Coriolanus quum ad dictum judiciorum diem non adesset, damnatus est, ut refert *Livius lib. 2.* Camillum quoque non absentia excusavit; non etiam ejus virtus eximia ab ista severitate

proferre in medium, easque libello comprehendere vult. quæ contumacia ut puta gravior, majore pœna coërcetur: exempli gratia, in actione ex chyrographo, reus ex prima hac contumacia condemnatur, petitam pecuniam sub vadimonio solvere, (*nobis* namptizeren) & admittitur actor ad eremodicium. Et generaliter fere receptum est, ut, quod alias ex vi secundi defectus concederetur, hoc ad primam hujus speciei contumaciam concedatur. Itaque reo hoc pacto à defensione excluso, (*nobis* by versteck van antwoorde) in appellationibus, in citatione ex l. diffamari, in compulsorialibus, omnia ea in favorem actoris decernuntur, quæ supra in explicatione secundi defectus enumeravimus. Idemque in eo obtinet, qui vocatus ad agnoscendum chirographum, a post dilationem peremtoriam concessam ad proponendas defensiones, etiam in causa principali, contumaciter defensiones

exemit: non magna & varia in rempub. merita, quominus absens damnaretur, obstiterunt. *Livius*: *Postea conscientia sibimet exilium consciscentes cum absentes damnati essent, corporibus substractis, bona tantum quæ publicari poterant pignerandæ pœnæ præbebant.*

a §. 41. *Post dilationem peremtoriam concessam ad proponendas defensiones*] *Artic.* 60. 121. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 12. 16. *Instruct. Urb. Artic.* 181. 184. 186. 222. 227. 254. 256. *Instruct. Curiæ Supr.* Facta litis contestatione judex gradatim solet pergere ad terminum probatorium; qui regulariter est peremtorius, nec amplius quam semel dari oportet: etiamsi id specialiter non fuerit adjectum. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 75. *cap.* 1. *Imbertus Instit. forens. lib.* 1. *cap.* 14. *Papon de arrest. lib.* 9. *tit.* 9. *arrest.* 1. *Brunemannus ad l.* 7. *ff. de fer. num.* 1. *Mevius ad jus Lubec. lib.* 5. *tit.* 8. *art.* 2. *nu.* 24. Et ut quidam volunt, licet caussam justam velit adferre; tamen probantem non esse audiendum.

a §. 42.

ſiones non profert, ut nimirum non jam proviſionaliter, ſed definitive condemnari debeat [1].

[1] *Inſt. Sup. Cur. art.* 207.

XLII. Poſtremo loco notandum eſt hæc omnia quæ de utraque ſpecie contumaciæ diximus, tum demum locum habere, [a] ſi citatus moram ſuam intra breve temporis ſpatium non purgaverit. Quod ipſum tempus petente procuratore rei à Commiſſariis præfigi & actis inſeri ſolet, ut ſcilicet reo intra duas vel tres ſeptimanas; vel ad menſem, moram purgare liceat. (*nobis ſalvo purge* te drie weecken.) Verum enimvero licet dies actis inſertus non ſit, [b] poteſt tamen reus rationes excuſationis judici viva voce proponere, vel per libellum admiſſionem ad eas proponendas impetrare; [c] & tum auditis partis adverſæ rationibus, [d] Commiſſarii

a §. 42. *Si citatus moram ſuam intra breve temporis ſpatium non purgaverit*] *Artic.* 125. *Inſtruct. Curiæ Holland. Groenewege de ll. abrogat. ad l.* 7. *ff. de reſtitut. in integr. ad tit. ff. de requirend. & abſent. damnand. Waſſenaer prax. civil. cap.* 5. *artic.* 1. *num.* 1. *Papegay vol.* 1. *pag.* 29.

b §. 42. *Poteſt tamen reus rationes excuſationis judici viva voce proponere*] *Artic.* 131. *Inſtruct. Curiæ Holland.* Regulariter, ut diximus, dilatio peremtoria, *l. ult. ff. de fer. l.* 1. *C. de dilatio.* Excipitur tamen, ſi inopinatæ & juſtæ cauſſæ adferantur; ſi per eum non ſteterit quo minus omnia litis certamina impleantur: & evidentiſſimis probationibus poſſit oſtendere, ſe quidem ope ſua niſum, voluiſſe litem excercere, per adverſarium autem ſtetiſſe; vel aliam inexorabilem cauſſam ſecutam, propter quam hoc minimè facere potuerit. *Artic.* 5. *Inſtruct. Urb. Auth. At qui ſemel C. de probatio. Tertullianus:*

Difficilium facilis eſt venia.

Dionyſius Halicarnaſſenſis:

Ἅπαν συγγνώμης ἄξιον τὸ ἀκούσιον.

Veniam meretur, quicquid præter voluntatem fit.

c §. 42. *Et tum auditis partis adverſæ rationibus*] *Artic.* 125. 131. *Inſtruct. Curiæ Holland. Boerius deciſio.* 294. *nu.* 7. 10. 11. 12. 13. *Cujacius paratitl. C. de dilationib.*

d §. 42. *Commiſſarii an audiendus vel non audiendus ſit reus ſtatuunt*]

missarii an audiendus vel non audiendus sit reus statuunt.

XLIII. Neque longe hoc abit à jure Justinianæo, quo omnis moræ purgatio, dummodo intra breve tempus fiat, admittitur [1].

[1] *L. etsi post tres. 8. ff. si quis caut.*

XLIV. Neque à veteri jure Romano, *quo admittebantur* [b] *excusationes multæ pro reo, aut occupationis alicu-*

tuunt] *Artic.* 124. 131. *Instruct. Curiæ Holland.* In dilatione danda judicis cognitio vertitur: an quid inopinatum emergat, vel utilitas id suadeat: ne lites plus æquo trahantur. *l.* 4. 6. *C. de dilatio. l.* 7. *ff. de fer. l.* 4. 5. *ff. de judic. c.* 5. *x. de dolo. Gail lib.* 1. *observ.* 91. *num.* 3. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 36. *n.* 1. *ff. de judic. & ad tit. C. de dilatio. nu.* 1. 2. *Artic.* 256. *Instruct. Curia Supr. Tiraquellus de retractu convent. gl.* 7. *§.* 1. *num.* 30. Quidam asserunt in prima dilatione nullam caussæ cognitionem esse necessariam: quorum opinio non verisimilis videtur: nam quomodo inquiri aliàs potest, an dilatio sit justa, legitima, necessaria: imo ne semiplenam quidam cognitionem sufficere arbitramur contra *Sichardum ad l.* 1. *num.* 11. *C. dilatio.*

a *§.* 44. *Excusationes multæ pro reo, aut occupationis alicujus, aut malæ valetudinis*] *Artic.* 59. 60. 147. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 262. *Instruct. Curiæ Supr.* Caussæ ob quas quærela admittenda sit, sunt multiplices: ut si quis reipub. caussa abfuerit. *Suetonius in Claudio cap.* 15. *l.* 8. *§.* 3. *ff. de procuratorib. l.* 36. *ff. ex quib. causs. major.* Si vis fluminis, aut maximi ventorum turbines fuerint impedimento. *Plinius lib.* x. *ep.* 28. *Damhouder prax. civ. cap.* 75. *nu.* 3. 4. *cap.* 81. *num.* 1. 2. 3. *Corasius lib.* 7. *miscellan. jur. cap.* 33. *in pr. Seneca de Beneficiis. Vadimonium promittimus, tamen deseritur: Non in omnes datur actio; deserentem vis major excusat. Menochius de arbitrar. judic. quæstio. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 153. *num.* 4. 9. Si locus fuerit contagiosus & pestilens; nam salutis ratio habenda est. *c.* 1. *x. de clerico ægrotante.* Si quis filium vel filiam, uxor virum & contra; filii parentes amiserunt. Hac tamen excusatione non utitur qui funus prosequitur: nam ille in jus quidem vocari non potest; sed si antea jam vocatus fuerit, non poterit se excusare ob funeris prosecutionem: quod tantum funere domestico

alicujus, aut malæ valetudinis [1]. Illud extra dubium est [a] moram non posse purgari, nisi refusis prius expensis retardatæ litis [2].

XLV. Majoris est controversiæ, & sæpissime disputatur [b] an purgata mora omnis effectus contumaciæ vel exclusionis penitus tollatur, an vero aliquod ejus manere

1 *Ascon. Pad. in 2. verrin.*

2 *L. contumacia 53. ff. de re judic. instr. Cur. Præs. art. 109. 122.*

stico impeditis concessum. Quid si in morbum inciderit? eo casu excusatio non denegabitur. Non adversantur verba l. XII. tabularum: SI MORBUS ÆVITASVE VITIUM ESCIT, QUI IN JUS VOCASIT, JUMENTUM DATO. SI NOLET, ARCERAM NE STERNITO. Non adversantur inquam. Quandoquidem l. XII. tab. agit de morbo non gravi & periculoso; sed leviculo: quo quo casu jumentum actor dabat: nec propter morbum se excusare poterat. *Gellius lib. 20. cap. 1.* Quid si fuerit à judice injuste detentus & in vincula conjectus, sine dolo & culpa ab hostibus captus? Adhuc idem dicendum erit. *l. 1. C. de dilationib. l. 7. ff. de fer. l. 72. ff. de judic. in fi.* Deniquè & ex aliis quam plurimis caussis dilatio à judice æquo concedi debet: quas omnes nec leges comprehendere nec legibus comprehendi potuerunt.

a §. 44. *Moram non posse purgari, nisi refusis prius expensis retardata litis*] *Artic. 230. Instruct. Curia Supr.* Ne contumacia maneat impunita, non aliter ipsi judicialis aditus revelatur, nisi prius omnia damna parti adversæ inflicta, sive circa litis ingressum, sive circa honoraria Advocatorum, considerata quantitate postulatorum, vel medii temporis intervallo, condemnationem pro æstimatione judicis sustineat. *Imbertus Instit. forens. lib. 1. cap. XII. l. 13. §. 2. C. de judic. Christinaus ad ll. Mechlin. tit. 1. art. 21. nu. 6. Bartolus ad l. Intra quantum num. 3. ff. de recept. arbitr.* Contumaciæ enim pœna est restitutio expensarum, quæ in quacumque litis parte & caussa decerni debent, & parti sine mora offerendæ; nec ad finem litis reservandæ. *c. 5. x. de dolo. l. 4. C. de fructib. & lit. expens. Artic. 191. 192. Instruct. Curia Supr. Artic. 109. Instruct. Curia Holland. Artic. 2. Instruct. Urb. Brunemannus ad l. 15. num. 7. C. de judic. Alber. Gentilis Advoc. Hispan. lib. 1. cap. 13.*

b §. 45. *An purgata mora omnis effectus contumacia vel exclusionis peni-*

nere debeat vestigium: exempli gratia, ut ab exceptione declinatoria exclusus, eam non jam amplius possit proponere, sed litem coram eo judice, quem actor elegit, prosequi teneatur; sed id omne religioni judicantium permittitur, & ex formulis actorum patet. Plura qui de defectuum & contumaciæ materia, & moræ purgatione, scire voluerit, legat Marantam in suo speculo [1], & Rebuffum in accurato suo tractatu [2].

1 *Marant. part. 6. membro 2.*

2 *Rebuff. tr. de contumac. & defectu & de excus. sive exoniis.*

penitus tollatur] Facta probatione legitimorum impedimentorum, & summatim caussa cognita; superest, ut perscrutemur eorum vim & effectum: qui in eo præcipue consistit, ut caussam in eum statum restituat, in quo antea fuit; adeoquè iterum juris ordine servato procedi solet, & perinde habetur, ac si contumax nunquam fuisset. *Colerus de process. executiv. part. 1. cap. 2. num. 29. l. 24. ff. de minorib.* Ratio est: tum quia caussa remota cessat ejus privatio. *c. 8. x. de appellatio.* Tum quia tantum debet dare restitutio, quantum abstulit ejus læsio. *l. 8. ff. de minorib.* Hæc licet ita disputari possint; verius tamen est, hodie vim & effectum contumaciæ permanere, nec restitutionem locum habere. *Papegay vol. 1. pag. 29. Artic. 5. Instruct. Urb.*

CAPUT IX.

De exceptionibus & defensionibus rei, & litis contestatione.

I. *Exceptio quomodo hic sumatur?* II. *Dilatio quando locum non habeat?* III. *Quando habeat?* IV. *Quæ exceptiones dilatoriis accensentur?* V. *Qualificatæ exceptiones quæ & quot?* VI. *Declinatoria*: VII. *Litis pendentis vel finitæ*: VIII. *Transactionis*: IX. *Exceptiones simul proponendæ*: X. *Formula conclusionum in exceptionibus*: XI. *Defensiones rei præparatoriæ*: XII. *Peremptoriæ simplices, verbis*: XIII. *Scripto*: XIV. *Cum oblatione conditionis*:

XV.

XV. *Reus provisionem petere potest*: XVI. *Conclusio in causis appellationis*: XVII. *Arresti & pœnalibus*: XVIII. *Formula concludendi ad duos fines*: XIX. *In aliis causis*: XX. *Clausula salutaris*: XXI. *Defensiones duplicis instantiæ quæ?* XXII. *Reconventio*: XXIII. *Duplicatio interdictorum.* XXIV. *Appellatio à minima*: XXV. *Litis contestatio*: XXVI. *De replicatione*: XXVII. *In duplicis instantiæ causis*: XXVIII. *De duplicatione*: XXIX. *De persistendo*: XXX. *Plena litis contestatio*: XXXI. *De adjunctis remissive.*

I. ABsolutis actoris partibus & fuga rei, superest ut ad actus rei, per quos judicium constituitur, perveniamus. Consistunt autem illi aut in exceptione, aut in defensione rei: [a] Exceptionis vocem cum usurpo, pressius eam sumo quam antiqui Jurisconsulti solebant, apud quos omnes defensiones vocantur exceptiones peremtoriæ [1]: ego vero facilioris doctrinæ gratia, & ex usu nostrarum Curiarum, [b] exceptiones à defensionibus distinguo. Sunt itaque exceptiones aliæ temporales, aliæ perpetuæ: Temporales eæ sunt, quæ judicium ad tempus differunt & dilatoriæ vocantur, hinc decantatum illud reorum effugium, ut editionem instrumentorum, quibus actor usurus est, & dilationem petant, (*nobis* Copie ende dagh.)

1 §. *perpetua. inst. de except.*

II.

a §. 1. *Exceptionis vocem*] Actio est telum; exceptio clypeus & aries quo actio infringitur, & quæ interitum ipsi minatur, *Cicero in Topicis: Ex quo aries ille subjicitur in vestris actionibus: si telum manu fugit magis, quam jecit. Idem pro Cor. Balbo. Zangerus in tractat. de exceptionib. in proœm. nu. 2.*

b §. 1. *Exceptiones à defensionibus distinguo*] Exceptio defensio dicitur, non quælibet defensio exceptio; sed quæ actioni tantum opponitur. *Corasius lib. 2. miscellan. jur. cap. 16. num. 11. Covarruvias part. 1. to. 1. ad cap. Possessor malæ fidei in pr. & nu. 3. 4. 5. 6. l. 9. 18. §. 2. ff. de probatio. l. 17. ff.*

II. Sed notandum in omnibus caufis, in quibus provifionalis petitur fententia, dilationes locum non habere: in iis enim reus ad conftitutum diem adeffe debet, neque prorogationem petere poteft [1].

III. In aliis vero caufis una femel conceditur dilatio, ad quatuordecim fere dies, abfentiæ nomine [2]; aliæ vero non conceduntnr nifi parte audita, & cum cognitione caufæ [3].

IV. Inter dilatorias exceptiones etiam connumeranda eft illa, qua reus excipit actorem necdum poffe agere, utpote cum [a] tempore plus petitur, aut cum exceptio de non petendo ante aliquod tempus objicitur,

1 *Inftr. Sup. Cur. art.* 182.

2 *Inftr. Sen. Præf. art.* 75. & 124. & *Sup. Cur. d. art.* 182.

3 *d. art.* 124. & 131. & 182.

ff. de evictio. l. 4. *ff. de fervitut. l.* 2. *ff. de exceptio.* An verò actionis verbo contineatur exceptio, non ineptè in dubium vocatur. Ad quod dicendum non contineri: quia cum actio fit jus perfequendi in judicio quod nobis debetur: contra exceptio ipfius actionis exclufio: fequitur fub actione exceptionem non comprehendi. Cui non obftat *l.* 1. *ff. de except. & præfcript.* Quandoquidem in dicta lege impropriè exceptio actionem denotat: quod verbum *videtur* fatis indicat: nam verbum *videtur* improprietatem denotat: quomodo in *l.* 12. *ff. adquir. poff.*

a §. 4. *Tempore plus petitur*] Eos, qui plus tempore, re, loco, cauffa petebant, olim cauffa cecidiffe docet *Cicero*, *Suetonius in Claudio cap.* 14. §. 33. *J. actio.* §. 10. *J. de exceptio. c. unic. x. de plus petitio. Cujacius lib.* 27. *obferv. cap.* 21. *Idem paratitl. C. de jurejur. ob calum.* Ex conftitutione D. Zenonis ante tempus agens, aliud tantum expectare tempus tenebatur, nullamque ufuram in medio accipiens, quantum ipfe prævenire definitum folutioni diem conatus eft. *Faber Cod. lib.* 3. *tit.* 9. *def. unic. Papon de arreft. lib.* 8. *tit.* 1. *arreft.* 2. 3. *Menochius de arbitr. judic. quæft. cent.* 2. *caf.* 177. *nu.* 15. Hodie, fi tempore plus petitur, debitor ab obfervatione judicii cum refufione expenfarum relaxatur, actione tamen creditori, interim falva manente. *Gudelinus de jure noviff. lib.* 4. *cap.* 13. *Boerius decif.* 52. *num.* 5. *Gail lib.* 1. *obferv.* 151. *num. fin. Bartolus ad l.* 8. §. *Etiam nu.* 1. *ff. de legat.* Ratio verò, cur olim

citur, (*nobis* dat den Impetrant verklaert sal werden niet ontfanckelijck voor als noch.) Dilatoriis quoque accensendæ sunt eæ exceptiones, quibus reus petit sibi exhiberi ipsam Apparitoris citationem, vel mandatum procuratorium, vel aliud quippiam ejus generis.

V. a Perpetuæ exceptiones aut sunt qualificatæ, aut non sunt: qualificatas eas appello, in quibus reus potest persistere, & super iis judicium postulare: hæ sunt omnino quatuor numero: nimirum, Exceptio declinatoria, litis pendentis, litis finitæ, & transactionis 1. 1 *Ampl. Instr. art.* 3.

VI.

olim qui vel re, loco, caussa, tempore plus petiisset, litem amittebat; erat formula quam prætor judici dabat; à qua non poterat recedere. Ut ecce, si quis mille aureos peteret hodie, quæ debebantur demum post centum dies: prætor hoc modo formabat formulam; si paret reum mille aureos actori debere, eum condemna. Quo casu si reus contrarium probasset; nimirum eam summam demum post tempus deberi; reus tum absolvebatur: & si actor, tempore elapso peteret, obstabat ei exceptio rei judicatæ. *tot. tit. ff. & C. de exceptio. rei judicatæ.*

a §. 5. *Perpetuæ exceptiones aut sunt qualificatæ, aut non sunt: qualificatas eas appello, in quibus actor potest persistere*] *Artic.* 88. *Instruct. Curiæ Holland.* Exceptiones perpetuæ vel elisoriæ, sunt quæ institutam actionem perimunt, ac semper agentibus obstant. *§.* 9. *J. de exceptionib. l.* 14. *ff. de fidejussorib. Zasius ad tit. ff. quod quisque jur. ad l. Si is pro quo nu.* 3. Cum itaquè tantus sit exceptionis peremtoriæ vis & effectus; non interest an quis actionem habeat, an per exceptionem perimatur. *l.* 186. *ff. de reg. jur. l.* 40. *ff. de condictio. indebit.*

§. 6. Ex *Artic.* 117. *Instruct. Curiæ Holland.* Soo iemant wil declinere van den raed / die sal het doen voor eenig dilay] Exceptiones sive præscriptiones fori declinatoriæ in principio litis proponendæ & probandæ. *Damhouder prax. civ. cap.* 120. *nu.* 3. 9. 10. *Brunemannus ad l.* 13. *num.* 5. *C. de procuratorib. ad l.* 12. *fin. nu.* 3. 4. *C. de exceptio. Zasius ad tit.*

VI. [a] Sub declinatoria etiam comprehenditur exceptio Judicis incompetentis, & apud nos sub tali formula proponi solet, ut reus dicat actorem à limine judicii repellendum, se vero ab instantia absolvendum, totamque causam & ipsos litigantes, salva tamen Curiæ reverentia, ad competentem judicem remitti debere.

VII. Sub litis pendentis & litis finitæ exceptionibus, etiam continetur exceptio compromissi coram arbitris

tit. ff. de judic. nu. 32. *Covarruvias to.* 2. *pract. quæstio. cap.* 7. *num.* 5. *cap.* 33. *nu.* 2. Si verò postea opponantur, in judicem consensisse, & juri suo renuntiasse agens præsumitur, *Carpzovius lib.* 2. *Respons. tit.* 2. *Resp.* 9. *nu.* 1. 2. 3. 4. *l.* 22. *ff. de judic.* Excipe si post litem demum contestatam notæ fiant, *Pekkius de jure sistend. cap.* 14. *nu. fin. c.* 3. x. *de locat. cond.* Vel si alicui post litem contestatem exceptio declinatoria competat; eo casu audiri debet: ut si miles clericus factus sit. Quæritur; an reus audiendus cum exceptione, si in ipsius contumaciam primum decretum jam sit interpositum. Dicendum, quod sic, si contumaciam jam ante purgaverit.

a *§.* 6. *Sub declinatoria comprehenditur exceptio judicis incompetentis*] *Artic.* 135. *Instruct. Curiæ Holland.* Sub exceptione declinatoria etiam continetur exceptio recusandi judicis; nam & illa exceptio declinatoria dicitur. *Durandus in speculo lib.* 2. *tit. de oblatio. rubr. nu.* 1. *ad tit. de dilatio. §.* 2. *nu.* 8. Recusare enim idem est ac declinare. *l.* 18. *C. de judic.* Nam eadem hujus exceptionis, qua judex suspicionis malæ recusatur, ratio, ut ante judicium acceptum proponatur. *Auth. Offeratur C. de litis contestatio.* Dissentit *Gudelinus de regul. jur. lib.* 4. *cap.* 7. Ratio est: quia qui litem contestatur apud suspectum judicem, is tacitè intelligitur renuntiasse recusationum caussis: & quia qui semel in judicem consensit; eum postea non potest repudiare. Quia quod ante fuit voluntatis, post fit necessitatis. §.9. *J. de rerum divisio.* Itaquè advocati officium est videre, an in principio judicii justa ex caussa judex recusari possit: cum durum & maximè periculosum sit, ex judicis suspecti libero arbitrio pendere.

dere. *Tiraquellus de jure primogenitura quæst.* 17. *nu.* 57. *Christinæus vol.* 1. *decis.* 6. *nu.* 2. Nihil enim malo judice pejus, adversus quem nec leges nec imperia valent. Non sine caussa igitur Themistocles ajebat: si mihi duæ viæ aperirentur; quarum una ad infernum, altera ad tribunal duceret; multò libentius peragrarem eam, quæ ad infernum duceret. *Ælianus lib.* 9. *Var. histor. cap.* 18. *Bort in tract. criminal. tit.* 6. *nu.* x. *Lipsius in notis ad Plinii Panegyr. Gail. lib.* 1. *observ.* 33. *nu.* 1. *Busius ad l.* 11. *nu.* 9. *ff. de judic. Brunemannus ad l.* 32. *nu.* 19. *ff. de recept. arbit. Papegay vol.* 1. *pag.* 107. *Nov.* 96. *cap.* 2. *§.* 1. Recusari jure civili potest omnis judex tam ordinarius quam delegatus. *l.* 16. *C. jud. Brissonius lib.* 2. *Antiq. Ro. cap.* 1. *Artic.* 135. *Instruct. Curiæ Holland. c.* 17. 39. *x. de officio delegat. c.* 10. *x. de foro compet. Nov.* 86. *cap.* 4. *Bacchovius in Treutl. vol.* 1. *disp.* XII. *th.* 11. *litt.* C. H. Contrarium tenet *Sichardus ad l.* 14. *nu.* 6. *C. de judic. Gail* 1. *obs.* 33. *nu.* 1. Idem servatur jure Canonico; uti patet ex *cap.* 39. *x. de offic. deleg.* At quid dicendum de universo senatu? recusari nequit: nisi fortè omnes suspecti probentur. *Groenewege de ll. abrogat. ad l.* 16. *nu.* 1. *C. de judic. Boërius decis.* 269. *nu.* 1. An graphiarius? id negandum est. *Papegay vol.* 1. *pag.* 679. *Consilia Batav. vol.* 6. *in appendic. pag.* 312. Caussa recusandi est unica, sc. suspicio. Hæc ex variis caussis surgit: nam eædem quæ testimonium quem dicere prohibent; eædem etiam judici recusando sufficiunt; quia longè difficilius est alium testem, quam judicem invenire. Caussa igitur ob quam judex recusari poterit; est gravis & vehemens inimicitia, quæ sæpè verum judicium subvertit. *Quintilianus lib.* 5. *cap.* 6. *Durandus in speculo lib.* 1. *partic.* 1. *de recusatio. judic. §.* 2. *nu.* 1. Item si judex infamia sit notatus. *Damhouder prax. civ. cap.* 123. *num.* 3. *cap.* 125. *per tot. Alciatus lib.* 5. *Respons. consil.* 111. *nu.* 34. Dein, si judicii nomine dona & munera acceperit; vel aliud commodum inde speret. Et deniquè, si alteri parti sit consanguinitate vel affinitate in sexto gradu conjunctus. *Papegay vol.* 1. *p.* 677. 678. *Edict. Ordin. Holland. An.* 1669. *Consilia Batav. vol.* 6. *in appendic. pag.* 310. 335. *Artic.* 232. *Instruct. Curiæ Holland.* Jure veteri judex recusari poterat; licet nullis suspicionum caussis allatis: sed dicere sufficiebat, Hunc nolo, timidus est. *Cujacius lib* 9. *observ.* 23. *Plinius in panegyr.* Quæstionis est, an caussæ suspicionis specialiter libello inserendæ? Et affirmantium sententia amplectenda:

arbitris & laudi arbitralis, dummodo de iis constet per publicum instrumentum, vel per Scripturam compromittentium [1]: & solent eæ proponi hoc pacto, ut reus dicat actorem à limine judicii repellendum, se vero ab instantia absolvendum, propter litem coram N. judice pendentem, vel tali sententia decisam. Sed sciendum has exceptiones non aliter competere, nisi quoties eadem quæstio inter easdem personas revocatur [2]: atque ita concurrere debere identitatem personarum, rei petitæ, & causæ petendi [3].

VIII. [a] Transactionis vero exceptio tum demum competit, cum de ea constat per instrumentum publicum, vel transigentium subsignationem.

IX.

1 d. Ampl. Inst. art. 3.

2 L. 3. ff. de except. rei judic.

3 L. 14. ff. d. tit.

licet contrarium defendat *Gail lib.* 1. *obs.* 33. *num.* 14. Cujus ratio in promtu est: quia sæpè judices levi vel nulla ex caussa recusarentur, sicquè potestate judicandi privarentur: id ne temerè fiat, rectè hodiè constitutum est, ne aliter recusatio admittatur, nisi justæ recusationum caussæ specialiter libello inserantur & probentur: quibus probatis, caussæ inchoatæ definitio alii judici committi solet. *Boërius decisio.* 269. *nu.* 4. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 16. *num.* 2. *C. de judic. Imbertus Instit. for. lib.* 1. *cap.* 18. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 40. *cap.* 4. *à nu.* 8. *ad* 23. *Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 2. *in fi. Bacchovius in Treutler. vol.* 1. *disp.* XII. *th.* II. *litt.* F.

a §. 8. *Transactionis vero exceptio tum demum competit, &c.*] Exceptio transactionis opponitur contra actorem litem jam transactam resuscitantem. *l.* 22. §. 1. *ff. de in jus voc.* Siquidem controversiæ transactionibus legitimis sopitæ iterum resuscitari non debent. Hæc exceptio ut locum habeat, quatuor præcipuè necessaria sunt. Et quidem primò, ut transactio facta sit inter eos qui transigendi jus habuerunt. Secundò requiritur, ut transactio interposita sit de re dubia, & lite incerta non imaginaria. *l.* 2. *C. transactio. l.* 1. *ff. eod.* Deinde, ut quid datum promissum aut retentum sit, necesse est. *l.* 38. *C. eod.* Et deniquè requiritur, ut dolus, vis aut metus in transigendo non intervenerit: aliàs replicatio doli, & metus

X. a Præter has quatuor omnes aliæ exceptiones ſunt unius naturæ, neque enim in iis licet perſiſtere, ſed tenetur reus aliis quoque uti defenſionibus, b omneſque exceptiones & defenſiones ſimul proponere 1.

XI. Et exceptiones quidem ſub hac formula, qua actorem à limine judicii repelli petit, (*nobis* **ten ſine van niet ontfanckelijck**) quam aliqui barbaro ſane vocabulo, irreceptibilitatem vocant, ſe vero ab inſtantia abſolvi. Quæ formula generalis eſt & in omnibus cauſis inſervit, omneſque defectus comprehendit, ut puta exceptionem falſi procuratoris, loci non tuti, perſonæ minoris, &c. niſi quod in cauſis arreſti, pœnalibus & reſtitutionem in integrum continen-

metus adverſus exceptionem opponitur: quoniam dolus, vis ac metus à tranſactione longiſſimè abeſſe debent. *tot. tit. ff. quod metus cauſ. geſt.* Et quoties hæc prædicta in unumconcurrunt; eo caſu rectè hæc exceptio opponi poteſt. Cæterum ſciendum eſt, intereſſe, utrum tranſactio pacto, an acceptilatione, an contractu inita ſit. Quoties pacto; certum eſt, obligationem tranſactione non eſſe finitam, ſed exceptionem proponendam eſſe. Si verò acceptilatione; eo caſu exceptio ſupervacua; quia acceptilatio eſt modus tollendæ obligationis. Si contractu innominato, nec tranſigens conventioni ſtare velit; eo caſu exceptione opus eſſe, probabile eſt: imo licebit tranſigenti ad priorem actionem redire, ſi alter implere dicta noluerit. Non obſtat *l. 39. C. de tranſactio.* Reſp. aliud eſſe ſi unus tranſactionem implere velit: quo caſu id non permiſſum ac licitum habetur.

a §. 9. *Præter has quatuor*] *Artic.* 13. *Inſtruct. Urb. Groenewege de ll. abrog. ad pr. J. de exceptio. nu.* 1. 2. *Maranta in ſpeculo part.* 6. *de exceptio. nu.* 42. 43. 44.

b §. 9. *Omnes exceptiones ſimul proponere*] *Artic.* 88. *Inſtruct. Curia Holland.* Jure civili fugiens omnes exceptiones dilatorias ſimul & ſemel proponere non tenebatur, ſed quandocumque lite nondum conteſtata id ipſi integrum erat. *l.* 8. *C. de exceptionib. l.* 13. 24. *C. de procurator. l.* 19. *C. de probatio.* Jure tamen noviſſimo ad lites abbre-

nentibus, paulo aliter proponitur, ut nimirum a reus dicat actorem per narrata subrepsisse & obrepsisse judici, atque ideo à limine judicii repellendum (**nobis tot subreptie ende obreptie ten sine van niet ontfanckelijck.**) Subrepere autem dicitur, qui veritatem celat; obrepere, qui mendacium dicit 1.

1 *L. si quis obrepserit. 29. ff. ad leg. Corn. de fals. ibique Goth.*

XI. Defensiones rei aut fiunt præparatorie, aut peremtorie. Præparatorie petitur in causis prioris instantiæ [b] cautio pro expensis litis, [c] electio domicilii, & si quid simile est. Peremtoriæ defensiones aut sunt simplicis instantiæ, aut duplicis. Simplices aut habent

breviandas & celeriter decidendas, omnes exceptiones uno eodemque tempore ut opponantur necessarium est. *Covarruvias lib. 1. var. resolut. cap. 2. nu. 3. Papegay vol. 1. pag. 35. Wassenaer prax. civil. cap. 1. artic. 1. nu. 77. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 40. cap. 1. nu. 6.*

a §. 10. *Reus dicat actorem per narrata subrepsisse & obrepsisse judici*] Cum adulterina & falsa narrata libello sint inserta; parti adversæ ea de falsitate arguere, & improbare integrum est. *Brunemannus ad l. 7. nu. 6. C. de precib. Imperat. offerend. ad l. ult. nu. ult. C. eodem. ad l. 29. ff. ad l. Cornel. de fals. Bott in tractat. criminal. tit. 11. nu. 30. Papegay vol. 1. pag. 52.* Et quoties falsus libellus appareat, nullum fructum mendax precator oraculi impetrati percipit. *l. 2. 5. C. si contra jus vel utilitat. l. 7. C. de divers. rescript. l. 5. C. de præd. minor. l. 1. C. si nuptia ex rescripto pet. l. 75. ff. de judic. l. 5. §. 14. 15. ff. de reb. eorum qui sub tutela.* Et insuper in multam condemnatur. *l. 29. ff. ad Cornel. de Sicar. c. 5. 22. x. de rescript.* Nam universa rescripta sive in personam precantium, sive ad quemlibet judicem manaverint; sub ea tantum conditione proferuntur, si preces veritate nitantur. *l. 7. C. de rescript. c. 2. x. rescript.* Si vero hæc exceptio contra ipsum libellum opponatur: ut quod à judice incompetente concessus: eo casu ipsum processum spectare dicunt, & erit dilatoria. Si vero falsitas tantum libelli refellatur, asserunt esse exceptionem peremtoriam.

b §. 11. *Cautio pro expensis litis*] Jure veteri, ne judicia reddantur elusoria, & ad excludendas calumnio-

bent adjunctam conditionis oblationem, (*nobis een presentatie*) aut non habent. Et concipiuntur aut verbaliter, aut scripto, quod plerumque fieri solet cum libellus est longiusculus, ut puta cum rationes defensionis continet.

X.I I. Simplex defensio sine oblatione conditionis verbaliter ita fit, ut Advocatus rei, post generalem exceptionem, de qua supra, subjiciat ordine actori propositam actionem esse denegandam, reumque ab ea absolvendum, actorem vero [a] in expensas condemnandum.

XIII.

lumniose moventium actiones, satisdatio exigebatur, ut si victus fuerit injustè movisse litem, expensas pulsato soluturum. *§.2.J. de satisdatio. Auth. Generaliter C.de episc.* Hodiè nulla satisdatio præstari solet, nisi alteruter litigantium sit extraneus, aut de fuga suspectus. *Groenewege de ll. abrog. ad §. 2.4.J. de satisdatio. Cujacius paratitl. ff. judicat. solvi. Auth. Quod fieri C. de dilatio. Wassenaer prax. civil. cap. 1. art. 1. nu. 64.*

c §. 11. *Electio domicilii*] Hodie litigator extraneus sive actor sive reus, tenetur eligere domicilium in territorio ejus judicis, sub quo litigatur, ut citetur quoties opus erit. *Wesembecius ad tit. ff. qui satisd. cog. nu. 6. Imbertus Instit. forens. lib. 1. cap. 15. Wassenaer prax. civil. cap. 1. art. 1. nu. 71. Papegay vol. 1. pag. 297. Groenewege de ll. abrog. ad §.2.J. de satisdatio. nu. 2. Busius ad l. 18. ff. de in jus voc. nu. 2. Papon de arrest. lib. 8. tit. 1. arrest. 7.*

a §. 12. *In expensas condemnandum*] Tritum dictum, Victum victori in expensas condemnandum; locum tantum sibi vindicat, quoties expensæ à parte sunt petitæ; non verò si libello non sint insertæ. *Maranta in speculo part. 6. de libelli oblatio. num. 18. Papegay vol. 1. pag. 68.* Ratio est; quia judex non impertit officium suum nisi imploratus. Potest tamen ex officio nobili si ipsi placuerit, victum victori in expensas condemnare. *Covarruvias pract. quæst. to. 2. cap. 27. num. 5. Gregor. Tholosanus in Syntag. jur. lib. 21. cap. 8. num. 10.* Hinc est quod vulgò dici solet: ejus esse cognitionem de accessorio, cujus est de negotio principali.

XIII. Cum libellus rei ſcripto concipitur, [a] ſolent in eo rationes defenſionis explicari, exempli gratia, dolus, metus, ſolutio, præſcriptio, & poſtea ſubjungi ſuperior clauſula quam nos rei reſponſionem (**concluſie van antwoort van de gedaeghde**) vocamus.

XIV. In aliis libellis qui oblationem conditionis continent, hæc obſervatur formula; ut reus dicat ſe de rigore juris ſui remittentem, paratum eſſe actori hoc vel illo modo ſatisfacere, ea lege ut accepta hac conditione lis ceſſet, nec ipſe reus ad expenſas ullas teneatur: ſin vero eam conditionem actor renuat, petere ſe ut ab impetitione actoris omnimodo liberetur, & ut actor in expenſas condemnetur. Et hæc quidem obtinent in cauſis prioris inſtantiæ, niſi quod & hoc addendum eſt, petita ab actore proviſionali condemnatione reum ei petitioni libello ſuo ſolere contradicere, ut nimirum dicat, talem condemnationem ab actore petitam in caſu ſubjecto locum non habere:

XV. Aliquando vero etiam à reo aliquid per modum proviſionis peti poſſe: exempli gratia, ſequeſtrationem rei controverſæ.

XVI.

li. *l.* 3. C. *de judic. l.* 3. *C. de interdict.* In Germania tamen, licet expenſæ ab actore non ſint petitæ vel libello adjectæ; peti tamen poſſunt adhuc toto illo die, quo judex tulit ſententiam: quia eo tempore ipſi permittitur ſententiam mutare. *Gail lib.* 1. *obſerv.* 151. *nu.* 22. *Brunemannus ad l.* 79. *num.* 2. *ff. de judic.*

a §. 13. *Solent in eo rationes defenſionis explicari, exempli gratia, dolus, metus, &c.*] *Waſſenaer prax. civil. cap.* 1. *art.* 1. *nu.* 87. *Colerus de proceſſ. execut. part.* 4. *cap.* 3. *nu.* 3. *Brunemannus ad l.* 1. *nu.* 2. C. *de probatio. ad l.* 19. *num.* 1. *ff. eod. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 59. *cap.* 1. *nu.* 6.

a §. 16.

XVI. At in causis secundæ instantiæ solet reus hoc pacto libellum formare, ut dicat, appellationem vel simplicem provocationem non posse recipi, sententiam vero à judice inferiore latam sententia Curiæ confirmandam, & per modum provisionis clausulam suspensivam, qua executio prioris sententiæ suspenditur (*nobis* **de clausule van inhibitie**) revocari debere: aut si [a] in arbitros compromissum sit, laudum arbitrale per modum provisionis executioni mandari debere. Si vero clausula suspensiva non sit concessa in mandato, sed ab appellante adhuc concedi petatur, reus eam appellanti concedendam negat.

XVII. [b] In mandatis vero, arresti & pœnalibus, si ea absolute concessa sint, reus ad petitam declaratoriam de parendo mandatis respondere solet, se viribus Præturæ coactum obtemperaturum, salvis exceptionibus & defensionibus suis. Deinde vero idem [c] reus petere solet ut arrestum revocetur sub idonea cautione, aut etiam sine ea, & ut mandata pœnalia revocentur, ac mutentur in simplicem jussionem (*nobis* **in simpel bevel**/) qualis est in aliis mandatis prioris instantiæ (*nobis* **mandaten van raeu actie**) quæ jussio, reo ad judicium provocante, nullum parit effectum. Si vero clausula pœnalis aut arresti ad certum diem tantum sit concessa, [d] petit actor continuationem, cui petitioni reus contradicit, & rationes cur id fieri debeat uterque exponit.

XVIII.

a §. 16. *In arbitros compromissum*] *tit. ff. & C. de recept. arbit.*

b §. 17. *In mandatis vero arresti & pœnalibus*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 328. 331.

c §. 17. *Reus petere solet ut arrestum revocetur*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 345. *nu.* 6. 7.

d §. 17. *Petit actor continuationem*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 345. *num.* 7.

XVIII. At in exceptionibus, si actor aliquam ex iis, quibus eum inhærere posse diximus, proponat; solet reus ita libellum formare, [a] ut dicat, propositam exceptionem rejiciendam, aut certe ad minimum actorem condemnandum ut sine ejus exceptionis præjudicio, ulteriores quoque defensiones proponat, (*nobis* **dien onverminderd ten tween sinen te antwoorden.**)

XIX. In omnibus vero libellis supplicibus, (*nobis* **requesten**) qui in quacunque parte litis solent exhiberi, [b] sive petatur restitutio, sive ad munimentorum aut testimoniorum, aut ad novarum positionum productionem petatur admissio, sive aliud quid, semper reus dicit rejiciendum libellum & expensas petit.

XX. Illud in libello rei universale est, quod etiam in libello actoris monuimus, ut reus semper petat omni meliori modo justitiam administrari, de cujus clausulæ virtute etiam ante diximus.

XXI. Duplicis instantiæ defensiones eas voco, quibus reus non contentus se defendere, etiam actoris partibus fungi vult: [a] quæ res magnæ sæpe est commo-

a §. 18. *Ut dicat, propositam exceptionem rejiciendam*] *Papegay vol. 1. p. 47.*

b §. 19. *Sive petatur restitutio*] *tit. ff. & C. de in integrum restitutionib.*

c §. 21. *Quæ res magnæ sæpe est commoditatis*] Fundamentum est; quia idem judex in reconventione qui est conventione: quippe cum declinari non possit. *c. 2. x. de ordine cognitio. Bort de retinenda possess. tit. 7. nu. 49. Brunemannus ad l. 35. 36. nu. 7. ff. de procurator. Wassenaer prax. civil. cap. 1. art. 1. nu. 13. l. 14. C. de sentent. & interlocutio. Auth. Et consequenter C. eod. l. 12. C. de judic.* Iniquum enim esset, eum judicem recusare, quem adversarius sibi jam elegit ac idoneum comprobavit. *Brunemannus ad l. 22. nu. 1. ff. de judic. ad l. 14. nu. 3. C. de sentent. & interlocutio. l. 11. §. 1. ff. de jurisdictio. l. 38. ff. mandat. l. 1. C. de actio. emt.* Jure veteri reconventio tantum apud utrum-

moditatis, ut scilicet & actor in judicio inventus, a sine ulterioribus expensis à reo lite nova pulsari possit.

XIII.

trumque competentem judicem institui potuit. Non adversatur *l. 11. §. 1. ff. de jurisdictio.* Non adversatur inquam: quia ibi judex competens est respectu personæ; licet non respectu summæ petitæ. Hodie, licet judex actori sit incompetens; nihilominus reconventioni locus esse poterit: idque probatur ex *l. 14. C. de sentent. & interlocutio.* Nec quicquam in contrarium facit; quod ridiculum videatur, mutuam petitionem tollere exceptionem fori declinatoriam. Ad quod breviter respondeo; id fieri ab ipsa lege, quæ tacitè actorem rei jurisdictioni in reconventione subjicit: & quisque agendo quasi illius judicis jurisdictioni se subjicere præsumitur.

a §. 21. *Sine ulterioribus expensis à reo lite nova pulsari possit*] Cujus rei ratio est; quia in caussa conventionis & reconventionis simul procedi solet. *c. 2. x. de mutuis petitio. Mavius ad jus Lubec. lib. 5. tit. 3. art. 3. num. 2. Papegay vol. 1. pag. 39. Brunemannus ad l. 29. §. 3. ff. de judic. Costalius ad l. 11. ff. de jurisdictio.* Quod tamen ita demum locum habet, si caussa, ex qua compensatio opponitur, sit liquida, & non multis ambagibu innodata: sed possit judici facilem sui exitum præstare. Quoties vero judex eam invenerit majorem & ampliorem indaginem exposcere; eam alii judicio reservabit, & litem pristinam jam penè expeditam, sententia terminali componet. *l. fin. C. de compensatio.* Debitum liquidum hic tamen non intelligendum, quod debitor ultro fatetur; quò casu nullus poterit de eo esse processus: sed ut lex loquitur; quod non multis ambagibus est innodatum, & judici potest facilem sui exitum præstare. At quæritur, quando caussa liquida? Id nonnulli intelligunt, si res intra duorum mensium spatium liquida fieri possit: quia, ut dicunt, compensare idem est ac solvere. Atqui ad solvendum dilatio duorum vel trium mensium datur, per *l. 45. §. 10. ff. de jure fisci.* Licet hæc ita disputari possint; probabilius tamen est, id judicis arbitrio relinquendum: quia oppositus §. legis tantum loquitur de debito fiscali: quod ad alias caussas, utpotè diversas, extendi nequit. *Nicol. Everbard. in loc. legalib. loc. à separat.*

XXII. Et [a] habent quidem eæ locum in causis prioris instantiæ (*nobis* **taeu actien**) [b] ut reus si quid ab actore

a §. 22. *Habent quidem ea locum in caussis prioris instantia*] Potestatem habet idem judex, ut diximus, judicandi in conventione & reconventione. Idquè non solum producitur ad tempus ante libelli oblationem; verum etiam post rescriptum jam omnino acceptum: quia nulla differentia facienda an primo jam actio competat, an post competere incipiat. Ex quorundam Interpretum sententia; reconventio opponi debet ante acceptum judicium; quia uti dicunt, est species exceptionis, quæ ante litis contestationem necessariò proponenda. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 43. *cap.* 2. *nu.* 2. 3. *Tiraquellus de retractu conventio.* §. 1. *gl.* 5. *nu.* 11. *Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 8. Alii contra arbitrati sunt, etiam ad conclusionem usque reconventionem admitti: quod ratione non destituitur, & jure Canonico confirmatur: nam in *c.* 3. x. *de rescript. in* 6. dicitur: durante judicio reconventionem esse instituendam. Atqui ante sententiam judicium non est finitum. Non obstat quod damnum actori inferatur, cum jam processus ad finem est productus, & jam jam sententiam judex est dicturus, tantumque temporis expectandum donec de justitia reconventionis cognoscatur. Dicendum est; hæc prima facie quidem injusta videri: tamen jus ita statutum esse, ut actor judicem eundem agnovisse præsumatur in reconventione, quem sibi in agendo elegit ac idoneum comprobavit. Immò etiam jure novo reconventio nullis ambagibus innodata, etiam in ipsa executione opponi potest. *Papegay vol.* 1. *pag.* 452. *Consilia Batav. vol.* 6. *consil.* 32. Ratio est, quia sententiam non oppugnat, sed potius confirmat. *Christinaus ad ll. Mechliniens. tit.* 1. *art.* 32. *in additio. num.* 7. *Dambouder prax. civil. cap.* 141. *nu.* 3. Contrarium tenet *Sande lib.* 1. *tit.* 6. *def.* 2. *Neostadius decis. Curia Supr. decis.* 96. An verò in appellatione reconventio admittatur, videndus *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 43. *cap.* 6. *nu.* 6. *Papegay vol.* 1. *pag.* 303. *Trentacinquius lib.* 2. *resolutio.* 1. *nu.* 29. *tit. de mutuis petitio.* §. 24. *Sande lib.* 1. *tit.* 6. *defi.* 1. *Colerus de process. executiv. part.* 4. *cap.* 3. *num.* 1.

b §. 22. *Ut reus si quid ab actore sibi vicissim deberi putet, id in judicium deducere posset*] Compensatio

re sibi vicissim deberi putet, id in judicium deducere possit, ac provisionalem etiam condemnationem petere, [a] quod

tio olim in bonæ fidei judiciis ipso jure fiebat. *Cujacius paratitl. ff. de compensatio.* Ratio est, quia judex non erat adstrictus formulæ à prætore præscriptæ; sed ex bono & æquo judicare ipsi liberum erat. *Cujacius lib. 15. observ. 12. l. fin. C. de compensatio. Faber Cod. lib. 4. tit. 23. desi. 4.* Quod ita tamen non exaudiendum, quod nulla omninò mentio ejus in judicio fieri debeat, & sic debito liberetur, nulla compensatione opposita: sed ea nihilominus proponenda erat apud judicem; qui aliàs scire non poterat an quid ab actore peti possit. Atque ita compensatione opposita, statim ipso jure ad concurrentem usquè summam debitum diminuitur. Non obstat *l. fin. §. 1. C. de compensatio*: ubi dicitur compensationem in judicio proponendam. Quandoquidem dicendum; licet in judicio proponatur: tamen fieri ipso jure: nam ideò debet proponi ut judici de ea constet: quoniam eam judex non potest admittere, nisi fuerit à parte allegata: & postquam allegata est, ipso jure ad concurrentem quantitatem debitum minuitur. Præterea non adversatur *l. 50. §. 1. l. fi. ff. de petitio. hereditat.* Resp. id procedere de jure veteri; quo erat differentia inter bonæ fidei & stricti juris judicia; quibus sublatis; nullum dubium est; quin hodie indistinctè admittatur. In stricti juris judiciis compensationi nullus locus erat; quia judex erat adstrictus formulæ à prætore præscriptæ. At postea Divus Marcus in stricti juris judiciis etiam compensationem admisit: ita tamen, ut adhuc aliqua differentia remaneret: quod sc. in bonæ fidei judiciis compensatio fieret ipso jure: in strictis per exceptionem doli, §. 30. *J. de actionibus.* Cæterum in Gallia principis rescriptum necessarium est, ut compensatio admittatur. *Duarenus ad tit. ff. de compensatio. cap. 2. Papon de arrest. lib. 12. tit. 6. arrest. 1.* In Hollandia vicinisquè regionibus sufficit, si ea specialiter à judice impetretur. *Groenewege de ll. abrog. ad l. 4. C. de compensatio. Sande decis. lib. 1. tit. 6. def. 3. Costalius ad l. 11. ff. de compensatio. Zypæus notitia jur. Belgic. lib. 4. tit. de compensatio.*

a §. 22. *Quod Practici reconventionem vocant*] In jure Canonico dicitur mutua petitiò. *tot. tit. x. de mutuis petitionib.* Quæritur; an reconventio à mutua petitione

ne differat. Id nonnulli volunt: quia, uti dicunt, eas propriè reconventiones, quæ ſuper eodem negotio inſtituuntur, ſuper quo ipſa conventio: mutuas petitiones, quæ ſuper quacunque re moventur, vocari: licet verius ſit, non niſi nominis ſono à ſe invicem diſtare. In jure civili reconventio vocatur compenſatio. *l.* 6. *ff. de compenſatio. l.* 5. *ff. de impenſ. in res dotal.* Hæc ut admittatur, neceſſe eſt, ut ea res cui compenſatio opponitur, recipiat functionem in ſuo genere. *l.* 2. *§.* 1. *ff. de reb. credit. Puſendorſ de jure natur. lib.* 5. *cap.* x. *§.* 5. Ejuſmodi ſunt res, quæ pondere, numero, menſura dicuntur conſtare. Hinc veriſimilis ſententia eorum; neque ſpeciem reo debitam cum pecunia ab eo petita: neque pecuniam illi debitam cum ſpecie compenſationem admitti: quod & ipſum vocabuli etymon indicat: nam compenſatio eſt debitæ invicem pecuniæ contributio. *Chriſtinæus vol.* 1. *deciſ.* 231. *nn.* 2. 3. *Giphanius ad l. fin. C. commodat.* Huic ſententiæ non adverſatur *l.* 18. §. *ult. ff. commodati. l.* 7. *§.* 5. *ff. ſoluto matrimo.* Reſpondeo, impropriè & abuſivè ibi compenſationem ſumi. Quod compenſatio in omnibus actionibus opponi poſſit: id accipiendum tam de actionibus in rem quam in perſonam, quibus certa ſpecies petitur, ſi pro re pecunia præſtari debeat; quod fit, cum ipſa res dolo aut culpa debitoris deperdita & amiſſa eſt: quo caſu æſtimatio in locum ipſius rei ſuccedit. Aliter verò id non procedit: quia cum compenſatio ſit imaginaria ſolutio; ſequitur eam non poſſe opponi, quemadmodum nec ſolutio; nam aliud pro alio invito creditori obtrudi valdè inhumanum eſt. *l.* 2. *§.* 1. *in fi. ff. de rebus credit. l.* 106. *ff. de ſolutio. pr. J. quib. mod. tollitur oblig.* Cæterum hodiè compenſatio in omnibus omninò rebus opponi poteſt: tum quia intereſt noſtrum potius non ſolvere, quam ſolutum repetere. *l.* 3. *ff. de ſolutio. Cujacius lib.* 8. *obſerv.* 8. Tum etiam, quia compenſatio ad dirimendas lites pertinet: ne fiat per plura, quod poteſt fieri per pauciora. Dantur tamen caſus, in quibus ea non recipitur. Primò namque reconventio non admittitur ratione cauſſæ in depoſito: quo caſu non ſimul procedi ſolet, ſed ejus cognitio in aliud tempus differtur. *§.* 30. *J. de actionib.* Ratio exceptionis eſt; ne ſub prætextu debiti quis actione ſua defraudetur: & propter ſpecialem fidem, quam tenentur ſervare depoſitarii. Præterea non recipitur compenſatio, in ſummario judicio. Similiter reconventio reconventionis non admit-

a quod Practici reconventionem vocant (*nobis ex Gallico* **reconventie.**) Idque fit hoc pacto: reus prius narrat hoc aut illud sibi ab actore deberi, atque ideo per modum reconventionis petit adversarium sibi condemnari ad hoc aut illud solvendum, & per modum provisionis petit, ut datis fidejussoribus ea summa in manus suas tradatur, (*nobis* **tot namptissement van de selve somme**) deinde in judicio conventionis aut conditionem offert, aut simpliciter absolvi petit.

XXIII. Habent itidem & hæ duplicis instantiæ defensiones locum in causis possessoriis, & quidem immit-

mittitur, ne mutuis litigantium petitionibus judex plus æquo gravetur. Quæritur an alius quam ipse reus reconventionem opponere poterit. Et negantium sententia nobis verior videtur; licet contrarium sentiat *Accursius ad l. 2. §. 5. ff. judic.* Et denique, qui in caussa criminali conventus est, caussæ civilis compensationem opponere nequit; non etiam criminalis. *Brunemannus ad l. 5. nu. 1. ff. de public. judic. Zasius lib. 1. consil. 22. nu. 14.* Prædictis non contrariatur, quod aliàs dicitur: paria delicta mutua compensatione tolli. Ad quod dicendum; id procedere in levioribus, non vero gravioribus admissis, *l. 39. 47. ff. soluto matrimo.* Respectu judicis reconventio opponi nequit, si ea proponatur coram judice delegato, cui illud jus non competit, nisi fortè speciale ad id mandatum habeat. *Omphalius de usurpatio. ll. lib. 5. cap. 11. nu. 2.* Idemque juris est, si proponatur apud arbitrum compromissarium nullam jurisdictionem habente. *Durandus in speculo lib. 1. partic. 1. de recus. §. 5. nu. 22. Bartolus ad l. Est receptum ff. de jurisdictio. nu. 1. Wassenaer prax. civ. cap. 26. art. 1. nu. 21.* Ratio est, quia intra compromissum imperium suum concluditur. *l. 1. 2. ff. de recept. arbitr.* Non obstat *l. 14. C. de sentent. & interlocutionib.* Respondeo, id cessare, ubi in specie & super re singulari judex aditus est, utpote cessante partium voluntate: quo casu compensationem admittere nequit.

a §. 24.

mittendæ & retinendæ possessionis (*nobis* **mandement van maintenue ende om geimmitteert te werden in de possessie**) nam postquam actor suam libello intentionem complexus est, de qua supra, potest, si id expedire videatur reus, duplicare, ut vocant, (id est, pro se applicare) interdictum, (*nobis* **het interdict redoubleren**) & allegata possessione quam penes se esse contendit, eodem modo, ex interdicto uti possidetis, libellum formare, quo actor eum formavit, petito etiam fiduciariæ possessionis decreto, (*nobis* **het versoeck van recredentie**) sed hoc in interdicto unde vi (*nobis* **complaincte**) locum non habet, neque enim reus potest petere momentaneam possessionem, (*nobis* **restablissement**) sed novo ad id mandato indiget.

XXIV. Denique & idem, quod de duplici instantia diximus, usu venit in causis appellationis; nam si appellatus videat judicem non omnia petita sibi adjudicasse, poterit & vice appellantis fungi, & in eo libello, quo respondet petitioni appellantis, etiam se appellantem constituere à minore parte gravaminis (*nobis* [a] **grieven** *à minima* **proponeren**) atque ita contendere ut judex appellationis eatenus sententiam inferioris judicis rescindat, quatenus ipse non omnino sui voti compos factus est; sibique id adjudicet, quod alter judex perperam abjudicavit: de reliquo vero, quatenus ab appellante provocatum est, potest petere priorem sententiam confirmari.

XXV.

a §. 24. **Grieven** *à minima* **proponeren**] Si quando una pars quasi læsa per definitivam sententiam, provocatione usa fuerit; interdicitur alteri parti quæ vicit, pro hoc tantummodo quod nihil capere pro sumtibus litis vel detrimentis, vel minus quam oportuerit, provocationem offerre. Quoties tamen pars victa provocaverit, parti victrici

XXV. Illud postremo notandum est, a quocunque modo defensiones suas proposuerit reus, statim litem pro contestata haberi: b est enim hæc litis contestatio,

victrici jure nostro ob omissam expensarum condemnationem appellationi adhærere concessum est. *c. 7. x. de appellatio. l. 39. C. de appellatio. Gail lib. 1. observ. 70. nu. 8. Covarruvias pract. quæst. to. 2. cap. 27. nu. 5. Christinaus vol. 4. decis. 117. nu. 4.* Hujus tamen gravaminis judex rationem habere non solet, nisi hoc expressè & specialiter à provocato fuerit petitum, *Groenewege de ll. abrogat. ad l. fin. C. quando provoc. non est nec.* Ratio est, quia tacendo nec id in appellatione exprimendo, per omnia sententiam approbasse præsumitur. *Boërius decis. 73. nu. 8.*

a §. 28. *Quocunque modo defensiones suas proposuerit reus, statim litem pro contestata haberi*] Vulgare axioma est; per solam negationem, cum sc. reus negat libelli contenta, litis contestationem fieri. *Mysingerus lib. 4. observ. 49. cap. 4. x. de electio. Papegay vol. 1. pag. 111. Gail lib. 1. observ. 73. num. 1. c. fin. de litis contestatio. in 6. l. 2. C. de juram. calumn. l. 13. §. 1. C. de judic. Gudelinus de regul. jur. cap. 25. nu. 34. Vultejus jurisprud. Ro. lib. 2. cap. 31.* Quandoquidem cum intentio actoris perpetuò sit affirmativa; sequitur, litiscontestationem, quæ in contradictione rei posita est, non nisi per negationem fieri posse. *Cicero pro Murena: Ager Sabinus qui meus est, non meus: tunc judicium.* Hinc etiam sequitur nullo modo fieri posse litiscontestationem per simplicem rei confessionem: quia ubi non est lis, quomodo ibi litiscontestatio esse potest? & lis nunquam esse potest, nisi hic affirmet, ille neget, ut jam antè diximus. Quotiens tamen confessio tacitam in se negationem habeat; aliud dicendnm est. Huic conclusioni non adversatur *l. 2. C. jurej. propter calum.* Enimverò, quis est qui non videat, per responsionem ibi intelligi negationem: quæ ad litis contestationem necessaria est. Contrarium tenet *Goedaus ad l. 36. ff. de verb. signif. nu. 17.*

b §. 25. *Est enim hæc litis contestatio; cum judex responsionem rei ad postulata actoris intellexit*] Litis contestatio est ejus rei, de qua controversia est, in judicio ab utroque litigante facta narratio. *Hopperus de jur. arte lib. 3. pag. 61. Cujacius lib. 9. observ. 21. lib. x. obs. 14. Auth. Offeratur. C. de litis contestatio.*

testatio, cum judex responsionem rei ad postulata actoris intellexit, atque ita per narrationem negotii causam audire cœpit [1]. Quæ sane maximi est momenti, nam a lite contestata usuræ currunt [2]: per eam b interrumpitur præscripto [3]: c & varii inde effectus promanant, de quibus videndus Maranta in suo specu-

1 *L.* 1. *C. de litis contest.*
2 *L. lite* 35. *ff. de usur.*
3 *L. mora* 26. *C. de rei vind.*

tio. l. 11. *ff. de judic. c. unic.* x. *de lit. contestat. l.* 1. *C. eod.* Hæc litiscontestatio adeo necessaria est, ut ne partium quidem consensu, nec judicis auctoritate possit omitti. *Wesembecius ad tit.* C. *de lit. contestat. num.* 5. Hinc lapis angularis, & ipsius judicii fundamentum dicitur. *Mysingerus lib.* 1. *observ.* 1. *nu.* 1. *Gail lib.* 1. *observ.* 75. *nu.* 1. 2. *Mornacius ad l.* 9. *§. Quantum ff. ad exhibend.* Sciendum tamen est; non semper & ubiquè eam requiri, *Gail dicto loco num.* 5. In caussis namque summariis ob celerem expeditionem litis contestationis loco est qualis qualis petitio & responsio: ultra quod nihil desideratur. *clem.* 2. *de verbor. significatio. Colerus de process. executiv. part.* 3. *cap.* 5. *nu.* 2.

a *§.* 25. *Lite contestata usura currunt*] *Brunemannus ad l. unic. num.* 1. *C. ex delictis defunctor. Cujacius lib.* 18. *cap.* 29.

b *§.* 25. *Interrumpitur præscriptio*] *l* 3. 7. *C. de præscriptio.* 30. *vel* 40. *an. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 42. *cap.* 5. *num.* 1. 2. 4. 5. 6. 7. *Durandus in speculo lib.* 2. *tit. de litis contestat. §.* 6. *num.* 1. *l.* 26. 58. *ff. de obligatio. & actionib.* Quæritur; an omnis præscriptio litis contestatione interrumpatur. De triennali id nonnulli negant per *l.* 18. *ff. rei vindicat.* Resp. id ex opposita lege non facile posse colligi: nam nullum verbum de triennali usucapione. Ergo cum lex generaliter loquatur, generaliter erit intelligenda.

c *§.* 25. *Et varii inde effectus*] Nam ea peracta, aufert omnem potestatem judicis recusandi. *Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 5. *cap.* 12. *nu.* 9. Malam fidem inducit. *l.* 2. *C. de fructib. & litium expens.* Nova contrahitur obligatio. Latè ac doctè de hac quæstione videndus omninò magnus *Bacchovius in Treutl. vol.* 2. *disp.* 29. *th.* 5. *litt.* E. *Busius ad l.* 11. *ff. de pignoratit. actio. nu.* 1. 2. *l.* 5. *§. pen. ff. de pecul. H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 21. *§.* 20. *lib.* 3. *cap.* 1. *§.* 3. Operatur præventionem.

l. 19.

culo [1]: aliique doctores passim. Si vero reus defensiones suas peremtorie non proponat, [a] litis contestatio post tertiam contumaciam sive defectum demum perficitur [2].

XXVI. Nunc ad replicationem & duplicationem veniamus, ad quas proponendas singulæ competunt dilationes, præterquam in provisionalibus, de quibus ante monuimus. [b] Replicatio ad hoc conceditur, ut actor petitioni suæ aliquid addere vel demere, vel intentionem suam novis rationibus firmare, aut adversarii argumenta enervare valeat: inprimis vero

1 *Marant. part. 6. membro 10.*

2 *Inst. Sen. Præf. art. 108. decis. Cur. Neostad. 27.*

l. 19. ff. de jurisdictio. Wassenaer prax. civil. cap. 1. art. 1. num. x. Facit rem litigiosam. *Auth. Litigiosa C. de litigios. Brunemannus ad l. 5. num. 3. ff. eod. l. 16. C. de transactio. Gellius lib. 4. cap. 4. Alciatus lib. 2. dispunct. cap. 24.* Inducit litis pendentiam, *Groenewege de ll. abrog. ad l. 1. C. de litis contestat. Mysingerus lib. 4. observ. 26. num. 4.* Omnes actiones tempore perituras, licet pœnales, facit perpetuas, ita ut heredibus dentur, & in heredes transeant. *l. 164. ff. reg. jur.* Quod tamen non intelligendum, ut nonnulli volunt; actiones per litis contestationem in quadraginta annos extendi: sed potius, quod actiones, quæ alias perituræ fuissent; judicio inclusæ, maneant salvæ, licet post earum dies expiraverit. Sed quæritur, an idem locum habeat in actione doli. Quod affirmandum est: quia à regula actio doli non excipitur, qua actiones litis contestatione ad triennium usque extenduntur, *l. 3. C. præscriptio. 30. vel 40. an.* Ex quo consequi videtur, sub eadem regula contineri: licet ab hac sententia recedat doctissimus *Cujacius ad l. 17. ff. de dolo malo. Wesembecius ad tit. ff. eod. num. 8.*

a §. 25. *Litis contestatio post tertiam contumaciam*] *Papon de arrest. lib. 7. tit. 6. arr. 11.*

b §. 26. *Replicatio ad hoc conceditur, ut actor petitioni suæ aliquid addere, &c.*] Replicationes sunt exceptiones & à parte actoris veniunt. quæ ideo necessariæ sunt, ut replicationis remedio exceptio removeatur. *l. 2. §. 2. ff. de exceptio. l. 19. C. de transactio. l. 28. ff. de noxal. actio. l. 16. ff. de pact. l. 4.*

vero usus ejus consistit in conditionibus à reo oblatis, ut eas replicando acceptet, vel limitet actor, aut etiam alias conditiones referat, (*nobis* **contrarepresentatieboen.**

XXXII. In exceptionibus vero, & causis duplicis instantiæ, aliisque in quibus reus provisionalem adjudicationem petit, actor simul cum replicatione respondet: [a] ea enim in parte vice rei fungitur.

XXVIII. Eademque obtinent in duplicatione, respectu rei.

XXIX. Frequentissimum tamen est, ut & actor loco replicæ, & reus loco duplicæ persistat, iisque inhæreat, quæ prioribus libellis uterque complexus est, (quod nos vocamus **persisteren voor Replijck ende Duplijck.**)

XXX. His ita peractis plenissimo modo lis contestata

§. 32. *ff. de dolo.* Cæterum sciendum est, non semper replicationem admitti: nam contra jurisjurandi & doli exceptionem, doli replicatio admissa non est. *l.* 15. *ff. de exceptio.*

a §. 27. *Ea enim in parte vice rei fungitur*] Regulare est, affirmanti probationem incumbere, non etiam neganti. *l.* 2. 3. *C. de probatio.* Hinc constitutum est, ut is, qui exceptionem allegat, eam probet. *l.* 10. *ff. de verbor. significat. Busius ad l.* 1. *ff. de exceptio. Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 11. Ratio est: quia qui non factum pro fundamento suæ intentionis habet, id quoque probare tenetur. *l.* 2. *C. de probatio. l.* 9. *C. de exceptio. Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 9. Quoties tamen reus intentionem adversarii non confitetur, & quoties exceptionem facti proponit: ut si neget pecuniam numeratam, contractum initum esse: quibus casibus actoris partes non sustinebit, nec onus probandi subibit. Ratio est, quia semper reus intelligitur excipere sub conditione, si actor probet. Quid si reus ita excipiat: si mutuasti, solvi. Nonnulli volunt, eum hoc casu ad probandum non adstringi: cujus tamen contrarium verius est.

a. §. 13.

teſtata dicitur, (*nobis* **de ſaecke is voldongen/**) neque aliud reſtat, quam ut tota cauſa, aut viva voce judici explanetur, aut ſcripto committatur, de quibus infra dabitur dicendi locus.

XXX. Unum tamen omitti hic non debet, quod præter actorem & reum poſſit etiam tertius quiſpiam ſe cum alterutro jungere, (*nobis* a**hem met den Impetrant ofte den Gedaeghde vougen**) qui tunc non ſolet concipere novum libellum, ſed actoris, vel rei libello acquieſcere tenetur, verum de his infra latius agemus.


a §. 31. **Hem met den Impetrant ofte den Gedaeghde vougen**] Vid. *Gail lib.* 1. *obſerv.* 69. 70. 71. 72. *Myſingerus cent*. 2. *obſerv.* 1. *cent.* 3. *obſerv.* 73.



ISAGOGE AD PRAXIN FORI BATAVICI.

Libri II. Cap. I. De peroratione sive causæ dictione.

I. *Causa dictio sive peroratio concernit provisionalem proprie sententiam*: II. *Eloquentia in Jurisconsulto vis*: III. *Magnum hic opus*: IV. *Diligenter discutienda causa*: V. *Quam multum hic valeat diligentia*: VI. *Perspicuitas unde?* VII. *Ornatus elocutionis unde?* VIII. *Modestia in quo consistit*: IX. *Temperandum à conviciis*: X. *Judex attentus reddi debet*: XI. *Differentia inter actorem & reum*: XII. *Qualem Jurisconsultum hic describamus?* XIII. *Prima partes actoris, secunda rei, &c. uterque bis dicit*: XIV. *Actoris scopus provisionem obtinere*: XV. *Reus primo negat, deinde objecta elevat*: XVI. *Probationes statim dantur Commissariis*: XVII. *Monitorium juris*: XXVIII. *Provisionalis sententia*: XIX. *Non liquet quid?* XX. *Aliquando definitiva sequitur*: XXI. *Maxime in causis juris.*



Priore libro inchoationem litis tractavimus, nunc perfectionem ejus porro prosequemur; quæ constat ex diversis actibus, tam litigantium quam ipsius judicis. Litigantium actus aut sunt principales, aut accessorii. Principales actus aut in dicendo, aut in scribendo consistunt. Primum itaque se offert causæ dictio, quæ apud nos maxime obtinet in omnibus cau-

ſis in quibus ſive actor ſive reus aliquid per modum proviſionis adjudicari ſibi petit; quando enim alterutter ita cauſæ ſuæ confidit, ut proviſionalem ſententiam ſperare poſſit, ſtatim poſt litem, ut ſupra diximus, plene inſtructam, ſine ulla ulteriori mora, in auditorio publico argumenta cauſæ coram duobus Commiſſariis viva voce exponit.

II. Unde facile cuivis conſtare poteſt quatenus ars oratoria ad munus advocati pertineat, [a] & quantum ei ab eloquentia ſit præſidii: *neque enim cum iis ſentimus,*

a §. 2. *Et quantum ei ab eloquentia ſit præſidii*] Maximus uſus eloquentiæ, ſociæ otii, & pacis comes in gubernando imperio; cujus ope mirifica & nobili ſæpè homines tanquam ſtimulo ad gloriam accenduntur. *Valer. Maximus lib.* 8. *cap.* 9. *Durandus in ſpeculo jur. lib.* 1. *partic.* 4. §. 5. *num.* 10. *Juſtinus lib. hiſtoriar. tertio decimo cap.* 4. Hæc benè conſtitutæ reipub. alumna; quæ ſplendorem, quæ dignitatem, quæ admirationem habet: quæ ſtantem dejicere, erectum ad reipub. decus inflammare, languentes animos ad decus & gloriam excitare, animorum permotiones quocumquè incubuerit, impellere valet. *Suetonius in Julio cap.* 14. *Juſtinus lib.* 20. *cap.* 4. *Cicero libro de Oratore ſecundo: Sed tantam vim habet illa, quæ rectè à Poëta dicta eſt, flexamina, atquè omnium regina rerum, oratio; ut non modo inclinantem erigere, aut ſtantem inclinare; ſed etiam adverſantem, & repugnantem, ut imperator bonus ac fortis capere poſſit: cujus in repub. maximus uſus, vis ac quædam neceſſitas. Juſtinus lib.* 13. *cap.* 5. *Caſſiodorus lib.* 6. *Varr. ep.* 5. *Cicero primo de Oratore: Quæ vis alia potuit aut diſperſos homines unum in locum congregare, aut à fera natura, agreſtiquè vita ad hunc humanum cultum, civilemquè deducere; aut jam conſtitutis civitatibus, leges, judicia, jura deſcribere? Ac, ne plura, quæ ſunt penè innumerabilia, conſecter, comprehendam brevi. ſic enim ſtatuo, perfecti oratoris moderatione, & ſapientia non ſolum ipſius dignitatem; ſed & privatorum plurimorum, & univerſæ reipub. ſalutem contineri. Omphalius de uſurpatio. ll. lib.* 8. *cap.* 2. *num.* 1. *Caſſiodorus lib.* 1. *Vari. ep.* 39.

timus, qui civilem scientiam eloquentia non putant indigere; & ab iis, [a] *qui eam putant omnem in rhetoris vi & artificio contineri, magnopere dissentimus. Quare hanc oratoriam facultatem in eo genere ponemus, ut eam civilis scientiæ partem esse dicamus. Officium autem ejus facultatis videtur esse, dicere apposite ad persuasionem* [1].

1 *Cic. l. 1. de invent.*

III. Imo in hac parte maxima fere Advocati laus sita est, cum scripturæ intra Curiæ parietes tantum legantur; loquentis vero vox à populo audiatur: ideoque non perfunctorie hæc pars excolenda est, hinc recte Oratorum maximus, *in causarum contentionibus magnum est quoddam opus* [2]:

2 *Cic. lib. 2. de orat.*

IV. Cum vero nullus de iis, quæ nescit, recte possit dicere, ante omnia [b] requiritur ut Advocatus causam quæ præ manibus est omni ex parte discutiat, quæ

a §. 2. *Qui eam putant omnem in rhetoris vi, &c.*] Eloquentia sine prudentia obest magis quam prodest; uti docet Cicero *primo de Oratore: Multas urbes constitutas, plurima bella restincta, firmissimas societates, sanctissimas amicitias intelligo, cum animi ratione, tum facilius eloquentia comparatas. Ac me quidem diu cogitantem, ratio ipsa in hanc potissimum sententiam ducit, ut existimem, sapientiam sine eloquentia parum prodesse civitatibus; eloquentiam verò sine sapientia nimium obesse plerumque, prodesse nunquam.* Obscura enim, illiberalis, & periculosa est omnis eloquentia, quæ cum animi innocentia, vitæ dignitate, optimarum virtutum studiis atque laude pugnat. *Justinus lib. 2. histor. cap. 2. 4.*

b §. 4. *Requiritur ut Advocatus causam quæ præ manibus est omni ex parte discutiat*] Caussarum patroni sint breves in caussis agendis, dandis consiliis, instrumentis conficiendis: accuratè legant atque recognoscant instrumenta & testium productiones: perpendant quæ adversarius possit adferre, quæ pro se allegare: quæ sunt contraria resolvant. *Merula prax. civ. lib. 4. tit. 27. cap. 1. Durandus in speculo lib. 1. part. 3. de exord. §. 7. nu. 8. Juvenalis:*

Quis

quæ facti sunt exacte ponderet, quæ juris sunt ad legum trutinam examinet, denique *quascunque causas quis erit acturus, eas diligenter penitusque cognoscat* 1. Nam ut recte idem auctor monet, *diligentia cum omnibus in rebus, tum in causis defendendis plurimum valet, hæc præcipue colenda est.* Quo pacto causa optime cognoscatur idem egregie testatum reliquit, dum sic loquitur 3. *Primum naturam causæ videat, quæ nunquam latet, quo perspecto occurrit quid faciat causam: deinde quid veniat in judicium.*

V. Quanti vero hæc in causis cognoscendis diligentia sit momenti, paucis verbis nos docet Venusinus Poëta.

Cui lecta potenter erit res,
Nec facundia deseret hunc, nec lucidus ordo.

VI. In ipsa causæ dictione hoc omnino observandum est, ut [a] Advocatus dicat perspicue, ornate, modeste. Ad perspicuitatem pertinet præcipue ordo & divisio: ordinis ea est virtus, ut res bene possit comprehendi; divisionis vero, ut causa in partes suas dissecta, & argumentis ad singula membra applicatis, bene possit infigi memoriæ.

VII. Ad elocutionis ornatum spectat puritas sermonis, figuris & scematibus interstincta; quæ omnia optime discuntnr apud oratoriæ artis Professores, inprimis vero apud eruditissimum Vossium in sua Rhetorica & partitionibus oratoriis, quos libros omnis litteraturæ penum merito nominaveris.

VIII.

Quis color, & quod sit caussa genus, atque ubi summa
Quæstio: quæ veniant diversa parte sagitta,
Nosse volunt. Quintilianus lib. 4. cap. 5. & lib. 5. cap. 13.

a §. 6. *Advocatus dicat perspicuè, ornatè, modestè*] De quibus omni-

VIII. [a] Ad modestiam refero non tantum motum corporis, qui ab omni gesticulatione alienissimus esse debet; sed etiam reverentiam erga Senatores & collegas, præcipue vero [b] ut à maledictis & conviciis abstineat orator, hinc Imperatores.

IX.

omnibus, multas præceptiones tradit *Aristoteles in rhetor. Fabius l.* 11. *Institutio. Orator. c.* 3. *Gerard. Vossius Instit. Orator. lib.* 1. *cap.* 1. §. 3. *Cicero secundo de Oratore: Omnium sententiarum gravitate, omnium verborum ponderibus est utendum. accedat oportet actio varia, vehemens, plena animi, plena spiritus, plena doloris, plena veritatis. Idem lib.* 1. *de Oratore: In oratorem autem acumen dialecticorum, sententia philosophorum, verba prope poëtarum, memoria jureconsultorum, vox tragœdorum, gestus penè summorum artificum est requirendus. Auctor ad C. Herennium lib. primo: Oportet igitur in oratore esse inventionem, dispositionem, elocutionem, memoriam & pronuntiationem.* Hæc cum vix in unum hominem concurrant; non mirum est, nihil in hominum genere rarius perfecto oratore inveniri, ut docet *Cicero* 3. *de Oratore: Suavitatem*, inquit, *Isocrates, subtilitatem Lysias, acumen Hypides, sonitum Æschines, vim Demosthenes habuit. quis eorum non egregius? tamen quis cujus quam non similis? gravitatem Africanus, lenitatem Lælius, asperitatem Galba, profluens quoddam habuit Carbo, & canorum. Idem de claris Oratoribus: Crassum hic malebat imitari, Cato malebat Antonium: sed ab hoc vis aberat Antonii, Crassi ab illo lepos. O magnam, inquit, artem, Brutus: siquidem istis, cum summi essent oratores, duæ res maximæ, altera alteri defuit.* Alib.: *Nonne cernimus, vix singulis ætatibus binos oratores laudabiles extitisse. Seneca lib.* 1. *ep. cap.* x. In Cicerone quis non spiritus & vis? cui in facundia nullus fortè similis natus, non nascetur: de quo sic *Seneca l. unic. Suasor.*

Abstulit una dies ævi decus, ictaque luctu
Conticuit Latiæ tristis facundia linguæ.

a §. 8. *Ad modestiam refero non tantum motum corporis, &c.*] Videndus omninò hac de re magnus *Gerard. Vossius lib.* 6. *Institutio. Orator. cap.* 11. *à* §. 1. *ad* 4.

b §. 8. *Ut à maledictis & conviciis abstineat orator*] *Artic.* 72. In-

IX. *Ante omnia universi Advocati ita præbeant patrocinia jurgantibus, ut non ultra quam litium poscit utilitas in licentiam convitiandi & maledicendi temeritatem prærumpant, agant quod causa desiderat, temperent se ab injuria.*

X. Illud in omnibus causis universale est, [a] ut eo contendere Advocatus summis viribus debeat, ut judicem

Instruct. Curiæ Holland. Artic. 130. *Instruct. Curiæ Supr.* Caveant Advocati, verbosis uti assertionibus, & ea quæ jam perorata sunt, iterum resuscitare: sed ea tantum inscribant, quæ compendiosa narratione caussas possint explanare. *Art.* 127. 128. 163. *Inst. Curiæ Supr.* In caussis orandis sint breves; necessaria non omittant; adsint hora consueta. *Artic.* 57. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 125. 126. *Instruct. Curiæ Supr.* Caussas agant cum modestia absque inutili verborum sono, & sine injuriis. *Cicero ad M. Brutum Oratorem: Vitabit etiam quæsita, nec extempore ficta, sed domo allata: quæ pluriumque sunt frigida. parcet & amicitiis & dignitatibus: vitabit insanabiles contumelias, Agellius lib.* 5. *cap.* 5. *D. Augustinus: Nec patronos fraudulentis circumventionibus, & linguosis artibus adhibebis. Quintilianus lib.* 6. *cap.* 5. Temperantia & moderatio dicacitatis, variasque convitiorum, oratorem verecundum ab impudente scurra distinguit. *Cicero secundo de Oratore: scurrilis oratori dicacitas magnopere fugienda est. Bouricius de offic. Advocat. cap.* XII. Modestæ & verecundæ orationis exemplum refertur apud *Ciceronem de l. Agraria: Habet enim,* inquit, *omne convitium gravem ac intolerabilem reprehensionis aculeum, quem prudentes ac boni viri Ægrè admodum ferunt: quare ea animi benè à natura constituti adhibenda in omni vita est moderatio, ne quem ignominiose ad inimicitias provocemus.* Dolendum hoc calumniandi convitio nihil usitatius hodie esse, atque pervulgatius, quam petulanti ac maledica lingua, quasi seditionis flabello alios lacerare, justitia & bonitate caussæ destituti & inopia probationum. *Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 8. *cap.* 8. *per tot. Durandus in speculo lib.* 1. *de Advocat.* §. 1. *nu.* 9. §. 5. *nu.* 2. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 17. *cap.* 8. *nu.* 2. *infi.*

a §. 10. *Ut eo contendere Advocatus summis viribus debeat, ut judicem attentum, sibique benevolum reddat*] Officium advocati est, judicem

judicem attentum, sibique benevolum reddat; quo confert hæc Ciceronis sententia, *una res præ nobis feren-*

dicem reddere attentum ac benevolum; affectus movere. Esse enim quoddam exordium necesse est in actionum genere, ad commovendum judicis animum. *Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 5. *cap.* 7. In eo tamen, reprehendenda est tum nimia verborum copia: tum efferata in dicendo insolentia & libertas: tum deniquè fucatum dicendi genus, quo verum sæpissimè supprimitur, & plus in oratione splendoris, quam fidei perspicitur. Unde sæpè contingebat, ut, non qui verius, sed qui ornatius; non qui subtilius, sed qui elegantius judicum animos tenere; non qui veritate & rationum pondere movere posset, caussam obtineret. *Latè ac doctè Annæus Robertus lib.* 2. *rer. judicatar. cap.* 19. Rectè igitur Orator Cæcilius dicebat; innocentiam esse eloquentiam: quoniam oratio debet esse benè morata ad persuadendum. Sirenum quidem voces mulcent aures; sed etiam decipiunt: cum contra Musarum cantus simul & aures oblectent & animum pascant. Adde *Forcatulum in commentar. tit. de Iustitia & ju. ad l.* 1. *num.* 11. 12. 13. *Lactantium lib.* 3. *cap.* 1. *Sed quoniam Deus voluit hanc esse rei naturam, ut simplex, & nuda veritas, esset luculentior, quia satis ornata per se est; ideoque ornamentis extrinsecus additis fucata, corrumpitur; mendacium vero specie placet aliena; quia per se corruptum evanescit, ac defluit, nisi aliunde ornatum. Verum ego non eloquentia, sed veritatis fiducia suscepi hoc opus, fortasse majus, quam ut possit meis viribus sustineri: quod tamen, etiamsi ego defecerim, Deo, cujus est hoc munus, adjuvante, veritas ipsa complebit. Etenim cum sciam maximos quoque oratores à causidicis mediocribus sæpe victos; quod tanta est potentia veritatis, ut se ipsam, quamvis in rebus exiguis, sua claritate defendat.* Hodie, ad alliciendos judicum animos, præfationibus nullis utimur. *Brunemannus ad l.* 1. *ff. de orig. jur.* Sæpe tamen fit, & est usus recepti, ut criminalium & maximarum rerum cognitio ad principem, in magna judicum confessione deferatur, magnisque eloquentiæ viribus, ad permovendos audientium affectus, agitetur. quod cum accidit, adhibendum exordium, tanquam aditus quidam ad causæ quæ tractatur, dignitatem atque gratiam adquirendam. *Mornacius ad l.* 1. *ff. de orig. jur.*

a §. 15.

ferenda est, ut nihil aliud nisi docere velle videamur [1]. Est & illud fere universale, *primo firmum aliquid ponendum, summo firmissima; imbecilliora medio* [2].

1 Cic. lib. 2. de orat.

2 Quint. lib. 7.

XI. Cæterum cum aliæ sint partes actoris, aliæ vero partes rei; sequitur ut accommodate ad eam quam quisque sustinet personam, orationem dirigere debeat, quod optime optimi oratoris verbis explicabimus [3]. *Non eadem, inquit, causa accusatoris & rei: quod accusator rerum ordinem prosequitur, & singula argumenta quasi hasta in manu collocata vehementer proponit, concludit acriter, confirmat tabulis, decretis, testimoniis: vehementius in perorando. Reo sumenda principia ad benevolentiam conciliandam: Narrationes aut amputandæ quæ lædunt, aut relinquendæ si totæ sint molestæ: firmamenta ad fidem posita, aut per se diluenda aut obscuranda, perorationes ad misericordiam conferendæ.* Denique illud actoris proprium, ut multitudine argumentorum reum quasi obruat: rei vero proprium: *accedere ad singula, sic universa frangentur* [4].

3 Cic. in partit. orat.

XII. Quod si quis nimis multa à nobis hic desiderari dicat, & talia quæ vix quisquam ad amussim observet, ei Ciceronis verbis sic respondeo, *non causidicum, nescio, quem, neque proclamatorem aut rabulam hoc sermone nostro conquirimus, sed eum qui primus sit ejus artis antistes* [5]. Et paulo ante, *fingendus est nobis oratione nostra detractis omnibus vitiis Jurisconsultus, atque omni laude cumulandus: neque enim si multitudo litium, si varietas causarum, si hæc turba & barbaria forensis, dat locum vel vitiosissimis oratoribus, idcirco nos hoc quod quærimus omittemus.*

4 Cic. d. loco.

5 Cic. lib. 4. de orat.

XIII. Sed proprius ad forum nostrum accedendo,

do, scire debemus ei primas agendi partes incumbere, qui provisionalem petit sententiam, sive is actor sit sive reus; secundas vero illi, qui nihil lite pendente mutari debere contendit; tertias iterum ei cedere, qui primus dixit; quartas vero defensori dari: ita ut singuli bis dicant, quos intra cancellos orationes nostræ circumscribuntur, neque ulterius dicere permittitur.

XIV. Qui itaque primus causam dicit, hunc præcipue scopum habet ut provisionalem sententiam mereri possit, sive chirographum vel aliam singrapham pro se habeat, sive librum mercatoris, sive confessionem partis, sive ex magis verisimili contrahentium intentione argumentetur.

XV. Qui secundus dicit, & in hac provisionali materia defensoris locum tenet, primum [a] quidquid potest negat, *nemo autem, quod negat factum, rationem*

a §. 15. *Quidquid potest negat*] Inanes sunt actiones, nisi ea quæ in judicium deducuntur, etiam probentur. Cui verò id incumbat, actori an reo sæpe controverti solet. Ad quod dicendum est; si reus neget, actori id incumbendum: quia regulariter negantis per rerum naturam nulla probatio. *Albericus Gentilis Advocat. Hispan. lib. 2. cap. 6. Brunemannus ad l. 10. nu. 3. C. de non numerata pecun. l. 8. x. 15. C. de probatio. Mascardus de probatio. vol. 3. conclus.* 1093. *num.* 5. *Zasius ad tit. ff. de jurejur. ad l. Ait prætor §. Jurari num.* 11. Hinc *Asconius Padianus* ait; *testes tabulasquè facti dari solere; non facti non dari testes, nec prodesse à parte defensoris.* Ita tamen id intelligi debet, si sit negativa pura & indeterminata. *Gail lib.* 1. *de pace pub. cap.* 18. *num.* 14. nec habeat adjuncti loci aut temporis definitionem. *Durandus in speculo lib.* 2. *tit. de probatio.* §. 1. *nu.* 2. Si verò factum, quod negatur, sit loco & tempore circumscriptum, aliud dicendum est. Eodem refer negationem, quam DD. negativam juris & qualitatis vocant: ut ecce, si neget quis testatorem testamenti fa-

faciendi jus non habuisse; quæ negativa juris est, idcircò probanda. *Brunemannus ad l. 5. nu. 1. ff. de probatio. Cicero pro Domo*: *Nego, istam adoptionem pontificio jure esse factam: primum, quod hæ vestræ sint ætates, ut is, qui te adoptavit, vel filii loco per ætatem esse potuerit; vel eo quo fuit. deinde quod caussa quæri soleat adoptandi, ut & is adoptet, qui te adoptavit, qui quod natura jam assequi non potest, ut ne quis aut dignitate generum, aut de sacrorum religione muniatur. l. 5. §. 1. ff. de probatio.* Et ratio est; quia regulariter omnia permissa ac licita præsumuntur, quæ leges non vetant. *l. 11. C. de probatio.* Aliud exemplum describit Jureconsultus in *l. 5. ff. de prob.* Idem respondit, si quis neget emancipationem ritè factam, ipsum id probare oportere.

Ex *Articulo* 208. *Instruct. Cur. Supr.* **Den eysscher sal ontfange werde de ondertekening te bewijsen.**] Æquius videtur, cum ab utroquè probationes proferuntur, ut ille probet, qui affirmat sive ille sit actor sive reus. Actor igitur eam rem probare & deferre debet in publicam notionem, quæ munita sit testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis & luce meridiana clarioribus. *Gellius lib. 14. cap. 2. Mascardus de probatio. vol. 3. conclus. 1005. nu. 3. 4. Brunemannus ad l. 29. nu. 1. 2. ff. de judic. l. 15. 23. C. de probatio. Gudelinus de jure noviss. lib. 4. cap. 9. 10. l. 10. C. de non numerat. pecun. §. 4. J. de legat. l. 1. 4. 6. 12. 17. 21. 23. ff. de probatio.* Et in tantum hæc regula observatur: ut, si actor quod intendit non probaverit, reus omninò absolvatur, licet ipse nihil præstet & juris sui defectum confiteatur. Prædicta tamen intellige de quæstionibus facti, quæ solæ sunt objectum probationis; siquidem jus probari testibus aut instrumentis non potest, sed sola facta. Hæc ita quidem se habent, cum de jure scripto quæstio moveatur. Quid si agatur de probando jure non scripto sive consuetudine? Hæc utique ab actore probanda est. *l. 1. C. quæ sit longa consuetud.* Consuetudo enim cum facti sit, necessariò probanda est. Facta enim non præsumuntur, nisi probentur. Huic opinioni non obstat: quod consuetudo sit jus non scriptum, sicquè non probanda. Ad quod respondeo: id quidem verum esse de jure scripto: quod cum in publica monumenta redactum, certum est; nec necessaria ad id probatio. Secùs verò cum agatur de jure non scripto quod planè incertum est, & ex facto dependens, ideoquè probandum. Limita id non procedere

nem aut poteſt, aut debet, aut ſolet reddere [1]: Deinde argumenta & probationes adverſarii diluere ſatagit, aut certe ea obſcuritatis arguit; judicemque non niſi poſt pleniſſimam cauſæ cognitionem conſcientiam ſuam informare poſſe contendit.

XVI. Cauſa itaque utrimque perorata, Procuratores utriuſque partis ſtatim Commiſſariis exhibent, quæ ad cauſam ſuam firmandam munimenta facere judicant; & quidem nulla prævia editione adverſario facta; niſi quod actor, eorum quibus proviſionalis ſententiæ petitio innititur exempla, (ut puta Chirographi, Teſtamenti) ante cauſæ dictionem reo, quo paratior ſit, edere tenetur, ut & ſupra monuimus.

XVII. Si vero cauſa paulo fuſior ſit, & multa juris

1 *Cic. in partit. orat.*

cedere in notoriis. *Bartolus ad l. Utilitas num. 1. ff. de reſtitutio. in integr. Conſilia Batav. vol. 5. conſ. 10. Brunemannus ad l. pen. nu. 2. ff. de fide inſtrumentor.* Cicero *lib. 1. de inventione*: *Quæ perſpicuam omnibus veritatem continet aſſumtio, nihil indiget approbationis. Idem pro Cluentio Avito: Atqui ego illa non argumentabor, quæ ſunt gravia vehementer: eum corrupiſſe, qui in periculo fuit: eum, qui metuerit: eum qui ſemper ſingulari fuit audacia. multa ſunt hujuſmodi. Verum cum haberem rem non dubiam, ſed apertam, enumeratio ſingulorum argumentorum non eſt neceſſaria.* Non enim quæ manifeſta ſunt, ullam inſtrumentorum aut teſtium perductionem requirunt. *Ceraſius lib. 1. miſcellan. jur. cap. 16. à nu. 1. ad nu. 8.* Rectè *Æſchines contra Timarchem*: Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἀγνοουμένων, σαφεῖς ἴσως προσήκει τὰς ἀποδείξεις ποιεῖσθαι τὸν κατήγορον. περὶ δὲ τῶν ὁμολογουμένων οὐ λίαν ἔγωγε μέγα ἔργον νομίζω τὸ κατηγορεῖν. ἀναμνῆσαι γὰρ μόνον προσήκει τοὺς ἀκούοντας. *Nam fortaſſe convenit accuſatori, ut res ignotas perſpicuè probet. At in iis, quæ in confeſſo ſunt, haut magni operis puto, accuſare. Nam ſolum opus eſt refricare memoriam auditoris. Quintilianus lib. 5. cap. 12. In rebus apertis argumentari tam ſit ſtultum, quam in clariſſimum ſolem mortale lumen inferre.*

ris loca allegentur, potest etiam alteruter, vel uterque litigantium, Commissariis monitorium juris (*nobis* **een advertissement van rechten ofte deductie**) exhibere, in quo ratio juris reddatur, facta ad jus applicentur, probationes elucidentur, totaque materia planius explicetur.

XVIII. His ita peractis Commissarii, visis iis quæ à partibus tradita sunt, si sibi de tota re satis liquere putant, alterutri provisionalem adjudicant sententiam, qua de re statim latius agemus:

XIX. Sin minus, non liquere & amplius deliberandum censent, (*nobis* a **'t Hof hout de sacke in advijs**) & deinde post aliquod temporis intervallum, super petita provisione jus dicunt.

XX. Aliquando vero, auditis utriusque partis argumentis, à Commissariis, vel ad eorum relationem ab ipsa Curia, tota causa per definitivam sententiam deci-

a §. 19. **'t Hof houd de sake in advijs**] *Artic.* 144. *Instruct. Curiæ Holland.* Judices manifesta rei probatione destituti, si quid majoris momenti incidat, dicta factave in aliud tempus differre solent. *l.* 36. *ff. de re judic. Bort in tract. crimi. tit.* 1. *nu.* 24. *Wassenaer prax. civil. cap.* 1. *art.* 1. *nu.* 56. 57. *Corasius lib.* 7. *Miscellan. jur. cap. fin. nu.* 7. 8. 9. *lib.* 4. *cap.* 20. *num.* 12. *Cicero pro Cluentio Avito*: *Jam id ipsum quantæ divinationis est, scire, innocentem fuisse reum, quem fortasse nunquam viderat, cum homines sapientissimi, judices, ut nihil de iis, qui condemnarunt, caussa cognita, sibi dixerunt non liquere. Gellius lib.* 14. *cap.* 2. *Papegay vol.* 1. *pag.* 58. Quoties tamen de una parte liqueat, de ea sententiam ferre, aliam in suspenso tenere possunt. *Brunemannus centur.* 5. *decisio.* 41. *nu. fin.* Cæterum sciendum est, multum interesse inter ampliationem caussæ & absolutionem ab instantia. Ampliata namquè caussa, eadem instantia, idemquè manet judicium: contra, reo ab instantia obsoluto, nova iterum instantia necessaria est.

deciditur; sed hoc, nisi in causis levioribus, aut in exceptionum propositione, rarissimum est: de quibus omnibus infra latius dabitur tractandi locus.

XXI. Illud interea prætereundum non est, nupero Ordinum Hollandiæ decreto statutum, ut omnes causæ in jure consistentes, & testimoniorum ope non egentes, publice coram omnibus Senatoribus, tam in Suprema Curia, quam in Præsidiali Senatu, viva voce perorari possint: ita ut sine ullis præviis scripturis, (nisi aliter Curiæ videatur) editis tantum utrimque repertoriis, cum munimentis eo spectantibus, decisio causæ etiam per definitivam sententiam possit expectari, quæ res ad abbreviandas lites summopere conducit [1].

[1] *Poster. Ampl. instr. art. 47.*

LIBRI II. CAP. II.

De interlocutoriis judicum sententiis.

I. *Interlocutoria tendens ad compositionem:* II. *Conventus quomodo celebretur:* III. *Aliquando totalis compositio sequitur:* IV. *Aliquandoque ex parte:* V. *Acta quomodo fiant:* VI. *Per ea tota lis quandoque instruitur:* VII. *Regula conscribendi quæ?* VIII. *In causis juris:* IX. *In causis facti:* X. *In mixtis:* XI. *In ratiociniis paulo aliter scribitur:* XII. *Regula probandi:* XIII. *Articuli qui probari debent?* XIV. *Forma probandi:* XV. *Destructio probationum:* XVI. *Provisionalis sententia:* XVII. *Pro actore:* XVIII. *Pro reo:* XIX. *Pro neutro:* XX. *Appellatio ab interlocutoria Commissariorum, nobis reauditio:* XXI. *Quomodo petatur?* XXII. *Tempus petendi:* XXIII. *Consignatio 10 florenorum præcedat?* XXIV. *Quomodo ea tractetur?* XXV. *Hæc omnino appellationi assimulatur:* XXVI. *Et appellato communis est:* XXVII. *In regulam conscribendi non cadit retractatio:* XXVIII. *Appellatio à concessione mandati:* XXIX. *Gravamina:* XXX. *Curia non defert:* XXXI. *Reparatio gravaminum quomodo fiat?* XXXII. *Appellatio ab interlocutoria Senatus:* XXXIII. *Gravamina non necessaria cum retractatio cora n pleno Sena-*

tu fuit disputata: XXXIV. *Ab interlocutoria Senatus Præsidialis infra 1500 florenos non appellatur.*

I. DEduxit nos ordo ad ipsius judicis actus, qui consistunt [a] in sententiis interlocutoriis, aut in [b] definitiva: utraque aut est Commissariorum, aut totius Curiæ. Interlocutoria aut tendit ad causæ compositionem, aut ad ejus ulteriorem instructionem: ad instructionem spectat litis ordinatio, & provisionalis decisio. Nunc singulas partes latius prosequamur: [c] interlocutoria, quæ tendit ad causæ compositionem, hoc pacto concipitur, ut Commissarii sive Curia, per Graphiarium palamindicant partibus diem & horam conventus, ad ineundam si fieri potest transactionem, (*nobis* **te compareren voor Commissarisen op hope van accoord.**)

II.

a §. 1. *In sententiis interlocutoriis, aut in definitiva*] Nonnulli impugnant hanc divisionem: quia, uti dicunt, sententia est illa pronuntiatio, quæ totam litem finit, arg. *l.* 19 *§.* 1. *ff. de recept. arbitr.* Contra alii, etiam verbum *sententia* de interlocutione accipiunt, per *l.* 11. *C. sentent. & interlocutio.* Quia sc. aliàs ineptè verba hæc, *definitiva sententia*, adjungerentur. Quod ratione non caret: quoniam in *l.* 39. *ff. de minorib.* interlocutio etiam *sententia* vocatur.

b §. 1. *Definitiva*] Sententia definitiva est, quæ totam caussam absorbet & finit. *l.* 3. 11. *C. de sentent. & interlocutio. l.* 10. *C. unde vi. l.* 21. *§. fin. ff. ad SC. Velleja. Damhouder prax. civil. cap.* 216. *num.* 3.

c. §. 1. *Interlocutoria.*] Sententia interlocutoria est, quæ fertur inter principium caussæ & finem, non super principali sed super incidentibus vel emergentibus: puta super libello corrigendo, super dilatione danda vel deneganda, de testibus & instrumentis producendis, *l.* 9. *C. de sentent. & interlocutio. Papegay vol.* 1. *pag.* 58. *Merula prax. ciuil. lib.* 4. *tit* 91, *cap.* 1. *num.* 2. 3. *l.* 1. *§.* 2. *ff. de appellatio. l.* 14. *ff. de re judicat. l.* 32. *ff. de pæn. l.* 6. *§.* 7. *ff. de injusto rupto testa.* Neque interest, an illa ante vel post sen-

II. Is conventus hoc pacto peragitur, ut uterque litigantium, cum suis Advocatis & Procuratoribus se sistat coram Commissario, uno vel duobus, qui adjunctum sibi habet unum è Secretariis Curiæ; ibi Advocatus actoris, brevibus verbis statum quæstionis referre solet, suamque intentionem præcipuis argumentis stabilire, cui suo ordine contradicit Advocatus rei; eaque disceptatione audita, aut si paucos ante dies causam publice orari contigit, etiam omissa, a Commissarius rogat an non aliqua compositionis ratio possit inveniri, aut ipse rationem aliquam suggerit, partesque ad pacem hortatur.

III. Atque ita sæpenumero accidit ut aliquo dato vel accepto, aut aliis quibusdam conditionibus, totæ lites sopiantur; quod cum fit, neuter adversarii sui expensis oneratur, sed uterque suas proprias solvit, hoc enim maxime amicæ compositioni convenire videtur.

IV.

tentiam definitivam emergant: cum & post sententiam judex interloqui possit. *l. 15. §. 2. ff. re judic.* In dubium vocatur; an judex de incidentibus interloqui teneatur. Ad quod antequam respondeamus; videndum an sint incidentia an emergentia. De incidentibus quidam id negant: qualia sunt quæ ante litem contestatam orta: ut sunt exceptiones peremtoriæ: de quibus non tenetur interloqui; sed sufficit si in causa principali pronunciet. Si vero emergentia: ut sunt exceptiones dilatoriæ: item cum quæritur an dilatio danda, testes recipiendi: quibus casibus, ut volunt, interloqui judex tenebitur. Quid si exceptio peremtoria ad excludendum judicium proponatur? eo casu verisimile est, judicem etiam ad interloquendum teneri.

a §. 2. *Commissarius rogat an non aliqua compositionis ratio, &c.*] *Artic.* 50. *Instruct. Curiæ Holland. Ar-* 95. *Instruct. Curiæ Supr.* Judicis officium est, summa ope anniti, omnemque animi cogitationem eo dirigere, ut lites quovis honesto mo-

modo finiantur, & pax concordia firmetur. *H. Grotius de ju. belli ac pac. lib. 2. cap. 23. §. 8. nu. 3. l. 4. §. 1. ff. de alienatio. judic. mut. Papegay vol. 1. pag. 32. Gellius lib. 14. cap. 2.* Existimat enim vir gravis & regendæ reipub. princeps, & magna cum laude in foro versatus; nulla re magis, quam furiosa litium contentione rempub. lædi, ejusque tranquillitatem commoveri. *Covarruvias practic. quæst. cap. 23. nu. 1. 6. Nov. 42. cap. 1. l. 11. C. de judic.* Nam bonorum virorum est, ut ait *Plato, cives prius & amicos familiariter experiri, quam ad solemnes & legitimas actiones perveniatur. Artic. 134. Instruct. Curia Holland. c. 2. x. de Sent. & re judic.* Quid si partes nolint transactioni consentire? cogi nequeunt. *Nov. 124. cap. 4. Aristoteles lib. 8. Ethic. cap. 1. Mornacius ad l. 56. §. 1. ff. de evictio.* Suasoria enim hæc lex est, & extra necessitatem jurisdictionis posita; ideoque nullum ejus vinculum. *l. 47. ff. de reg. jur.* Ipsarum tamen partium litigantium interest, eo casu faciles se præbere admonitos à judice ad transigendum. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 3. cap. 25. §. 5.* Lites enim quietem & pacem innocentium perturbant: unde meritò *Hesiodus lib. 1. oper. & di. v. 19,* vocat *litem molestam.* Et lis litem parit. Idem *lib. 1. v. 30.*

Δίκην ἔτικτε, καὶ βλάβην βλάβη.

Lis litem parit, noxa item noxiam.

Tiraquellus de retractu municip. gl. 7. §. 20. 21. §. 5. num. 21. Lites magnos sumtus requirunt, quibus sæpè splendida patrimonia consumuntur. *tot. tit. C. de sportul. l. 79. ff. de judic. Auth. Offeratur C. de lit. contestatio. Juvenalis:*

Res deinde atteritur longo sufflamine litis.

Lites denique omnium malorum, inimicitiarum, & sæpè delictorum fomenta. *l. 13. in pr. C. de judic.* Nihil contra suavius est, spirantis otii aura, & alta securaque pace: nam ubi sollicitudo, ibi dejectio animi, turbata vitæ ratio, & quoddam veluti exilium. *Cicero de l. Agraria contra Rullum: Nihil,* ait, *tam populare quam pacem, quam concordiam quam otium reperiemus.* Et alibi: *Quid tam populare, quam libertas? quam non solum ab hominibus, verum etiam à bestiis expeti, atque omnibus rebus anteponi videtis. Quid tam populare quam otium? quid ita jucundum est, ut & vos, & majores vestri, & fortissimus quisque vir, maximos labores suscipiendos putet, ut aliquando in otio esse possit, præsertim in imperio & dignitate.* Consultissimum igitur est, ut otium negotio, & ad transigendum quam contendendum partes litigantes sint proniores. *H. Grotius de jure*

IV. Aliquando vero inter litigantes pro parte tantum convenit; utputa, ut alterutri lite pendente cedat fiduciaria possessio, aut simile quippiam; & pariter pacisci solent, quo pacto lis principalis ordinari & conscribi debeat.

V. Quicquid ita coram Commissario ad id deputato geritur, id Secretarius scripto mandat, cujus initium continet jussum Curiæ, nomen Commissarii ac Secretarii, itemque litigantium, ac Advocatorum & Procuratorum: tum vero subnectitur transactio, ac pactum illud de quo inter litigantes convenerit. Quæ omnia postmodum in mundum redigit Secretarius, & sua subsignatione firmat: hæc acta coram Commissariis, (*nobis* **verbalen ofte processen verbael**) dicuntur, magnique ad lites dirimendas usus sunt.

VI. Nam aliquando evenit, ut [a] in caussis levioribus aut celeritatem requirentibus, litigatores litem illico contestentur, actore petitionem suam, reo vero de-

belli ac pac. lib. 1. *cap.* 2. §. 8. *nu.* 3. 4. *cap* 1. §. 13. *num.* 1. *lib.* 2. *cap.* 24. §. 2. *nu.* 3.

a §. 6. *In caussis levioribus aut celeritatem requirentibus, litigatores litem illicò contestentur*] *Artic.* 175. *Instruct. Curiæ Supr. Papegay vol.* 1. *pag.* 39. 49. Judicium pro qualitate caussæ diversum est; nam aliud solemne ac ordinarium; aliud minus solemne ac extraordinarium. Ordinarium est, in quo legitima juris positivi forma observata, procedi solet. Extraordinarium, in quo nulla figura & nullæ juris positivi solemnitates observantur. *l.* 3. §. 1. *ff. ut in possessio. l.* 40. *ff. ad l. Aquil. l.* 1. §. 9. *ff. de stipulatio. prator. l.* 9. §. 1. 3. *ff. de offic. proconsul. clem.* 2. *de verbor. significatio.* Caussæ in quibus extraordinariè procedi solet: sunt leves, matrimoniales, minorum, viduarum, pauperum, possessoriæ, alimentorum, depositi, naufragii. *Neostadius decis. Curiæ Supr. decis.* 87. *l. pen. C. de naufrag. Auth. Nisi C. de sentent. ex pericul. Artic.* 201. 202. *Instruct. Curiæ Supr. Bort de retinend. possess. tit.* 9. *nu.* 1. *Papegay vol.*

vol. 1. *pag.* 5. *Christinaus ad ll. Mechliniens. tit.* 19. *art.* 4. *nu.* x. Sunt denique & graviores, in quibus absque strepitu & figura procedi solet. *Menula prax. civil. l.* 4. *tit.* 78. *cap.* 1. *nu. fin. Costalius ad l.* 3. §. *sciendum ff. ad exhibend.* An verò idem locum habeat in crimine læsæ majestatis, diversi diversum sentiunt. Probabilior est sententia existimantium, ob criminis atrocitatem id non permissum. Nam cum gravissimum sit crimen perduellio; iniquum esset de eo sine ullis solemnibus, quæ in processu aliàs ordinario requiruntur, cognosci. Prædictis non obstat, quod principes olim sine ulla judicii figura, ejusdem criminis reos condemnarint: quemadmodum historiarum monumenta referunt. Ad id respondemus, non spectandum, quid olim ab Imperatoribus factum; sed quid fieri æquum justumque sit: juxta illud *Claudiani*:

> *At non quid liceat, sed quid fecisse decebit,*
> *Occurrat, mentemquè domet respectus honesti.*

Paulus 1. *ad Corinth. cap.* 6. *&* 10. *Omnia mihi licent; sed non omnia conducunt: & omnia quidem licent: sed non omnia ædificant.*

Ex *Artic.* 262. *Instruct. Curiæ Supr.* **In arrest sal sommierlijck geprocedeerd werden**] *Durandus speculo lib.* 1. *tit. de offic. judic.* §. 8. *num.* 2. 20. *Hogerbeets in prax. judic. cap.* 7.

Ex eodem *Artic.* **De plano**]. Locus planus edito opponi solet. Hinc de plano cognoscere, idem est ac ex loco inferiori cognoscere. *l.* 9. §. 3. *ff. de officio procons. l.* 11. §. 6. *ff. ad l. Jul. de adulter.* Ergò de plano petere, rectè opponitur pro tribunali caussæ cognitionem desiderare. *clem.* 2. *de verbor. significat. Suetonius in Vitellio cap.* 9. *l.* 8. § *ult. ff. de damno inf. Seneca de Clementia*: *Hæc tamen magnanimitas in bona fortuna latiorem locum habet, meliusque in tribunali quam in plano conspicitur.* Quandoquè dicitur levato velo cognoscere: hoc est, aperta fore: ut in *l.* 5. *C. de naufrag.* Idque potissimum locum habebat in caussis levioribus & parvi momenti. In caussis verò gravioribus, & in iis quæ altiorem indaginem requirunt, vela obtendebantur, & à conspectu litigantium judices removebantur. Erat namquè moris, ut judices de caussis cogituri, convenirent in locum quendam: qui, quia secretus erat, *Secretum* vulgò appellabatur. Hoc secretum in primo aditu velum habebat: quod in caussis levioribus removebatur: id quod levato velo de caussa cognoscere & procedere dicebatur. *Plinius lib.*

defensiones, vel voce dictante, vel brevi scripto comprehendente, utroque vero paucos dies ad edenda instrumenta sumente, atque exinde postulante, [b] ut Commissarius totam causam ad Curiam referat, ut liti per sententiam finis imponatur, qua via longe expeditissima, multæ sæpe causæ terminantur.

VII. In aliis vero causis, si coram Commissario nec in totum neque ex parte conveniat, superest ut [b] à Curia detur regula conscribendi litem, quod etiam sine tali conventu per interlocutoriam suam facere Commissarii possunt, (*id nos* [c] **appoinctementen dispositijf** vocamus.

VIII. Hæc regula conscribendi ad ordinationem judicii pertinet, estque plurium fere generum: nam [d] in causis juris injungere solet Curia, ut instruantur

[a] per

lib. 19. *natur. histor. cap.* 1. Ratio, cur vela prætendebantur in caussis gravioribus; erat hæc: ut sc. judices causas, rationesque dubias, semota turba litigantium, accuratiùs possent perpendere.

a §. 6. *Ut commissarius totam caussam ad Curiam referat*] *Artic.* 149. *Instruct. Curiæ Holland. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 77. *cap.* 1. 2. *Papegay vol.* 1. *pag.* 39. 49. *Dambouder prax. civil. cap.* 155. *nu.* 2. 7. *cap.* 169. *nu. fin.*

b §. 7. **Appointementen dispositijf**] *Artic.* 50. *Instruct. Curiæ Holland. Damhouder prax. civil. cap.* 143. *nu.* 1.

c §. 7. *à Curia detur regula conscribendi litem*] *Artic.* 50. *Instruct. Curiæ Holland.* Quandoque alterutri partium id permittitur; sub pœna tamen expensarum litis ob retardatum processum, si postea aliter judici videatur. *Artic.* 170. *Instruct. Curiæ Supr. Ampliat. Curiæ Holland. artic.* 12. *An.* 1580. *Wassenaer prax. civ. cap.* 1. *art.* 1. *num.* 119. *Consilia Batav. vol.* 6. *in append pag.* 336.

c §. 8. *In caussis juris*] Omnis quæstio quæ apud magistratum, sive judicem inter litigantes incidit, aut juris dicitur, aut facti. *Pufendorf de jure natur. lib.* 4. *cap.* 2. §. 23. Quæstio juris est, cum constat id factum esse de quo lis est, nec ulla controversia inter litigantes an factum sit: sed tantum an jure factum sit. *Cicero pro Milone*: *Quid opus est tortore? quid*

quaris?

[a] per brevem causæ conjectionem, (*nobis* **memorien ende advertissement van rechten**) ab utraque parte tradendam, cum instrumentis quibus uterque uti velit. His visis, singulis integrum est iis opponere scripturam, quæ additamentorum sive additionalium nomine venit, (*nobis* **Additien**) & rationes juris, quæ ante fere omitti solent, comprehendit.

IX. [b] In caussis vero facti, Curia ordinare solet, ut per scripturas petitionis, defensionis, replicationis & duplicationis causa instruatur, atque inde testium fiat examinatio & productio, (*nobis* **acten maecken ende productie doen.**)

X. In mixtis vero, in quibus facta non exuberant, solet lis conscribi per easdem scripturas, petitionis,

quaeris? occiditne? occidit. Jure, an injuria? nihil ad tortorem. Facti enim in eculeo quæstio est, juris in judicio. Idem de partitio. oratoriis: Jurene occidit Opimius Gracchum. Duarenus lib. 1. disputat. anniverſ. cap. 41. ad tit. ff. de verbor. obligatio. cap. 122. ad tit. de probatio. cap. 1. l. 20. ff. de regul. jur. l. 16. ff. de statu homi. Quintilianus lib. 7. cap. 2. 3. lib. 3. cap. 8. in pr. Tullius secundo de Oratore: Jure ante omnia defenduntur, quæ sunt ejusdem generis, ut aut oportuerit, aut licuerit, aut necesse fuerit, aut impudentia, aut casu facta esse videantur.

a §. 8. *Per brevem caussæ conjectionem*] *Artic. 170. Instruct. Curiæ Supr. Damhouder prax. civ. cap. 143. nu. 4. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 49. cap. unic. nu. 9. 10. 11. tit. 57. cap. 1. nu. 1.*

b §. 9. *In caussis vero facti*] Caussa facti est, cum non constat, an factum sit id de quo lis orta est. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 20. §. 48. nu. 1. cap. 23. §. 4. nu. 1. Duarenus ad tit. ff. de probatio. cap. 1. Budæus ad ad l. fin. ff. de Senator. Cicero libro de inventione primo: Ac facti quidem controversia, in omnia tempora potest distribui. nam quid factum sit, potest quæri, hoc modo: Occideritne Ajacem Ulysses. l. 47. ff. de donatio. inter vir. l. 41. ff. de verbor. obligatio. l. 29. ff. de adquir. possessio. Tullius pro Milone: Et lator ipse legis, cum esset controversia nulla facti, juris tamen esse voluit. Wassenaer prax. civil.*

tionis, defensionis, replicationis, duplicationis, quas sequitur probationum exhibitio, sed sine testium examinatione & productione, (*nobis* **acten maecken ende productie doen.**)

XI. Hi sane conscribendi modi frequentissimi sunt; cæterum in materia ratiociniorum hoc singulare est, ut rationes redditæ dispungantur per scripturam, cui nomen oppositionis, (*nobis* **debath**;) huic is, qui rationes reddit, respondet per aliam scripturam, cui nomen contrariæ oppositionis, (*nobis* **contradebath**;) hanc iterum solvit adversarius per aliam, quæ solutio (*nobis* **solutien**) indigetatur; cui denique is, qui rationes reddit, opponit aliam scripturam, quæ solutio solutionis, (*nobis* **supersolutien**) nuncupatur.

XII. Et hæc quidem de regula conscribendi dicta sufficiant; sed cum ad ordinationem judicii etiam alia regula pertineat, quam regulam probandi non male quis dixerit, de ea quoque aliquid subjiciendum est.

XIII. Evenit aliquando, ut judex alterutrum litigantium deficere judicet in probandis iis, in quibus causæ cardo vertitur; sive de iis nihil, sive non satis probatum sit: & [a] solet tunc Curia per interlocutoriam declarare, rem nondum eo deductam ut lis per de-

vil. cap. 1. *art.* 1. *nu.* 182. *l.* 15. *ff. de verbor. obligatio.*

a §. 13. *Solet tunc Curia per interlocutoriam declarare, rem nondum eo deductam ut lis per definitivam terminari valeat*] Ad judicantis religionem spectat, in dicenda sententia diligentem animi consultationem, judicium verum adhibere; ne inconsulta judicandi ratio in gravem perniciem litigantes adducat. *Papegay vol.* 1. *pag.* 131. Nam etsi caussa, etiam juris rigor & æquitas nonnunquam postulet, ut controversiæ celeri sententia definiantur: rectius tamen faciet

definitivam terminari valeat, atque ita conventum sub spe compositionis, de quo supra egimus, indicere, & si ea non succedat, Commissario injungere, ut quæ deesse Curia judicat, ea partibus indicet, (*nobis* poincten van officien ofte difficulteyten openen.)

XIV. In eo conventu prius tentatis concordiæ rationibus, si ea inveniri non possit, Commissarius per Secretarium ex scedula legi jubet eos articulos, quos Curia probari velit sive ab actore, sive à reo, sive ab utroque; salva semper alteri parti defensione, & probatione in contrarium (*nobis* behoudens partyen haer debath ende bewijs ter contrarien.) hujus scedulæ exemplum sive quisque petit, & tempus ad satisfaciendum.

XV. Quo elapso, is, qui probatione oneratus est, scripturam exhibet, qua palam facit quibus modis voluntati Curiæ se satisfacere, aut quæ injuncta sunt ut minus ad rem facientia solvere posse putet, (*nobis* een schriftuer van voldoeninge ofte solutien) cui alter respondet per aliam scripturam cui solutio solutionis (*nobis* supersolutien) nomen esse diximus.

XVI. Nunc tempus est ut ad Commissariorum, sive Curiæ provisionalem decisionem accedamus, quæ tertia species interlocutoriæ adhuc tractanda superest; & in eo consistit, ut judex causa, sive voce dicentis sive

ciet judex, si de caussa non liqueat, aliquod tempus ad deliberandum adhibere. *Seneca lib.* 1. *ep.* 66. *Valerius Maximus lib.* 7. *cap.* 2. *l.* 8. *C. de donatio. l.* 11. *C. de liberali causs. l.* 1. *C. de sentent. & interlocutio. Lampridius in Alexandro Severo*: *Et quidem ita, ut iretur per sententias singulorum, ac scriberetur quod quisque dixisset, dato tamen spatio ad disquirendum cogitandumque priusquam dicerent, ne incogitati dicerent de rebus ingentibus.*

ſive ex ſcripturis, eatenus cognita, ut aliquid per modum proviſionis ſtatuere poſſit, ipſe ex animi ſui motu, pro actore vel pro reo proviſionalem ferat ſententiam.

XVII. Utputa pro actore, [a] ut reus teneatur tantam pecuniæ ſummam in judicio deponere, (*nobis* **conſigneren**) vel ut eam acceptis fidejuſſoribus actori annumeret, (*nobis* **namptizeren**) reddendam ſi poſtea aliter judicetur; [b] vel in poſſeſſoriis, ſi momentaneam poſſeſſionem (*nobis* **reſtabliſſement**) vel fiduciariam, (*nobis* **recredentie**/) vel etiam immiſſionem in poſſeſſionem (*nobis* **immiſſie inde poſſeſſie**) actori adjudicet.

XVIII. Pro reo vero, ſi clauſulam ſuſpenſivam appellationi adjectam (*nobis* **de clauſule van inhibitie**/) vel pœnalem, aut arreſti, (*nobis* **de clauſule penael ofte van arreſt**) Mandatis inſertam, revocet.

XIX.

a §. 17. *Ut reus teneatur tantam pecuniæ ſummam in judicio deponere*, (nobis **conſigneren**) *vel ut eam acceptis fidejuſſoribus actori annumeret*] *Artic*. 207. 209. *Inſtruct. Curiæ Supr. Ampliat. Curiæ Provincial. art*. 11. *An*. 1580. *Artic*. 3. *Inſtruct. Urb*. Sententiæ aliæ definitivæ, aliæ interlocutoriæ. Interlocutoriarum quædam inſtructoriæ & præparatoriæ; aliæ proviſionales. Proviſionales quod attinet; in iis cautio præſtanda eſt de reſtituendo, ſi in cauſſa principali aliter judicabitur. *l*. 3. §. 1. *ff. de collatio. bonor. l*. 5. *ff. de Carbonia. edict. l*. 7. §. 2. *ff. qui ſatisd. cog. Merula prax. civil. lib*. 4. *tit*. 33. *cap*. 3. *num*. 3. *Groenewege de ll. abrogat. ad l. unic. C. de probibit. ſequeſtratio. Papegay vol*. 1. *pag*. 65.

b §. 17. *Vel in poſſeſſoriis, ſi momentaneam poſſeſſionem*, &c.] *Artic*. 39. *Inſtruct. Curiæ Holland*. Prædicta etiam locum habent in cauſſis poſſeſſoriis, ne victus poſt non habeat, unde reſtituat: aliàs apud judicem depoſitio fieri debet, ſi hoc judici ſederit, donec lis finem accipiat. *Waſſenaer prax. civil. cap*. 12. *art*. 1. *num*. 18. *Gellius lib*. 20. *cap*. x. *Zypaus notit. jur. Belgic. lib*. 3. *de ſentent. H. Grotius in introduct. lib*. 3. *part*. 5. *nu*. 8. *Faber Cod. lib*. 7. *tit*. 15. *def*. 7.

a §. 19.

XIX. Aut etiam pro neutro, aut utroque potius, a si pos-

a §. 19. *Si possessionem rei controversæ*] Sequestratio est duplex; alia namque est voluntaria quæ ipsarum partium litigantium libera voluntate fit: alia necessaria sive judicialis. Voluntaria semper permissa ac licita habetur: quia quilibet habet liberam rerum suarum administrationem & liberum arbitrium. Non obstat quod à quibusdam solet objici: Quicquid judici non est permissum; id multò minus à partibus litigantibus fieri potest. Respondeo, id axioma non semper & ubiquè procedere: nam multa sæpè privatis conceduntur, quæ judici omnino interdicuntur, & contra. Sequestratio necessaria sive judicialis, quæ ab ipso judice, adhibita plenaria rei cognitione, decerni solet; regulariter prohibita ac interdicta est: ne sc. quis, dum lis pendet, commodo possessionis careat, & ne quis in possessione turbetur. *l. unic. C. de probibit. sequestratio. Alciatus lib. 6. Respons. consil.* 37. *nu.* 8. *Mevius ad jus Lubec. lib.* 1. *tit.* 5. *art.* 11. *nu.* 20. *c.* 1. *x. de sequestrat. possessio.* Sequestrationem verò esse speciem turbationis, nullus inficias ibit: quia fructibus interim & commodo possessionis possessor defraudatur. Nec quicquam movet *tit. C. de probibita sequest. pecun.* ex quo nonnulli conantur probare, in dicto titulo duntaxat pecuniæ numeratæ; non verò aliarum rerum sequestrationem prohiberi. Quandoquidem respondendum est: pecuniam non solum dici pretium, quo solemus quid emere; sed quandoque latè pro omnibus omninò rebus tam mobilibus, quam immobilibus: quomodo usurpatur in *l.* 222. *ff. de verbor. significat. Augustinus de disciplina Christiana; Totum, quicquid homines possident in terra, omnia, quorum domini sunt, pecunia vocatur. Servus sit, vas, ager, arbor, pecus, quicquid horum est pecunia dicitur.* Et rationem subjungit: *Ideo*, inquit, *pecunia, quia antiqui totum, quod habebant, in pecoribus habebant.* Amplius non contrariatur, quod objiciunt, in dicta lege unica agi non de actione reali, sed tantum personali: proindeque dicunt, in actione tantum reali sequestrationem prohibitam esse. Dicendum est, legem, actionem realem à personali planè non distinguere: imo licet distingueret; tamen inde nihil posset concludi: cum potius in hoc casu præstaret sequi regulam communem: *ubi est eadem juris*

Plin. lib. 18. *c.* 3.

possessionem rei controversæ, a ne partes ad arma veniant,

juris ratio, ibi quoque esse debet ejusdem juris dispositio. Excipiuntur tamen casus plurimi, in quibus sequestratio judicialis licita ac permissa habetur. Primus namque casus est: si in judicium vocatus, sit de fuga suspectus. Cujus rei ratio est: quia actor nihil aliàs à reo consequeretur: quo casu non tantum rerum; sed & ipsius etiam personæ licitè fieri potest sequestratio. Secundus casus est: si possessor re, de qua lis movetur, abutatur. *Boerius decis.* 293. *nu. fin. Damhouder prax. civil. cap.* 37. *nu.* 3. *cap.* 38. *num.* 5. *c.* 10. *x. de testib. Brunemannus ad l.* 62. *nu.*4. *ff. de judic. Papegay vol.* 1. *pag.* 128. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 24. *cap.* 10. *nu.* 3. *c.* 2. *x. de sequestr. possessio.* Tertius casus est: si vir suum patrimonium dissipet, etiamsi dote uxoris abstineat: quo casu etiam dos sequestrari debet: ne sc. uxor, omnibus bonis consumtis, cum liberis egeat. *l.* 22. *§.* 8. *ff. soluto matrimo. Bartolus ad l. Si autem num.* 2. *ff. eod. Duarenus ad dict. l.* 22. *ff. soluto matrimo.*

a *§.* 19. *Ne partes ad arma veniant*] Si de possessione vel quasi contendatur, & periculum sit armorum; quo casu judex jubere debet ut possessio sequestretur; & deinde videre, cui interim possessio debeat tradi: ne majoris tumultus detur occasio. *Busius ad l.* 5. 6. *ff. de deposit. nu.* 6. *Bort de retinenda possess. tit.* 1. *nu.* 7. 8. *tit.* 8. *nu.* 14. *l.* 13. *§.* 3. *ff. de usufruct. Mornacius ad l.* 3. *§. Ibidem ff. ad exhibend. l.* 3. *§.* 1. *ff. de officio procurator. Caesa. Faber Cod. lib.* 8. *tit.* 3. *def.* 20. *in additio. num.* 6. *Macrobius lib.* 3. *Saturnal. cap.* 17. Nec hanc sententiam infringit: ob periculum armorum sequestrationem fieri non debere: quemadmodum sentit eruditissimus *Goedaus in tract. de sequestr. possessio. cap.* 2. *n.* 44. Ad quod respondemus: si ob bonorum profusionem, & fugæ suspicionem sequestratio licitè fieri possit, ut jam diximus, & adversarii concedunt: nonne multò magis permissa habebitur si metus sit ne partes ad arma veniant, ex quibus plurima mala sæpè provenire solent? Cur enim ad arma & rixas judex pateretur procedere eos, quos potest sua jurisdictione coërcere? Dantur & alii quam plurimi casus, ob quos sequestratio à judice concedi solet: quos hic omnes recensere nimis longum foret. Amplius quæritur; an sequestratio ob metum armorum decernenda & jam decreta per cautionem tollatur?

niant, a sequestro committat; aut si quo alio modo de usu rei controversæ pendente lite disponat.

XX. Diximus, supra interlocutoriam tam à Commissariis quam à Curia ferri posse: nunc monendi sumus, quod aliquos effectus multum referre, utro modo

tur? Ad quod respondendum est: per cautionem nec decernendam nec jam decretam tolli. Ratio est; quia satisdatio præpositum malevolum non tollit, & damnum vix reparari potest. Quoties tamen ob periculum dilapidationis bonorum sequestratio facta est: eo casu cautio idonea admittitur ac sequestratio relaxatur: quia satis actori vel fidejussoribus vel pignoribus provisum est, cum suum vel à fidejussoribus vel ex pignoribus sibi datis in casum victoriæ possit consequi.

a §. 19. *Sequestro*] *Artic.* 39. *Instruct. Curiæ Holland.* Sequester vocatur, apud quem plures rem litigiosam deposuerunt. *Corasius lib. 3. miscellan. jur. cap.* 2. *nu.* 3. *Tertullianus*: *Hic sequester Dei atque hominum appellatus, & utriusque partis deposito sibi commisso. Gellius lib.* 20. *cap. fin. lib.* 2. *cap.* 12. *l.* 110. *ff. de verbor. significat. Cicero pro Cluentio Avito: Unus & alter dies intercesserat, cum reis parum certa videbatur: sequester & confirmator pecuniæ desiderabatur. Covarrubias ad jus civ. lib.* 7. *cap.* 4. *nu.* 6. Non dictus à sequendo: quia contendentes fidem ejus sequuntur, ut quidam autumant; sed quia ipse sequester sequitur litigantes, paratus rem litigiosam triumphanti restituere. Dissentit *Gerard. Vossius in Etymolog. in verbo Sequor.* Repudianda etiam eorum sententia, qui sequestrum ab arbitro nihil omnino differre existimant. Quid enim ad sequestrum litis compositio? Quid litis cognitio? Neque prædictis contrariatur *l.* 17. §. 5. *ff. præscript. verb.* Cum in opposita lege, nullum de sequestro sit verbum, nulla mentio; nihil quoque inde inferri potest. Amplius non obstat *Noctium Atticarum scriptor lib.* 20. *cap.* 11. Et hunc ictum etiam facilè eludimus; si sc. dicamus *Gellium* non dicere sequestrum cum arbitro convenire; sed tantum explicare quis proprie sit sequester.

Ex *Artic.* 39. *Instruct. Curiæ Provincial.* **Sequestratie**] Sequestratio vulgo definitur, rei litigio-

modo id fiat. [a] Si enim à Commiſſariis, partibus auditis, lata ſit interlocutoria, qui per eam ſe gravatum putat, poteſt ejus retractationem à Curia obtinere, petendo ut denuo, coram omnibus Senatoribus, aut certe longe majore eorum parte, cauſa diſceptetur

tigioſæ in tertium aliquem tranſlatio, ea conditione, ut res litigioſa poſt ſententiam triumphanti reddatur. *l.7.ff. depoſit.* 11. *§.* 1. *ff. ad exhibend.c. fin.x. de ſequeſtra. poſſeſſio.* Differt à depoſito: cum depoſitum ſit rei non litigioſæ; ſequeſtratio contrà rei controverſæ apud tertium aliquem depoſitio. Præterea ſemper ſequeſtrum fit à pluribus: depoſitum nonnunquam ab uno. Sequeſtrarium etiam differt ab arreſto: quia arreſtum tribuit pignus prætorium ac reale, non nuda ſequeſtratio; utpote ſolam rerum cuſtodiam reſpiciens, ne res auferantur. *l.5. C.quorum appellatio.* Arreſtum jure civili omninò incognitum: contra ſequeſtratio cognita. *tot. tit. C. de prohibita ſequeſtrat.* Sequeſtrum eſt depoſiti ſpecies, adeoquè contractus: arreſtum tantum quædam manus injectio. Ab hac ſententia recedunt *Myſingerus decad. 7. Reſponſ. 66. num. 14. Reſpo. 61. nu.38. Colerus de proceſſ. execut. part. 1. cap. 2. num.* 80.

a *§.20. Si enim à Commiſſariis, partibus auditis, lata ſit interlocutoria, qui per eam ſe gravatum putat, poteſt ejus retractationem à Curia obtinere*] *Artic.* 50. *Inſtructio. Curiæ Provincial.* Etſi judex qui alienam jurisdictionem exequitur, non pro ſuo imperio agat, ſed pro cujus mandato jus dicit: & ab eo cui quis mandavit jurisdictionem, non ipſe provocabitur. nam generaliter is erit provocandus ab eo cui mandata eſt jurisdictio, qui provocaretur ab eo qui mandavit juriſdictionem. *l. unic. C. qui pro ſua jurisdictio.* Hc die tamen cum delegatus ipſe ſit judex ordinarius, licet in cauſſa delegata repræſentet delegantem: indè à delegato ad delegantem rectè provocabitur. *Damhouder prax. civ. cap.* 155. *nu.* 6. *Conſilia Batav. vol.* 6. *in append. pag.* 307. 310. *Papegay vol.* 1. *pag.* 21. *Brunemannus ad l.* 1. 2. *ff. quis à quo appellet. l.* 32. *§.* 3. *C. de appellatio. Gail lib.* 1. *obſerv.* 121. *nu.* 1. 2. *c.*27. *§. porro x. de offic. de legat. c.* 14. *de offic. & poteſtat. judic. deleg. in* 6. *Groenewege de ll. abrog. ad l. un. C. qui pro ſua jurisd.*

tur (*nobis* **in reauditie komen aen het volle collegie:**) idque ipsum etiam in definitiva sententia à Commissariis lata locum habet, ut infra latius ostendemus.

XXI. Si quis igitur per aliquam interlocutoriam à Commissariis pronuntiatam, excepta conscribendi regula, (*nobis* **appoinctementen dispositijf**) læsum se existimat, oportet [a] intra triduum Graphiario insinuet, retractationem se ejus petere.

XXII. Nam post exactum triduum, ex stilo non audietur [1].

XXIII. Tum vero antequam causa peroretur oportet [b] consignet decem florenos, in mulctam retractationis frivole petitæ, hac lege, ut, si retractationem sequi contingat, ea pecunia ipsi restituatur [2].

1 Mer. lib. 4. dist. 4. sect. 4. tit. 5. c. 1. vide instr. Sen. Præs. art. 50.
2 Ampl. poster. art. 16.

XXIV. Postmodum dominis id admittentibus, in interiore Curiæ conclavi coram toto fere Senatu, ejus qui gravatum se queritur Advocatus dictat libellum, quo petit retractationem interlocutoriæ à Commissariis prolatæ, & ut Curia de novo, hoc aut illud ad suam intentionem, statuat, & adversarium in expensas condemnet. Ejus verò, qui interlocutoriam obtinuit Advocatus, è contrario contendit, petitorem à limine judicii repellendum, interlocutoriam vero à Curia approbandam, atque ita post replicationem

risd. Omphalius de civil. politia lib. 2. cap. 16.

a §. 21. *Intra triduum Graphiario insinuet*] Nullum dubium est, quin per appellationem sive reauditionem controversiæ sive lites in longius protrahantur: quare non sine urgenti ratione brevius spatium præfigitur. *Core Supr. Curiæ decis. 36. Papegay vol. 1. pag. 431. Merula prax. civ. lib. 4. tit. 52. cap. 1. nu. 5.*

b §. 23. *Consignet decem florenos*] *Merula prax. civ. lib. 4. tit. 52. cap. 1. nu. 5.*

nem & duplicationem dicere incipiunt.

XXV. Illud omnino notandum, hanc retractationis postulationem (*nobis* a **versoeck van reauditie**) per omnia fere speciem appellationis præ se ferre; nisi quod Commissarii qui interlocutoriam tulere, inter eos qui causam de novo audiunt annumerantur; & quod hæc, breviori temporis spatio circumscribitur.

XXVI. Unde cum disputaretur aliquando, an qui interlocutoriam obtinuerat, quam tamen sufficere sibi non credebat, petita ab adversario retractatione, posset & ipse, quemadmodum in appellatione fieri diximus, b gravamina sua proponere, & retractationem ejus quod sibi deesse querebatur petere; memini me id frequenti Senatu obtinere, rejecta quam adversarius proposuerat exceptione, in eo fundata, quod putaret alterum etiam retractationem petere & mulctam consignare debere: quæ tamen sententia, post publicatam postremam Ampliationem, magis invaluit.

XXVII. c Aliter in interlocutoriis, quæ regulam conscribendi continent (*nobis* **appoinctementen dispositijf**) observari modo monuimus; ab iis enim retractatio peti non potest: & ratio est, quod eæ sunt minoris momenti, cum maturando litem cito quis se ipsum omni præjudicio exonerare possit.

XXVIII. Et hæc quidem de interlocutoriis Commissariorum dicta sufficiant; nisi quod & hoc addi debet, esse quasdam quasi interlocutorias Commissario-

a §. 25. **Versoeck van reauditie**] *Papegay vol.* 1. *pag.* 431. 432. *Artic.* 50. *Instruct. Curiæ Holland.*

b §. 26. *Gravamina sua proponere*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 432.

a §. 27. *Aliter in interlocutoriis quæ regu-*

riorum Senatus Præsidialis, quæ partibus non auditis expediuntur: utpura cum in ipso litis ingressu conceduntur mandata arrestorum, aut pœnalia, aut alia cum insolitis clausulis; a à quorum concessione gravati ad Curiam Supremam appellare possunt, ita tamen,

regulam conscribendi continent (nobis **appointementen dispositijf**) *observari modo monuimus; ab iis enim retractatio peti non potest*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 431. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 110. *cap.* 3.

a §. 28. *A quorum concessione gravati ad Curiam Supremam appellare possunt*] *Artic.* 21. *Instruct. Curiæ Supr.* Jure civili regulariter à definitiva non verò interlocutoria provocatio admittitur. *l.* 7. *C. quorum appellatio. non recip. l.* 1. §. 2. *ff. de appellatio. Papegay vol.* 1. *pag.* 438. Excipiuntur tamen casus, in quibus appellatio ab interlocutoria recipitur. Primus casus est: si sententia interlocutoria definitivæ vim in se contineat. *Gail lib.* 1. *observ.* 130. *num.* 5. *observ.* 132. *nu.* 3. *l.* 4. §. 1. *ff. de appellatio. Consilia Batav. vol.* 1. *consil.* 180. *l.* 9. *ff. qui satisd. cogunt.* Cujus rei ratio est; quia sententia interlocutoria quæ definitivæ vim habet, idem effectus qui est sententiæ definitivæ. *Gail lib.* 1. *observ.* 155. *num.* 5. *Consilia Batav. vol.* 5. *consil.* 154. *Zypaus notitia juris Belgic. lib.* 3. *de appellat.* Secundus casus est: si actorum communium editio denegetur, vel fidejussores non idoneos judex pronuntiaverit. *l.* 9. *ff. qui satisd. cogunt.* Tertius casus est: si juramentum, sine ulla probatione & caussa alicui deferatur. *Boerius decis.* 305. *num.* 3. *l.* 11. & §. 1. *l.* 26. 28. §. *fin. ff. de jurejur. Mysingerus lib.* 1. *observ.* 39. Ratio est; quia juramento præstito non quæritur an verum, sed duntaxat an juratum sit. *l.* 26. *ff. de jurejur.* Ab his igitur & similibus sententiis interlocutoriis, eadem ratione ut à definitivis appellare leges permittunt. Ex juris Canonici dispositione, à quavis sententia etiam interlocutoria, & à quovis gravamine provocatio licita ac permissa habetur. *c.* 10. 11. *x. de appellatio. c.* 12. *de appellatio. in* 6. *Cujacius paratitl. C. quorum appellatio. non recip.* Moribus nostris in recipienda appellatione à sententia interlocutoria in inferioribus tribunalibus jus Romanum sequimur. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 7. *nu.* 1. 2. *C. quorum appellatio. non recip. Pa-*

men, ut prius in vigesimum à concessione aut citatione
1 *Ampl. instr. art. 3.* diem, 1 a gravamina sua (*nobis* **grieven**) Senatui Præsidiali offerre, eorumque reparationem petere teneantur.

XXIX. Hæc gravamina continent rationes, quibus quis contendit, hæc aut illa mandata cum talibus clausulis ita concedi non debuisse, quippe quæ sibi ni-

Papegay vol. 1. *pag.* 304. 305. *vol.* 2. *pag.* 271. *Wassenaer prax. civil. cap.* 24. *art.* 1. *nu.* 13. *Busius ad l.* 39. *ff. de minor.* In superioribus verò Curiis jus Canonicum observamus. *Artic.* 205. 215. *Instruct. Curia Holland. Artic.* 229. *Instruct. Curia Supr.*

a §. 28. *Gravamina sua* (*nobis* **grieven**) *Senatui Præsidiali offerre*] Si appelletur à sententia definitiva, sufficit provocantem dicere se gravatum & sententiam iniquam esse, nulla gravaminis caussa adjecta. *l.* 2. *ff. de appellatio.* Si verò appelletur ab interlocutoria, omnes gravaminis caussæ exprimendæ. *Artic.* 215. *Instruct. Curia Holland. c.* 63. *x. de appellatio. c.* 1. *de appellatio. in* 6. *Gail lib.* 1. *observ.* 119. *num.* 1. *clem.* 5. *de appellatio. Papegay vol.* 1. *pag.* 431. 433. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 111. *cap.* 4. *nu.* 3. 4.

Ex *Artic.* 263. 265. 266. *Instruct. Curia Supr.* **Willige condemnatie**] Litium abbreviandarum sæpe dicta clausula contractibus & instrumentis solet inseri, ut ex eo parata executio à Senatu decernatur. *Wassenaer prax. civ. cap.* 26. *artic.* 1. *nu.* 13. *c.* 5. *x. de dolo. clem.* 2. *de judic. Boerius decis.* 295. *nu.* 6. *Brunemannus ad l.* 26. *num.* 1. 2. *ff. de re judicata. l. unic. C. de confess. l.* 64. *ff. de re judicat.* Parte itaque altera tergiversante & non implente contractum, judici exhibetur instrumentum, qui sententiam fert partemque detrectantem condemnat. *Alciatus lib.* 2. *Respons. consil.* 62. *nu.* 12. *Parladorius lib.* 2. *Rer. Quotid. cap. ult.* §. 11. *num.* 1.

Ex *Artic.* 266. *Instruct. Curia Holland.* **Niet moge belet worde by appellatie**] Queritur an dicta à dicta clausula provocatio concessa? Dicendum quod non. Ratio est; quia non conceditur appellatio nisi ei qui per sententiam se gravatum conqueritur; quod hic nullo modo dici potest. *Core observat.* 2. 14. *Faber Cod. lib.* 7. *tit.* 19. *Defi.* 6. *l.* 21. *ff. de reb. credit. l.* 23. *ff. de appellatio. Dambouder*

der prax. civil. cap. 230. *num.* 3. Nulla enim injuria, ut dicitur, quæ in volentem fit. *l.* 1. §. 5. *ff. de jurejur. Corasius lib* 1. *miscellan. jur. cap.* 16. *num.* 2. Idem receptum est in sortis judicio; à quo etiam nec appellatio, nec in integrum restitutio recipitur. Fundamentum est, quia sors non habet superiorem, cujus dux ipse Deus est. Et hoc est quod vulgò dici solet: Deus regit sortes. *Proverbio. cap.* 16. *vers.* 33. Prædicta tamen intellige non de sorte divinatoria; sed de judiciaria, cui locus in caussis iis quæ alio modo expediri non possunt *l.* 5. *ff. famil. ercisc.* Hanc sententiam non non enervat, quod nonnulli dicunt: leges sortem expressè prohibere: proindequè ex adductis legibus nihil inferri. Simpliciter dicendum est: etiamsi leges nullam sortis mentionem faciant; non tamen id nostram opinionem aut argumentum evertere: quia quicquid in jure non expressis verbis prohibetur, pro concesso haberi placet, arg. *l.* 1. §. 1. *ff. de testib.* Immo sæpius in legibus sorte & fortuna id dicitur dirimi, quod alio modo explicari haud potest: quomodo *in* §. 23. *J. de legat. l.* 4.7. *C. episcop. & cleric.* Et quod magis est: sæpius in sacro codice sortis adhibitæ ab ipso summo Legislatore mentio: ut *Numero, c.* 33. *v.* 54.

Ex *Artic.* 9. 10. **Tractaet tusschen Holland en Zeeland** *An.* 1596. **Geensins appellabel sullen wesen eenige vonnissen / gewesen in processe by den Officier belijd / soo wanneer de selve mede brengen eenige capitale ofte corporele punitie.**] *Artic.* 99. 100. *Instruct. Curia Supr.* Regulariter in omnibus caussis quæ non reperiuntur exceptæ, appellatio admittitur: quia species defensionis quæ nulli auferenda. *l.* 6. §. 8. *ff. de injusto rupto testa. l.* 2. *C. de appellatio. Auth. Hodie C. eod. l.* 1. *ff. eod.* Homicida tamen, veneficus, insignis latro, dux seditionis, raptor virginum, si argumentis testibusquè sint convicti, aut etiam propria voce vitium scelusquè confessi, non audiuntur appellantes: sed sine ulla mora in prædictos sententia exequenda, dignisquè suppliciis afficiendi. *Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 12. *Cujacius paratitl. C. quorum appellat. non recip. l.* 6. §. *ult. C. de appellatio. l.* 13. §. *fin. ff. qui testa. fac. poss. Gomezius variar. resolutio. to.* 3. *cap.* 13. *nu.* 31. *de tortura reor. l.* 6. *C. de episcop. audient. l.* 29. *C. de appellatio.* Quis enim sacrilego indulgeat? quis adultero incestive reo ignoscat? Quis non raptorem virginum persequatur instantius? nul-

nullam plane accipiat vinculorum requiem: patiatur tormenta veneficus, homicida, parricidaquè quæ fecerit, pœnam ilicò expectet, omni provocationis auxilio remoto. *Alberic. Gentilis Advocat. Hispan. lib. 2. cap. 5. Seneca de Clementia lib. 2. cap. ult.* Nec prædictis obstat, quod non tantum ipse reus in caussis criminalibus; sed amici quoquè, omnesquè quorum interest: & quod magis est, quivis è populo ad provocandum admittatur: adeò quidem, ut licet ipse reus nolit, perire festinans, arg. *l. 29. C. de appellatio. & consultationib.* Breviter dicendum est; id specialiter ob atrocitatem criminis, homicidis, seditionum ducibus, veneficis, virginum raptoribus, similiumquè atrociorum criminum perpetratoribus, denegari. Quid si crimen metu tormentorum confessi; si contra se dixerint? ordinaria procedendi forma observata? His & similibus casibus, si nequè testibus convicti, nequè instrumentis prolatis, si sententia contra ipsos lata sit, & ipsi condemnati sint, aut minimè voce sua confessi fuerint, humanitatis consideratione, si tempora suffragantur, interponendæ provocationis copia non denegabitur. *Gail lib. 1. observ. 1. nu. 28. Zypaus notitia jur. Belgic. tit. de appellatio. c. 20. caus. 2. q. 6.* Latè ac doctè *Pet. Faber lib. 3. Semestr. cap. 5.*

Ex *Artic.* 104. 285. *Instr. Curiæ Supr.* **In materie possessoir sal geen propositie van erreur toegelaten werden**] Ratio est, quia omnis caussa possessionis quæ celeritatem desiderat, momento & celerrimè est finienda. *Papegay vol. 1. 119. 132. Bort de retinenda possess. tit. 1. nu. 48. 49. c. 10. 15. x. de restitutio. spol. Cujacius lib. 1. observ. 20. clem. 2. de verbor. significatio. Menochius de retinenda possess remed. fin. nu.* 48. Hinc omne interdictum, quod de possessione est, sive sit reformandæ, sive vindicandæ, sive repetendæ possessionis, momentum dicitur & momenti actio. *l. 8. C. unde vi.* Amputanda siquidem omnia sunt remedia, quæ moras solent nectere: ne quod beneficio celeritatis inventum est, subdatur injuriis tarditatis. Et generaliter dictum sit; ubi res moram non patitur, non permittitur appellatio. *l. 27. ff. de appellatio. recip.* In Hollandia aliisquè regionibus, à sententia super possessione lata, provocare licet: quod tamen ita exaudiri debet, cum de possessione ejusque momenti jus dicitur: licet provocatum sit, tamen sententia lata suum effectum sortitur, & caussa possessionis integra servatur. *Artic. 204. Instruct. Curiæ Supr.* Hinc

tritum

nimium pariant præjudicii? a sed iis nullæ probationes, nulla instrumenta adjungi possunt 1: rursus super contentis in iisdem non auditur ille ipse, qui mandata obtinuit. Atque ita visis dictis gravaminibus, & examinatis

tritum illud: In possessorio judicio quidem admitti provocationem quod ad vim devolutivam, non uerò quod ad suspensivam. *Mysingerus lib. 6. observ. 13.*

a §. 29. *Sed iis nullæ probationes, nullæ instrumenta adjungi possunt*] *Artic. 21. Instruct. Curiæ Holland. in caussis levioribus.* Quamvis appellatio quædam species defensionis, & ad iniquitatem judicantium introducta. *l. 1. ff. de appellatio. recip. c. 1. caus. 2. q. 6. l. 6. §. 1. C. de appellatio.* ut proinde nihil obstare posse videatur, quominus licentia pateat, in excercendis consultationibus, tam appellatori, quam adversæ parti novis etiam defensionibus utendi, quo excercitatis jam negotiis pleniore subveniatur veritatis lumine, dicta. *l. 6. C. §. 1. C. de appellatio.* Hodie tamen ob temeritatem appellantium, & ad lites finiendas, huic vulneri remedium adhibitum est, ne instrumenta quæ in prima instantia fuere omissa, in appellatione producantur. *Albericus Gentilis Advocat. Hispan. lib. 1. cap. 21. Brunemannus ad l. 3. nu. 4. ff. de appellatio. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 3. cap. 9. nu. 1. 2. 3. Postius in resolutio. resolut. 33. nu. 22. 23. Neostadius decis. Curiæ Supr. decis. 39.* Ratio est, quia appellatio non remedium iniquitatis: sed defensionis præsidium esse debet. *Cujacius paratitl. C. quorum appellatio. non recip.* His licet obstantibus, si ab inferioribus tribunalibus appelletur, quominus novæ probationes addi possint, nihil est quod obstat. *Groenewege de ll. abrog. ad l. 15. nu. 1. 2. C. de appellatio. ad l. 4. C. de temporib. appellatio. Faber Cod. lib. 4. tit. 15. def. 61. Wassenaer prax. civil. cap. 24. art. 1. nu. 11.*

Ex *Artic. 193. 194. 221. Instruct. Curiæ Supr. Artic. 21. Instruct. ejusdem Curiæ in causs. levioribus.* **Maar wel onder request civil**] Licet, ut jam dictum est, in supremis tribunalibus licentia non pateat novas assertiones à partibus litigantibus addendi: sed ex iisdem actis, an benè vel malè, sententia ferri debeat: tamen quominus sub libello civili & obtenta ad hoc supremæ Curiæ venia, nova addendi facultas detur, non repugnat. *l. 4. C. de temporib. appellatio. l. 37.*

minatis rationibus, Senatus in alterutram partem disponit, ut [a] aut rejiciat ea, aut illico reparet.

XXX. Prius solet fieri per hæc verba à Graphiario proferenda: *quod Curia non defert.* sive hoc intelligendum sit de gravaminibus, quod potius crediderim; sive de appellatione ab appellante interjecta: & tum solet appellans appellationem ad Supremam Curiam interjectam prosequi, quod antea facere non poterat.

XXXI. Alterum vero, cum declarat Senatus se reparando gravamina hoc aut illud statuere, ad appellantis scilicet intentionem, atque ita ei necessitas ulterius appellandi præciditur.

XXXII. Idem observatur in interlocutoriis ab ipso Senatu Præsidiali latis, ex ea juris regula, qua Doctores statuunt [b] sententias interlocutorias semper à judice

l. 37. in fi. C. de appellatio. Papon de arrest. lib. 19. tit. 8. art. 4. Neostadius Supr. Cur. decis. 39 Groenewege de ll. abrog. ad l. 4. C. de temporib. appellatio.

a §. 29. *Aut rejiciat, aut ilicò reparet*] *Boerius decis. 257. nu. 3. l. 21. §. 1. 24. ff. de appellatio. l. 6. C. eod. l. 2. ff. quando appelland. Albericus Gentilis Advoc. Hispanic. lib. 1. cap. 21.* Non obstat, quod sententia certa ferri debeat. Dicendum namque est, sententiam talem esse certam, quia refertur ad sententiam prioris instantiæ; quæ satis certa est.

b §. 32. *Sententias interlocutorias semper à judice revocari & mutari posse*] Regulariter judex posteaquam semel dixit sententiam, postea judex esse desinit. nam judex qui semel vel pluris vel minoris condemnaverit, amplius sententiam corrigere non potest. Semel enim malè seu bene functus est officio. *Cicero libro de inventione primo: Quintus locus est, per quem ostendimus, cateras res perperam constitutas, intellecta veritate, commutatas corrigi non posse: hanc esse rem, quasi semel sit judicata, neque ab alio commutari judicio, neque ulla potestate corrigi posse. l. 20. ff. de recept. arbitr. l. 1. C. sentent. rescindi*

scindi non posse. *Consilia Batav. vol.* 5. *consil.* 185. *Terentius in Adelphis:*

Mihi non videtur, quod sit factum legibus,

Rescindi posse.

Nec interest, pedaneus ille sit, an prætor vel proconsul. Licet igitur sententia ab eodem judice revocari non possit: tamen interpretari vel emendare eam potest. *l.* 4. §. 1. *ff. de appellatio.* Ratio est, quia emendando, interpretando nihil novi addit; sed potius eam confirmat. *l.* 36. §. *fin. ff. de donatio. inter vir.* Quid si malè interlocutus sit? poteritne eo casu sententiam interlocutoriam revocare; factaquè revocatione in caussa procedere? *Groenewege de ll. abrogat. ad l.* 14. *ff. de re judicat.* Quod dicendum: quia id turpe haberi non potest. Rectè igitur *Seneca*:

Non est turpe in melius mutare consilium.

Non obstat *l.* 6. §. *fi. C. de modo mulctar*: ubi dicitur, ne erubescenda varietate judicii pro arbitrio quod magistratus immutent quod semel jusserunt. Ad quod dicendum; ibi agi de mulctæ dictione in qua fisco jam omnino jus erat quæsitum. Vel quod l. loquatur de levi & temeraria revocatione.

Ex *Artic.* 216. *Instruct. Curiæ Holland.* **Die hen bevoelen sullen gegraveert by eenige sententie by onsen Raed in Holland gegeven / hoedanig die zyn/ sullen gehouden zyn daer af te appelleren**] Res judicata, definiente Jureconsulto Modestino, est, quæ finem controversiarum pronuntiatione judicis accipit: idque vel condemnatione vel absolutione contingit. *l.* 1. *ff. de re judic.* Hujus in omni jure maxima est auctoritas. *l. non mino. ff. de transactio.* Standum enim ei, si nullus error subsistit litigatori. *Cicero in partitionibus Oratoriis.* Non omnis tamen sententia, licet ab ea appellatum sit, transit in rem judicatam. Nam sententia contra manifestam juris formam lata, contra leges, vel Senatusconsulta, vel constitutiones principales, rei judicatæ vim non obtinent. *l.* 1. §. 2. *ff. quæ sentent. sine appellatio. rescind. l.* 2. *C. quando provoc. non est nec. l.* 4. *C. de sentent. & interlocutio. c.* 36. *x. de officio deleg. l.* 6. *C. de accusatio. l.* 14. *C. de procurator. l.* 4. §. 6. *ff. de re judic. l.* 17. *C. de fideico. libertatib. Mysingerus lib.* 4. *observ.* 63. *num.* 3. *l.* 11. *ff. de exceptio. & præscriptio.* Sed nec ea sententia, quæ in mortuum lata, in rem judicatam transit. Ad eundem quoque modum sententia rei judicatæ robur non accipit, quam ipse, qui vicit, dicit esse iniquam. Venalis quoq; sententia nec senten-

L. quod Tit 14. de re lic. ce revocari & mutari posse [1]; ideoque & hoc casu Senatus adiri debet per gravamina antedicta.

XXXIII. Cæterum nupero DD. Ordinum Decreto excipitur is casus, quando post sententiam Commissariorum retractatio coram pleno Senatu disputata fuit; tunc enim alteruter litigantium qui appellavit, non necesse habet gravamina sua exhibere, sed etiam absque iis, utpote re semel à toto Senatu cognita, appellationem suam recta via prosequi permittitur [2]. *Postr. Ampl. rt. 21.*

XXXIV. Etiam hoc eodem decreto cautum est; ut ab interlocutoria Senatus Præsidialis, a non excedente

tiæ, rei judicatæ vim potestatemque retinere potest. *l. 7. C. quando provoc. non est necesse.* His & similibus casibus, licet sententia ipso jure non teneat; in Gallia & Hollandia tamen, licet sententia nulla, non nisi per appellationis remedium emendari potest. *Cujacius paratitl. C. quando provoc. non est nec. Pekkius de regul. jur. ad regul. 21. Quod semel num. 1. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 90. cap. 1. num. 1. Groenewege de ll. abrogat. ad l. 51. ff. de evictio. nu. 2.* ad tit. *C. si adversus rem judicat. nu. 1. ad l. 13. ff. de institor. actio. nu. 2. 3. ad l. 1. ff. de fer. Christinaeus vol. 1. decis. 16. num. 6.* Quid si sententia à judice incompetente lata sit? eo casu etiam hodiè ob defectum jurisdictionis ea ipso jure rescinditur. *Alciatus lib. 6. Respons. consil. 1. nu. 1. l. 7. C. de jurisdictio. c. 3. x. de consuetud. Gail lib. 1. observ. 42. nu. 8. Groenewege de ll. abrogat. ad pr. tit. C. in quib. causs. restit. necess. non ê. ad tit. C. quando prov. non est necesse. Mysingerus lib. 4. observ. 63. num. 4.*

a §. 34. *Non excedente summam mille & quingentorum florenorum, omnino appellari non possit*] *Artic. 21. 103. 104. Instruct. Curiæ Supr. Artic. 21. Instruct. Curiæ Holland. in caussis leviorib. Artic. 20. Instruct. urb.* Appellatio regulariter non admittitur, nisi summam constitutionibus definitam superet. *Gail lib. 1. observ. 123. nu. 1. Mysingerus cent. 5. observ. 83. num. 1. cent. 6. observ. 15. num. 1.* Hinc receptum est, ut caussæ ipsius litigiosæ summa & litis æstimatio libello specialiter exprimatur. *Artic. 61. Instruct. Curiæ Holland. Ampliat. ejusd. Curiæ, artic. 4. An. 1579.*

te summam mille & quingentorum florenorum, omnino appellari non possit [1]. 1 Ead. Ampl. art. 19.

1579. *Brunemannus ad l. 4. nu. 2. ff. de restitutio. in integ. Gail lib. 1. observ. 123. nu. x.* Quod si omissum sit, totus processus suo vitio corruit, & sententia lata nullius momenti est: quia est nullitas ex defectu jurisdictionis quæ semper opponi potest. *Mysingerus cent. 3. observ. 89. l. 1. C. de pedan. judicib. l. 1. §. 1. ff. quod quisq. jur.* Nam, an judex competens, quid & quantum petatur, quam exactissimè attendi necesse est. *l. 18. 19. 20. ff. de jurisdictio.*

LIB. II. CAP. III.

De scripturis Advocatorum ante probationem.

I. *De brevi conjectione causa, nobis Memoria*: II. *Quid contineat?* III. *Utrimque conficitur*: IV. *Articuli*: V. *Probationes junguntur*: VI. *Cum repertorio*: VII. *Quid fiat quando quis non exhibet sua.* VIII. *Additionales qua?* IX. *Raro probationes admittunt*: X. *Et non sine venia*: XI. *Destructio earum*: XII. *Facti causa & mixta aliter conscribuntur*: XIII. *Per Petitionem*: XIV. *Responsionem*: XV. *Replicationem*: XVI. *Et Duplicationem*: XVII. *Non vero ulterius*: XVIII. *Curia mandatum de exhibendo*: XIX. *Repertorium cum probationibus*: XX. *Monitorium juris*: XXI. *In eo quid praestare debeat Advocatus*: XXII. *Testium examinatio, remissive*: XXIII. *In ratiociniis quomodo scribatur*: XXIV. *Scriptura post judicis interlocutoriam*: XXV. *Advocatus scripturas conficit & iis subsignat*: XXVI. *Indicem articulorum conficit Advocatus*: *Procurator vero repertorium*: XXVII. *Cui uterque subsignat*: XXVIII. *Scriptura in eremodicio usitata*: XXIX. *Contumax semper condemnatur in expensas.*

I. Superiore capite de interlocutoriis judicum sententiis & regula conscribendi actum est: nunc quid Advocatis in conficiendis iis, quas judex fieri im-

imperat, aut de quibus partes invicem cnnveniunt, scripturis observandum sit, porro videbimus. Et primo quidem loco se offerunt eæ scripturæ, quibus causæ juris deducuntur, (*nobis* a **Memorien ende advertissement van rechten.**)

II. Eæ primum nomina actoris & rei, deinde titulos Gubernatoris olim, nunc nomen Curiæ, tum vero repetitionem conclusionis, & solennem protestationem continent: postea sequitur narratio facti & juris exquisita, quam excipit mandati impetratio, ejusque executio, sive citatio rei, & libelli utrimque exhibiti tenor, (*nobis* **de conclusien ten wederszyden**) quanquam id fere per relationem ad acta publica fieri solet, & postremo loco regula conscribendi, & exhibitio scripturæ secundum eam regulam Curiæ factæ.

III. b Huic scripturæ similem scripturam opponit reus, in qua & ipse, per brevem causæ conjectionem, totum negotium ex sui animi sententia exponit.

IV. Utraque scriptura per articulos distinguitur, quorum numeri in repertorium (*nobis* c **inventaris van stucken**) referuntur ordine.

V. Iisque probationes applicantur, [d] singulis Alphabeti litteris insignitæ.

VI. Atque ita eæ scripturæ cum repertoriis & probationibus uno eodemque tempore Curiæ offeruntur,

a §. 1. **Memorien**] *Papegay vol.* 1. *pag.* 682.

b §. 3. *Huic scripturæ similem scripturam opponit reus*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 684.

c §. 4. **Inventaris van stucken**] *Papegay vol.* 1. *pag.* 768. 769.

d §. 5. *Singulis Alphabeti litteris insignitæ*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 768. 769. 770.

tur, quorum deinde exempla ſibi edi petunt litigantes.

VII. Quod ſi alteruter ſcripturam ſuam cum iis quæ eo pertinent ſtato tempore non exhibeat, renovatur mandatum exhibendi à Curia; a eoque ſæpius neglecto, Curia ad inſtantiam illius, qui ſua exhibuit, per eremodicium cauſam definit.

VIII. b Sed cum ſcripturæ utrimque ſunt traditæ, poſt earum editionem uterque litigantium parti adverſæ opponit aliam ſcripturam, cui nomen Additionales (*nobis* Additien) in qua poſitiones adverſarii perſpicue refutat, ſuas vero ſtabilit, & legum ac doctorum auctoritatibus munit: c ſed neutra earum alterutri parti communicatur, eſt enim hæc ſcriptura arcana; quæ à ſolis Senatoribus inſpicitur & examinatur, ne lites in immenſum excreſcant.

IX.

a §. 7. *Eoque ſæpius neglecto Curia, &c.*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 690. *nu.* 5.

b §. 8. *Sed cum ſcripturæ utrimque ſunt traditæ, poſt earum editionem uterque litigantium parti adverſæ opponit aliam ſcripturam, cui nomen additionales*] *Artic.* 129. 171. *Inſtruct. Curiæ Supr.* Notandum tamen eſt, concluſionem in cauſſa duntaxat poteſtatem probandi & inſtrumenti proferendi, eaque quæ ſunt facti præcidere; nam quæ juris ſunt, ſententia nondum prolata, copia addendi non denegatur: quia pro actis judiciariis non habentur. *Bort de retinenda poſſeſſ. tit.* 7. *num.* 91. *Zuchardus conſil.* 8. *num.* 4. Nam & ipſi judices, ſi quid à partibus eorumque Advocatis ſit omiſſum, vel ab aliis qui negotiis adſiſtunt, minus fuerit dictum, id ſupplere, & proferre, quod ſciant legibus & juri publico convenire, poſſunt. *tot. tit. C. ut quæ deſ. advocat.* Ratio eſt, quia quod ad judicem, nunquam in cauſſa concluditur.

c §. 8. *Sed neutra earum alterutri parti communicatur*] Hæ ſcripturæ cum duntaxat jura contineant, quæ movendo & inſtruendo judici inſerviunt: quare receptum eſt adverſæ parti eas non com-

IX. [a] Post Additionales nihil restat, nisi ut Curia sententiam ferat, non enim iis probationes ullæ adjungi solent, nisi per specialem Curiæ veniam, de qua postea agemus.

X. Ea autem per libellum supplicem obtenta, debent adversario articuli edi quas probare quis contendat, cum ipsis probationibus.

XI. Quibus deinde adversarius respondet per aliam arcanam scripturam, (*nobis* [b] **debath**/) qua argumenta & probationes adversarii diluit: &, si quidem ipse quid probare pariter velit, id ei invicem licet, ea lege, ut itidem articulos cum suis probationibus adversario edat: atque ita nihil facti ab alterutro allegatur & probatur, quod non communicetur parti adversæ. Factorum, quæ in Additionalibus quidem ponuntur, sed ita, ut judex eorum probationem aut injungere, aut negare possit, si ita è re esse videatur, itemque rationum & allegationum juris, alia est natura: nam eæ solius judicis religioni relinquuntur.

XII. Causæ quæ in facto mero consistunt, aut quæ mixtam naturam habent, alio modo conscribuntur, nimirum per scripturas quibus nomen est Petitionis, Responsionis, Replicationis & Duplicationis, (*nobis* [c] **schriftueren van eysch/ Antwoort/ Replijck ende Duplijck met middele**) de quibus Capite præcedenti.

XIII.

communicari. *Mascardus de probatio. vol.* 1. *quæst.* 17. *nu.* 51. *Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 12. *Gail lib.* 1. *observ.* 105. *nu.* 4. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 84. *cap.* 3. *num. fin. Artic.* 129. *Instruct. Cur. Sup. in fi.*

b §. 9. *Post additionales*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 690.

c §. 11. **Debath**] *Papegay vol.* 1. *à pag.* 712. *ad* 720.

d §. 12. **Schriftueren van eysch / antwoort/ replijck ende duplijck met middelen**] *Papegay vol.* 1. *pag.* 696. 697. 698. 699. 700.

a §. 16.

XIII. Et actor quidem suam petitionem per articulos factam exhibet atque adversario edit, continentem actoris & rei nomina, diligentem factorum exegesin, & summam petitionis, facta in fine relatione ad libellum, sive conclusionem actis insertam; nisi quod aliquando, si regula scribendi ita dictata sit, libellus sive conclusio ipsi scripturæ petitionis subnectitur.

XIV. Reus visa hac petitione suam intentionem complectitur ea scriptura, quæ nobis Responsio (antwoordt middelen) indigetatur, & omnes actoris positiones κατὰ πόδας refutat, seque in cæteris ad ea quæ actis inserta sunt refert, nisi quod aliquando, ubi actori id licuit, libellum quoque suum sive conclusionem scripturæ Responsionis subjicit.

XV. Actor post hujus scripturæ editionem, per modum Replicationis allegata à reo tentat elidere, suas vero positiones novis argumentis firmare.

XVI. Cui postremo a reus objicit suam duplicationem, quæ scriptura agmen claudit.

XVII. Neque enim moribus nostris ulterius, per Triplicationem aut Quadruplicationem, scribendi datur

a §. 16. *Reus objicit suam duplicationem, quæ scriptura agmen claudit*] *Artic.* 14. *Instruct. Curiæ Holland. in caussis leviorib. Ampliat. An.* 1580. *Artic.* 12. Exceptio actorem excludit: replicatio reum: & contra replicationem solet dari triplicatio, & contra triplicationem rursus, & deinceps: dum aut reus aut actor objicit. *pr. J. de exceptio. l.* 2. *§.* 3. *J. de replicatio.* Quibus ut modus adhibeatur, & ne lites in infinitum extendantur; moribus nostris ultra duplicationem procedi non solet. *Papegay vol.* 1. *p.* 299. *Wassenaer prax. civil. cap.* 1. *artic.* 1. *nu.* 109. 110. *Groenewege de ll. abrog. ad §.* 2. *J. de replicatio. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 46. *cap.* 1. *nu.* 4. 5.

a §. 17.

datur facultas, [a] nisi forte negotio id exigente à Curia permittatur, quod tamen raro fieri consuevit.

XVIII. [b] Si alteruter litigantium ad constitutum diem suas scripturas non exhibeat, solet Curia jussiones suas iterare, aut si iis non pareatur, eremodicium, ut diximus, instituere,

XIX. Post exhibitas utrimque scripturas supradictas in mixtis causis, quibus inservit regula conscribendi media, (*nobis* **acte maecken ende dienen**) uterque litigantium sub repertorio omnes suas probationes & testimonia cum annotatione articulorum Curiæ offert, eorumque exemplum adversario dat, & vicissim accipit.

XX. Postmodum uterque quæ juris sunt & quam maxime ad decisionem negotii pertinent, in unum quasi fascem solent congerere, per monitorium juris (*nobis* [c] **Advertissement van rechten**) quod adversario non communicatur.

XXI. In quo vel maxime se probant labor Advocati & industria; ut nimirum rationes juris clare & perspicue proponat; nihil, quod quidem jugulum causæ

[a] §. 17. *Nisi forte negotio id exigente à Curia permittatur*] *Nov.* 115. *cap.* 2. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 46. *cap.* 1. *num.* 4. *Artic.* 14. *Instruct. Curiæ Holl. in cauf. leviorib.*

[b] §. 18. *Si alteruter litigantium ad constitutum diem suas scripturas non exhibeat, solet Curia jussiones suas iterare*] Regulariter, ut supra dictum est, dilatio probatoria est peremtoria. *Wesembecius ad tit. ff. de fer. nu.* 9. *l.* 1. 6. *C. de dilatio.* Quandoque tamen judex instrumentorum vel personarum gratia motus, spatium instructionis, secundum locorum angustias impertiri solet: & maximè si aliquid inopinatum emergat. *Gail lib.* 1. *observ.* 91. *nu.* 2. *Zazius paratitl. C. de dilatio. Nov.* 115. *cap.* 2.

[c] §. 20. **Advertissement van rechten**] *Papegay vol.* I. *pag.* 790.

a §. 23.

causæ petat, indictum sinat; sed ita tamen, ut ne extra oleas vagetur, ne ex nimia verborum superfluitate judici tædium creet.

XXII. At vero in iis causis, quæ in mero facto consistunt, post dictarum scripturarum editionem, solet Commissarius ad id à Curia deputatus, testes ab utroque litigantium productos audire, eorumque dicta in Codicem referre, ex conscribendi regula, (*nobis* [a] **acten maecken ende productie doen**;) sed de his Capite proximo dabitur latius loquendi locus.

XXIII. In materia ratiociniorum diximus alio nomine scripturas vocari, nimirum eam scripturam per quam rationes dispunguntur, dici [a] **debath**; alteram, qua rationes defenduntur, [c] **contradebath**; tertiam, qua administratoris argumenta planius & plenius discutiuntur, [d] **solutien**; quartam vero, [e] **supersolutien.** Sed de his nihil specialiter dici opus est, cum eæ scripturæ fere conficiantur ad eundem modum, quo Petitio, Responsio, Replicatio, & Duplicatio comprehendi solent.

XXIV. Ut nec de scripturis, quæ post judicis interlocutoriam conficiuntur, (*nobis* **voldoeninge ofte solutien / supersolutien**) quia ejusdem sunt naturæ cum superioribus.

XXV. Illud generale est, ut [f] omnes hujusmodi scripturæ ab Advocatis conficiantur, à Procuratoribus

a §. 23. **Debath**] *Papegay, vol.* 1. *pag.* 793.

b §. 23. **Contradebath**] *Papegay vol.* 1. *pag.* 795.

c §. 23. **Solutien**] *Papegay vol.* 1. *pag.* 1. *vol.* 796.

d §. 23. **Supersolutien**] *Papegay vol.* 1. *pag.* 797.

e §. 23. *Omnes hujusmodi scripturæ ab Advocatis conficiantur*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 690.

bus vero in mundum redigantur, & deinde ab Advocatis subsignentur, ut Curiæ de earum scripturarum fide constet.

XXVI. In repertoriis illud speciale est, quod index articulorum & probationum ab Advocatis conficiatur (*nobis* **een calendrier**) è quo Procuratores repertoria sua latius extendunt, (*nobis* **inventaris maken.**)

XXVII. Quibus tandem ab utroque subscribitur.

XXVIII. Fecimus supra aliquoties mentionem eremodicii, quod hoc modo perficitur, ut post citationes legitime factas, & defectus obtentos, aut contumaciam quoties res postulat (qua de re supra egimus) à judice declaratam, qui tali casu jus sibi dici postulat, ad probationem admittatur, & tum Curiæ scripturam exhibeat totius causæ momenta continentem, cnm idoneo repertorio, & munimentis aut testimoniis quibus judici de justitia suæ causæ fidem facere se posse sperat. Ei scripturæ quia intentionem unius è litigantibus complectitur, apud nos à primis (ut olim concipi solet) verbis, nomen est a *intendit*: qua visa, si Curiæ probationes sufficere videntur, pro eo qui eremodicium urget pronuntiari solet; sin minus, aut absolvitur pars adversa, b aut juramentum actori defertur, aut sententia fertur

a §. 28. *Intendit: qua visa, si Curiæ probationes sufficere videntur, pro eo qui eremodicium urget, pronuntiari solet*] Si actor quod intendit perfectè & plenè probaverit, nihil restat, quam ut reus condemnetur. *l.* 13. §. 2. 4. *C. de judic.* Quid si actor in probatione deficiat? reus absolvendus erit. *Artic.* 3. *Instruct. Urbi. l.* 73. *ff. de judic. Gellius lib.* 14. *cap.* 2. *lib.* 5. *cap.* 10. *Valerius Maximus lib.* 2. *cap.* 2. *Brunemannus ad l.* 73. *nu.* 1. *ff. de judic. Papegay vol.* 1. *pag.* 27.

b §. 28. *Aut juramentum actori defertur*] *Artic.* 253. *Instruct.* *Curiæ*

Curiæ Supr. Artic. 3. *Instruct. Urb. Artic.* 108. *Instruct. Cur. Holland.* Si verò nihil sufficiens actitatum sit: ex quo possit termino caussæ certa fieri conjectura, juramentum in supplementum probationis hodiè deferri solet: quo casu semiplena & minus perfecta probatio jurejurando suffulta & adjuta, perfectam probationem efficit. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 53. *cap.* 1. *nu.* 4. *Auctor ad Herennium libro secundo: Ab argumentis, & signis, & cæteris locis, quibus augetur suspicio, hoc modo convenit: cum multa concurrant argumenta, & signa, quæ inter se consentiant, rem perspicuam non suspiciosam videri oportere.* Cicero de partitio. Oratoriis: *Verisimilia autem partim singula movent suo pondere, partim etiamsi videntur esse exigua per se, multum tam cum sint coacervata, proficiunt. Quintilianus lib.* 5. *cap.* 12. Non obstat, quod vulgò dicitur: duas imperfectas probationes unam perfectam non facere. *l.* 2. §. 9. *ff. de excusationib. tutor.* Dicendum, id locum habere, quoties duæ semiplenæ probationes ad longè alios ac diversos fines tendunt: non verò si unum eundemque finem respiciant. Cæterum, in caussis criminalibus duæ pluresquè probationes imperfectæ conjunctæ non probant: quia in iis probationes munitæ idoneis testibus vel apertissimis documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis, & luce meridiana clariores necessariæ sunt. *Menochius de præsumtio. lib.* 1. *quæst.* 41. *num.* 8. *Boerius decis.* 164. *nu.* 1. *l.* 16. *C. de pœn. Gail lib.* 2. *observ.* 94. *nu.* 3. 8. *l.* 5. *ff. de pœn. Cicero pro Cluentio Avito: Primum igitur illud est, ex quo intelligi possit, debuisse Cluentium magnopore caussæ confidere, quod certissimis criminibus, & testibus fretus ad accusandum descendit. Idem pro Roscio Amerino: Quod in animis noxiis, & in his levioribus peccatis, quæ magis crebra, & jam propè quotidiana sunt, maxime, & primum quæritur, Quæ caussa maleficii fuerit: id Erucius in parricidio quæri non putat oportere: in quo scelere, judices, etiam cum multa caussæ convenisse unum in locum, atque inter se congruere videntur, tamen non temere creditur, neque levi conjectura res penditur, neque testis incertus auditur, neque ingenio accusatoris res judicatur. Cum multa antea commissa maleficia, tum vita hominis perditissima, tum singularis audacia ostendatur necesse est: neque audacia solum, sed summus furor, atquè amentia. hæc enim cum sint omnia, tamen exstent oportet expressa sceleris vestigia, ubi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium sit admissum. quæ nisi multa, & manifesta sunt,*

tur interlocutoria, per quam planior & plenior ei injungatur probatio.

XXIX. Illud in hac ſpecie perpetuum, [a] ut is, qui judicium fugit, ſive cauſa cadat ſive non, in impenſas litis condemnetur, utpote [b] qui jus dicentis juriſdictionem contemſit [1]: verum enimvero qui poteſtatem ſui judici non facit, ea ſola de cauſa, (utpote cum contumacia non ſit vera, ſed ficta probatio,) per definitivam condemnari nequit [2].

profecto res tam ſceleſta, tam atrox, tam nefaria credi non poteſt.

a §. 29. *Ut is, qui judicium fugit, ſive cauſa cadat ſive non, in impenſas litis condemnetur*] *Art.* 108. *Inſtruct. Curiæ Holland.* Reus contumax ſive vincat ſive non, ſemper in expenſas condemnandus eſt. *Bort in tract. criminal. tit.* 5. *nu.* 115. 116. *Brunemannus ad l.* 73. *num.* 1. *ff. de judic. Papegay vol.* 1. *pag.* 27. *Conſilia vol.* 3. *conſil.* 174. *Cujacius ad Nov.* 69. *Gail lib.* 1. *obſerv.* 151. *nu.* 14.

b §. 29. *Qui jus dicentis juriſdictionem contemſit*] *l.* 73. *§. ult. ff. de judic. l.* 13. *§.* 3. 4. *C. de judic. Carpzovius lib.* 3. *Reſponſ.* 27. *tit.* 3. *nu.* 5. 6. *Myſingerus lib.* 4. *obſerv.* 67. *in fin.*

LIBRI II. CAP. IV.

De probationibus.

I. *Probatio juris & facti*: II. *Probatio juris per additionales.* III. *Monitorium juris*: IV. *Per Deductionem*: V. *Probatio facti*: VI. *Per præſumtiones juris & de jure*: VII. *Vel juris*: VIII. *Vel hominis*: IX. *Per confeſſionem*: X. *Plenariam*: XI. *Minus plenam*: XII. *Per jusjurandum*: XIII. *Suppletorium*: XIV. *Deciſorium*: XV. *An jurandum cum nihil probatur, remiſſive*: XVI. *Per inſtrumenta*, XVII. *Publica*: XVIII. *Privata*: XIX. *Per teſtimonia*, XX. *Teſtium numerus apud nos*: XXI. *Et Siculos*: XXII. *Teſtes quomodo deponant*: XXIII. *Modus audiendi teſtes*: XXIV. *Commiſſarius*, XXV.

XXV. *Testium citatio:* XXVI. *Articuli partis adversæ,* XXVII *Examinatio testium* : XXVIII. *Depositio* : XIX. *Renuntiatio productionis ulterioris* : XXX. *Testes ad perpetuam rei memoriam* : XXXI. *Quomodo audiantur?* XXXII. *Quomodo liti jungantur?* XXXIII. *Examen testium extra Provintiam* : XXXIV. *In magnis caussis vix fit* : XXXV. *De reliquo remissive.*

I. Deduxit nos ordo telæ judiciariæ ad ipsam probationum materiam, quæ cum latissime pateat, pauca tantum in gratiam juniorum delibasse sufficiat. a Probatio omnis aut versatur circa quæstiones juris, aut facti.

II. In quæstionibus juris hoc solum requiritur, ut judex de jure partium instruatur, quod in litibus quæ scripto comprehenduntur fieri solet per Additionales (*nobis* **Additien.**)

III.

a §. I. *Probatio*] Probatio est rei controversæ & incertæ, instrumentis vel testibus facta demonstrati. *l. 6. ff. de probatio.* Illa verò dividitur in plenam & minus plenam. Plena est quæ judicem certum facit, & ad litem dirimendam sufficit: qualis est quæ fit per duos sive plures testes; vel per instrumenta: quæ probationes indubitatæ vulgò appellari solent. *Deutero. cap.* 17. *v.* 6. *c.* 4. *x. de testib. l.* 3. *ff. eod. c.* 13. *x. de probatio- nib. l.* 23. *C. eod. Gail lib.* 2. *observ.* 94. *num.* 10. Semiplena probatio est, quæ judicem non plenè instruit: qualis est, quæ fit per unum testem, vel per privatam scripturam. Plenæ probationes & semiplenæ dividuntur in ἔντεχνα, rei sitæ; vel ἄτεχνα atquè remota à re. *Quintilianus* transtulit *artificialia & inartificialia. Duarenus lib* 1. *disputatio. anniv. cap.* 27. *Aristoteles lib.* 1. *Rhetoric. cap.* 1. *Quintilianus lib.* 5. *cap.* 8. 9. 10. Artificialis κατ' ἐξοχὴν probatio dicitur, quæ nullius arte invenitur: ut sunt tabulæ, testes, tormenta, rumor, fama. Inartificialis, quæ ex ipsa caussa ab Advocatis depromitur ex argumentis & consequentiis deducitur, judicio atque arte quadam applicatur ex signis, præsumtionibus, exemplis, & artificio quodam indiget, & in disputatione oratoris sita est. *Cicero libro de Oratore secundo* : *Ad probandum autem*

III. Vel per monitorium juris (*nobis* [a] een Advertissement) ut & supra monuimus: Ideoque in repertoriis (*nobis* inventarisen) omnes isti articuli in scripturis occurrentes, qui juris esse putantur, silentio transeuntur & tacite ad Additionales vel monitoria rejiciuntur, vel, si ea forte non exhibeantur, scientiæ judicis committuntur.

IV. Illud peculiare in iis scripturis quas Deductiones (*nobis* Deductien) vocari supra diximus, ut eæ repertoria non requirant, sed in iis, simul cum deductione causæ, singulis capitibus suæ subnectantur probationes, singulis Alphabeti litteris in ipsa deductione notatæ, quæ res magni ad accelerandam causæ instructionem est momenti. Potest itaque hæc productio probationum, quæ una opera per deductionem fit, non immerito minus plena appellari, cum plenam productionem per repertorium (*nobis* [b] inventaris) fieri constet.

V. In probatione eorum quæ in facto consistunt, consideranda præcipue sunt ea per quæ fit probatio:[c] ut sunt

duplex est oratori subjecta materies: una rerum earum, quæ non excogitantur ab oratore, sed in re sitæ, ratione tractantur: ut tabulæ, testimonia, pacta conventa, quæstiones, leges, senatusconsulta, res judicatæ, decreta, responsa, & reliqua; si quæ sunt, quæ reperiuntur ab oratore, sed oratorem à caussa, atque reis deferuntur. Altera est, quæ tota in disputatione, & argumentatione oratoris collocata est. Gerard. Vossius lib. 1. Institut. Orator. cap. 2. §. 2.

a §. 3. Een Advertissement] *Papegay vol.* 1. *pag.* 745.

b §. 4. Inventaris] *Papegay vol.* 1. *pag.* 768.

c §. 5. *Ut sunt præsumtio, instrumenta*] Probationum genera sunt instrumenta, præsumtiones: *tot. tit. ff. de probatio. & præsumtio. tot. tit. ff. de fide instrumentor.* Præsumtio est argumentum emergens ad credendum factum, antequam de eo clarè & perspicuè constet. *Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 5. *cap.* 24. *num.* 2. Et illa oritur à fama, à

ſunt præſumtio, a confeſſio, b jusjurandum, inſtrumenta, vel c teſtes eorumque teſtimonia.

VI.

à facto, à jure. quæ verò à jure oriuntur, aliæ dicuntur præſumtiones juris & de jure: aliæ hominis. *Omphalius dicto loco nu n. 1.* Propriè præſumtio verè probatio non eſt; ſed tantum quædam opinatio & judicium ex præſumtionibus ortum.

b §. 5. *Confeſſio*] Confeſſio potius demonſtratio quam probatio dici debet: quippe partis confeſſio rem ita ſe habere verè demonſtrat. Non malè tamen confeſſio judicialis probatio dici poteſt, cum allegatur, & prò argumento in judicio producitur, & judici facit fidem. *Cicero pro Ligario: Habes igitur Tubero, quod accuſatori maximè optandum eſſet conſitentem reum. Tum enim noſtra ſpes poſita erat in defenſione mea, nunc in confeſſione adverſarii. tum in noſtris, nunc verò in illorum teſtibus.*

b §. 5. *Jusjurandum*] Jusjurandum, definiente Tullio, eſt religioſa affirmatio, quæ fit Deo teſte, & ſi ſciens fallat, vindex invocatur. *Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 20. §. 45. nu. 2. l. 2. cap. 13. §. 10. §. 1. num. 3. Cujacius paratitl. C. de reb. credit. Juſtinus lib. 24. hiſtor. cap. 2. Virgilius:*

Jupiter omnipotens adigat me fulmine ad umbras,
Pallentes umbras Erebi, noctemque profundam.

Rectius fortè Cicero dixiſſet; eſſe jusjurandum affirmationem & negationem: nam jurans, non ſemper in jurando quid affirmat, ſed quandoque etiam negat. Dicitur etiam ſacramentum, quaſi rei ſacræ arctiſſimum vinculum, quod nullo modo violandum. *l. fi. C. fideicom.* Nullum quippe vinculum ad conſtringendam fidem arctius majores religioſiſſimos voluiſſe, tum fœdera, tum ſacra, tum Cenſorum animadverſiones, id ſatis abundeque indicant. *Pufendorf de jure natural. lib. 4. cap. 2. §. 1. 12.*

c §. 5. *Teſtes*] Inter probationes legitimas teſtium fides anumeranda eſt, qui eandem quam inſtrumenta fidem merentur. *l. 15. C. de fide inſtrumentor. Plinius lib. 6. ep. 29. Auctor ad C. Herennium libro ſecundo: Teſtibus credi oportere. Ovidius lib. 3. Triſt. eleg. x.*

Vix equidem credar: ſed cum ſint præmia falſi
Nulla, ratam debet teſtis habere fidem.

Merula prax. civil. lib. 4. tit. 65. cap. 7. Quintilianus lib. 5. cap. 7. Quoties numerus non adjicitur, regulariter duo ſufficiunt. *l. 12. ff. de teſtib. Joannes in Euangel. cap. 8. v. 17.*

v. 17. *c.* 4. x. *de testib. Matthæus in Euangel. cap.* 18. *v.* 16. Idquè cum non solum obtineat in caussis civilibus, in quibus agitur de pœna pecuniaria: sequitur multò magis locum sibi vindicare in caussis criminalibus; in quibus de vita & capite alicujus agitur. Et hoc in tantum procedit; ut ne supremus quidem Princeps efficere possit, ut uni testi fides habeatur, etiamsi præclaræ curiæ honore præfulgeat. *l.* 9. §. 1. C. *de testib. Valerius Maximus lib.* 4. *cap.* 1. *Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 10. *c.* 23. x. *de testib. Covarruvias pract. quæst. to.* 2. *cap.* 33. *num.* 3. Legimus tamen quandoque propter singularem hominis probitatem uni creditum, sed contra jus civile: ut apud Græcos Xenocrati; Romæ, Servilio, referente *Maximo Valerio lib.* 8. *cap.* 5. Ejusquè ratio est: quia princeps civilibus, non divinis legibus solutus: quibus cautum est, ut in ore duorum vel plurium stet omne verbum: unde consequens est, eas à principe mutari non posse. Quandoquè tamen à regula dicta etiam de jure civili receditur, & unius testis testimonio creditur: quod locum habet si de momentanea possessione quæstio moveatur; idquè ob celerem expeditionem. *Menochius de arbitrar. judic. quæst. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 99. *nu.* 13. *Faber Cod. lib.* 4. *tit.* 15. *def.* 45. *Imbertus Instit. jur. Gall. cap. Testis unus.* Item in facto proprio & sui præjudicium. *Marci decis. part.* 2. *quæst.* 95. *num.* 7. Ad hæc, si cum uno teste alia adminicula aut alia veritatis suffragia concurrant. *Brunemannus cent.* 4. *decis.* 96. *nu.* 5. *Durandus in speculo lib.* 1. *de test.* §. 11. *num.* 8. Ratio est, quia non necessariò requiritur ut quid uno eodemquè probationis genere adstruatur; sed sufficit testes, argumenta, famam, aliaquè ad probandum facientia conjungi: quo casu simul conjuncta plenam probationem faciunt. *Cicero pro M. Cœlio: Itaque hac caussa ab argumentis, à conjectura, ab iis signis, quibus veritas illustrari solet, ad testes tota traducta est. Duarenus ad tit. ff. de probatio cap.* 3. *Wassenaer prax. civil. cap.* 1. *a, t.* 1. *num.* 127. *Plinius lib.* 6. *ep.* 29. Nonnulli addunt famam: quam per se nullam probationem facere plus quam manifestum est. *Bartolus ad l. Ejus quoque num.* 1. 2. *ff. de testib. Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 68. *cap.* 1. *nu.* 8. *Cicero secundo de inventione: Rumoribus credi non oportere. Auctor ad C. Herennium libro secundo: Si vehementer castus, & integer existimabitur adversarius, dicet facta non famam spectari oportere. Suetonius in Julio cap.* 2. *Quintilianus lib.* 5. *cap.* 3. Quoties tamen rerum antiqua-

VI. a Præsumtiones quod attinet, aliæ sunt juris & de jure: ut puta homo amputato capite reperitur, ergo est mortuus, & hæ quidem cum sint violentæ & necessariæ, b probationem in contrarium non admittunt [1].

VII.

[1] *Menoch. lib. 1. de Præs. qu. 3. num. 5.*

tiquarum, dominii veteris, juris item patronatus; mortis, & quæ difficilioris probationis sunt, quæstio movetur: eo casu fama ad probationem inducendam poterit sufficere. *Alciatus lib. 3. Respons. Consil.* 40. *num.* 18. *Mornacius ad l.* 28. *ff. de probatio. Brunemannus ad l.* 11. *num.* 2. *ff. finium regundor. Mascardus de probatio vol.* 3. *conclus.* 1070. *num.* 1. *Boerius decis.* 164. *num.* 10. Idemque juris est, si testium professione adjuvetur. *Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 5. *cap.* 20. *nu.* 5. *Auctor ad C. Heren. libro quarto: Præterea, antequam occisus homo iste est: iste visus est in eo loco, in quo est occisio facta, solus: paullo post in ipso maleficio, vox illius, qui occidebatur audita est: deinde post occisionem, istum multa nocte demum rediisse constat; postera die titubanter & inconstanter de occisione illius locutum: hæc partim testimoniis, partim quæstionibus, & argumentis omnia comprobantur, & rumore populi, quem ex argumentis natum, necesse est esse verum: vestrum est judices, bis in unum locum collatis, certam sumere scientiam, non suspicionem maleficii. Wassenaer prax. civ. cap.* 1. *art.* 1. *num.* 131. Errant igitur qui dicunt regulariter famam notorium facere, cum sit tam ficti pravique tenax, quam nuntia veri.

a §. 6. *Præsumtiones quod attinet, aliæ sunt juris & de jure*] Præsumtio juris & de jure dicitur, quæ à lege introducta: de jure, quia super tali præsumtione lex firmum jus introducit. *Brunemannus ad l.* 22. *num.* 4. *C. ad SC. Vellejan. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 67. *cap.* 2. *num.* 3. *cap.* 3. *num.* 1. Præsumptio hæc juris & de jure verè præsumtio non est: siquidem præsumtio est, quæ non nascitur ex certis argumentis: sed ex iis quæ aliter se habere possunt.

b §. 6. *Probationem in contrarium non admittunt*] *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 67. *cap.* 1. *nu.* 3. 11. *l.* 15. §. 3. *ff. de re judicat. l* 13. *C. arbitr. tutel. Mascardus de probat. vol.* 3. *conclus.* 1229. *n.* 2. *l.* 23. *C. ad SC. Vellejan. l.* 25. *C. ad SC. Macedo.*

VII. [a] Aliæ ſunt præſumtiones legis, eæ nimirum, quæ legibus approbatæ ſunt: [b] ut puta Sejus natus eſt ex Caja ſtante ejus matrimonio cum Titio, ergo eſt Titii

a §. 7. *Aliæ ſunt præſumtiones legis*] Præſumptio legis ſive juris dicitur, quæ à lege ſive jure introducta, veriſimiliter tantum probat. *Omphalius de uſurpatio. ll. lib.* 5. *cap.* 24. *num.* 3. *Zaſius conſil.* 9. *num.* 33. *lib.* 1. *Cujacius peratitl. ff. de probatio. l.* 1. *C. de contrab. & committ. ſtipulatio. Menochius de præſumtio. lib.* 1. *quæſt.* 33. *num.* 2. 3. *l.* 23. *ff. quod met. Alciatus de præſumtio. reg.* 3. *præſumt.* 43. *Gudelinus de jure noviſſ. lib.* 4. *cap.* 9. *H. Grotius de jure belli ac pac. l.* 2. *cap.* 11. §. 6. *n.* 2. *l.* 23. *ff. de probatio.*

b §. 7. *Ut puta Sejus natus eſt ex Caja ſtante ejus matrimonio cum Titio, ergo eſt Titii filius*] Idem juris eſt, ſi appareat chirographum cancellatum eſſe, præſumit debitorem liberatum eſſe. *l.* 24. *ff. de probatio. H. Grotius de jure belli ac pac. l.* 2. *c.* 4. §. 4. *nu.* 1. *Coraſius lib.* 5. *miſcellan. jur. cap.* 18. *num.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. *Puſendorf de jure natur. lib.* 5. *cap.* 11. §. 7. *Alberic. Gentilis Advoc. Hiſpanic. lib.* 1. *cap.* 19. Verſatur autem præſumtio juris circa perſonas, res, judicia, actiones & cogitationes hominum. Circa judicia verſari dicuntur præſumtiones, quæ pro judicio præſumunt; ut ſc. in dubio actus judicialis valeat magis quam depereat. *l.* 13. *ff. de milit. teſta.* Circa res verſantur præſumtiones ex natura & earum origine & ſtatu naturali: quomodo res quælibet præſumuntur eſſe *liberæ*, & pleno dominio ab unoquoquè poſſideri. Circa perſonas verſantur, & præſumtiones deſumuntur ex iis quæ naturaliter hominibus ut plurimum inſunt, ac ineſſe præſumuntur; quomodo ex natura quiſque præſumitur bonus ac integer. Imo licet clericus in complexu virginis reperiatur; religionis cauſſa id facere præſumitur, niſi forte contrarium probetur. *cap. litis.* 1. *de præſumtionib.* Sic mater præſumitur diligere, & amare liberos & adfectus ſuos: licet quædam matres non matres: quomodo Agave olim prius in furorem acta à Baccho, Pentheum diſcerpſerit: & Medeam etiam ſævus amor docuerit commaculare manus natorum ſanguine: & Aëdon Ityn filium ſuum in partes conciſum, inque olla coctum, edendum oppoſuerit marito ſuo Polytechno: quemadmodum narrat *Antoninus Liberalis.*

a §. 7.

Titii filius[1]; [a] quæ omnino onus probandi in adversarium rejiciunt.

VIII. [b] Aliæ sunt præsumtiones hominis, quæ probabiles dicuntur, & ex verisimili tantum concludunt[2].

IX.

1 *L. filium ff. de his qui sunt sui vel al. jur. Menoch. d. l. 1. qu. 4.*
2 *Bald. in rubr. C. de probat. & in rubr. de Præs. num. 3. Menoch. d. lib. 1. qu. 5. n. 6.*

a §. 7. *Quæ omnino onus probandi in adversarium rejiciunt*] Vis & effectus præsumtionis juris est; quod, sive quis neget sive inficietur: tamen onus probandi in adversarium transfert. *l.* 57. *in fin. ff. de jure dot. Duarenus ad tit. ff. de probatio. cap.* 11. *Carpzovius Resp. f.* 71. *tit.* 8. *num.* 10. Si verò non probetur contrarium, præsumtioni statur: quo casu probatio liquidissima dicitur. *Gail lib.* 2. *observ.* 128. *num.* 12. *observ.* 97. *nu.* 5. *l.* 74. *ff. de legat.* 1. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 3. *cap.* 6. §. 6. At quæritur, si incendium in alienis ædibus sit exortum; an præsumatur culpa & negligentia inhabitatium exortum? Quod affirmandum est; quia incendia in ædibus exorta, cum culpa conjuncta esse solent. Ex quo consequitur damnum ex incendio illatum, cum culpa id exortum præsumatur, ad id dominum teneri, nisi contrarium probari possit. Tanta quippe vis est præsumtionis juris, ut secundum eam sententia feratur, ut nisi contrarium doceat, contra dominum judicetur. Non igitur necesse est, ut probetur culpa certi & determinati hominis: quia hæc præsumtio adversus omnes & singulos inhabitantes militat. Nec quicquam movet *l.* 6. §. 2. 3. *ff. nautæ caupo.* Respondeo, id locum habere ubi damnum datum est in caupona publica. Ratio est, quia in caupona præter inhabitantes, dantur & alii homines; uti hospites, viatores, quorum culpa non præstatur.

b §. 8. *Aliæ sunt præsumtiones hominis*] Hominis præsumtio dicitur, quia nulla lege subnixa invenitur, nec expresso legis textu fundatur. *Menochius lib.* 1. *præsumtio. nu.* 6. 7. Has enim præsumtiones temerarias à malis ac pravis hominibus surgentes, qui sæpè sine aut levibus ex caussis sinistri quid suspicantur, lex aut jus confirmare non potuit. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 67. *cap.* 3. 4. *nu.* 1. Vani enim hominis metus, vel præsumtio non consideratur. *Duarenus ad tit. ff. de probatio. cap.* 6. *L.* 7. *fin. ff. quod met.* Posset etiam præsumtio hominis dici, & fortè meliùs judicis: quia sc. ex certis ratio-

IX. [a] Confessionum vero major est efficacia; [b] nam con-

tionibus & conjecturis sæpè in hanc vel illam partem movetur: quoniam privati hominis præsumtio in materia probationis ubi de condemnando vel absolvendo agitur, nihil potest operari.

a §. 9. *Confessionum vero major est efficacia*] Validior nulla probatio quam ipsius partis adversæ confessio. *Omphalius de usurpatio. ll. lib. 5. cap.* x. *nu.* 1, 2. Rectè *Æschines contra Timarchum*: Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἀγνοουμένων, σαφεῖς ἴσως προσήκει τὰς ἀποδείξεις ποιεῖσθαι τὸν κατήγορον, περὶ δὲ τῶν ὁμολογουμένων οὐ λίαν μέγαν ἔργον νομίζω τὸ κατηγορεῖν ἀναμνῆσαι γὰρ μόνον προσήκει τοὺς ἀκούοντας. *Nam fortasse convenit accusatori; ut res ignotas perspicuè probet. At in iis, quæ in confesso sunt, haut magni operis puto, accusare. Nam solum opus est refricare memoriam auditoris.* Hinc confessio omnium probationum firmissima dicitur, *Cujacius ad Nov.* 90. *litt.* 9. *l.* 6. *§.* 6. *ff. de confess. l.* 21. *ff. de judic. l.* 5. *ff. de custod. reor.*

b §. 9. *Nam confessus in jure pro judicato habetur*] Confessus sua confessione arguitur, & quodammodo sua sententia damnatur. *Cicero quarto in Verrem: Convincitur à testibus, urgetur confessione sua, manifestis in maleficiis tenetur, & manet etiam, ac tacitus facta mecum sua recognoscit. Suetonius in Augusto cap.* 33. *Brunemannus ad l.* 1. *num.* 5. 6. *ff. de confess. l. unic. C. eod. Papegay vol.* 1. *pag.* 58. 308. Hinc axiomati non obstat, quod non semper confessi pro judicatis habeantur. Non obstat inquam: nam id intelligendum de confessione extrajudiciali, metu vel dolo extorta; vel cum non appareat de ipso crimine: quibus casibus prohibemur confessionem reorum pro exploratis criminibus haberi. *c.* 1. *de accusatio. in* 6. *l.* 1. *ff. quod met. Valerius Maximus. l.* 8. *c.* 4. *l.* 1. *ff. de dolo. Suetonius in Claudio cap.* 15. Ut enim qui crimen confessus est, condemnari possit; non sufficit reum id confessum esse: sed insuper requiritur, ut certo certius appareat, id ab ipso perpetratum esse. *Quintilianus lib.* 7. *cap.* 2. *Bort in tract. criminal. tit.* 9. *nu.* 15. *Auth. Sed novo C. de servis fugitiv. Boerius decis.* 164. *num.* 9. *l.* 6. *§.* 1. *ff. de confess. l.* 1. *§.* 27. *ff. de quæstio. l.* 16. *§.* 1. *ff. de pœn. l.* 5. *§.* 2. *ff. ne quis eum qui in jus vocabit. Tertullianus: Si de nocente cognoscitis, non statim confesso eo nomen homicidæ, vel sacrilegi, vel publici hostis, contenti estis ad pronuntiandum, nisi & consequentia exigatis,*

confessus in jure pro judicato habetur, & [a] in confessum nullæ aliæ sunt partes judicis quam in condemnando [1]; notandum tamen, in praxi nostra confessionem aut esse plenariam, aut minus plenam.

X. [b] Plenaria est, cum alter litigantium in judicio ro-

[1] *L. 1. l. 3. ff. de Confess. l. 1. C. eod. tit.*

gatis, qualitatem facti, modum, locum, tempus, socios. Non movet in contrarium; quod jam jam morituri præsumantur æternæ salutis esse memores, & sic verum confiteri. *l. 6. C. ad l. Jul. repetundar.* Respondendum; id semper non firmum fixumque esse: quia aliàs perire festinantes facile dicerent se hoc vel illud commisisse, quod nunquam commiserunt. *Cicero de partitionibus Oratoriis: Sæpè etiam quæstionibus resistendum est, quod & dolo rem fugientes multi in tormentis ementiti persæpe sunt, morique maluerunt falsum fatendo, quam infitiando, dolere.* Insuper non contrariatur. *l. 16. C. de pœn.* Licet enim in opposita lege generaliter dicatur; eum, qui delictum confessus est, condemnandum esse: tamen aliter res sese habet, quoties ejus contrarium ex aliis legibus apparet. Itaquè judex vel qui sententiæ præest, accuratè perspiciat, ne supplicium præcipitet, priusquam de ipso crimine liqueat. *D. Augustinus: Quamvis vera sint quædam, non tamen facile judici credenda, nisi certis indiciis demonstrentur.* Nam quemadmodum nemo indemnatus necari debet: ita sententia illa condemnatoria niti non debet sola rei confessione contra semet ipsum: sed præterea necessarium est, ut de corpore delicti, loco, tempore constet.

a *§. 9. In confessum nulla alia sunt partes judicis quam in condemnando*] *Cicero secundo de inventione: Cum & scriptum aperte sit, & adversarius omnia confiteatur, tum judicem legi parere, non interpretari legem oportet. Cujacius ad Nov. 90. Christinaus ad ll. Mechliniens. tit. 1. art. 33. num. 1. l. 1. 3. 6. §. 2. 6. ff. de confess.*

b *§. 10. Plenaria est, cum alter litigantium in judicio, &c.*] Extrajudicialis confessionis nullus effectus: nam quod vulgò dici solet: *Confessum pro condemnato haberi*, de confessione in jure tantum intelligendum est. *Costalius ad l. 40. ff. de pact. Alciatus lib. 1. Respons. consil. 2. nu. 2. Menochius lib. 1. de præsumtio. quæst. 4. nu. 2. l. 58. §. 2. ff. de ædilitio edicto. Duarenus ad tit. ff. de probatio. cap. 5.*

rogatus hoc vel illud confitetur: exempli gratia, receptionem pecuniæ, [a] subscriptionem Chirographi, &c. quæ omnino probat [1].

1 *Marant. in spec. part. 6. art. 5. de confess.*

XI. Minus plena confessio est, cum alteruter litigantium sub juramento calumniæ interrogatus de credulitate sua super articulis ab adversario exhibitis, iis vel assertive, vel negative respondet, (*nobis* dat hy op de articulen antwoordt *per verbum credit vel non.*) Quod

Valerius Maximus lib. 8. cap. 4. Ratio est, quia actus judicialis longè efficacior quam extrajudicialis. *l. 4. ff. de fide instrumentor. Nov. 72. cap. 2. Wesembecius ad tit. ff. de fide instrument. num. 5.* Ut autem confessio habeat vim plenæ probationis, varia requiruntur. Primò namque necessarium est, ut fiat in judicio, ut jam diximus. Secundò requiritur, ut fiat parte adversa præsente: nam nemine eam acceptante, non nocet confitenti. *l. 22. ff. de interrogatio.* Tertiò, ut is qui confitetur sit major viginti quinque annis. Hinc quæritur; an minores viginti quinquè annis adversus confessionem in integrum restituendi? Et verius videtur, id non concedi. Ejusque rei ratio manifesta est: quia cessat restitutio cum confessioni stare non teneatur: & quid opus restitutione, cum communi auxilio tutus est? *l. 16. in pr. ff. de minor.*

a §. 10. *Subscriptionem Chirographi, &c. quæ omnino probat*] Regulariter instrumenta domestica, si aliis adminiculis non adjuventur, ad probationem sola non sufficiunt. *l. 5. 6. 7. C. de probatio. Consilia Batav. vol. 5. consil. 156.* Attamen si quid in scriptis cautum fuerit, idque promissor manu propria expresserit; non jam licentia est caussæ probationem stipulatorem exigere, cum suis confessionibus acquiescere debeat. *l. unic. C. de confess. Imbertus in Enchirid. jur. Gallic. cap. Confessio recepta pecun.* Nimis enim indignum esset, id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere: nisi certè ipse è contrario per apertissima documenta scriptis inserta relligionem judicis posset instruere, quod in alium quendam modum, & non in eum in quem cautio perhibet, negotium subsecutum sit. *§. 11. 16. J. de inutilib. stipulationib.*

b §. 11. *Per verbum credit vel non*]

non] *Artic.* 128. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 187. *Instruct. Curiæ Supr.* Responsio post præstitum calumniæ juramentum fieri debet per verbum *credit vel non*: alioqui nullius momenti erit. *Durandus in speculo lib.* 1. *tit. de testib.* §.7. *nu.*15. *Bartolus ad l. Testium nu.* 10. *C. de testib. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 61. *cap.* 4. *nu.* 3. 4. *tit.*65. *cap.*10. *num.* 5. 7. *Plinius lib.* 4. *cap.* 13. *l.* 21. §.1. *ff. de recept. arbit.* Quemadmodum juramentum calumniæ est credulitatis, non veritatis; ita etiam responsio per verbum credulitatis; & tantum probat, quantum juramentum veritatis: nam ejusmodi responsio per verbum credit pro confessione judiciali habetur: quo casu nullæ aliæ sunt partes judicis quam in condemnando. Nec prædictis adversatur, quod nonnulli dicunt: nullam fidem mereri illum, qui se saltem credere, vel arbitrari dicit. Dicendum enim, veteres modestiæ caussa ita ferè semper locutos: imo licet certò certius rem ita se habere scirent; eo tamen non obstante, videri sibi vel credere, vel arbitrari, respondebant. Eodem respexit *Cicero pro Fontejo*: *Credo hac eadem Indutiomarum in testimonio timuisse, aut cogitasse: qui primum illud verbum consideratissimum nostræ consuetudinis, Arbitror, quo nos etiam tunc utimur, cum ea dicimus jurati, quæ comperta habemus, quæ ipsi vidimus, ex toto suo testimonio sustulit, atque omnia se scire dixit.* Moribus nostris hæ respondendi formulæ vix in usu, & fere desuetudine inumbratæ: quia ex tali responsione pars non relevatur onere probandi. Nam nihil interest, neget quis, an taceat interrogatus, an obscurè respondeat. *l.* 3. §. 7. *ff. adimend. vel transfer. legat. l.* 11. §. 7. *ff. de interrogatio. Zasius ad l. cum ad præsens ff. si certum petat. nu.* 9. *l.* 1. §. 3. *ff. de verbor. obligatio. Bort in tractat. criminali tit.* 7. *num.* 34. *l.* 18. *C. de testib.* Quotiens tamen id quod volumus, ex tali responsione possit colligi, ratum & validum habebitur. Exempli gratia: si quis dicat, Credo prout in tali instrumento habetur: eo casu affirmativè vel negativè respondet. *Vigelius in methodo jur. controvers. lib.* 2. *cap.* 14. *regul.* 19. Ratio est, quia affirmat vel negat, si se ad instrumentum referat. *Mysingerus lib.*1. *observ.*86. *l.* 38. *ff. de conditio. & demonstratio. l.* 5. §. *fin. ff. de re judicat. l.* 5. *C. de falsa caussa adject. legat.* Et paria sunt nominatim, vel ad aliud per comparationem respondere, si de eo constet. *Maranta in speculo part.* 6. *de positio. nu.*14. *Wassenaer prax. civil. cap.* 1. *art.* 1. *num.* 135.

Quod in quibusdam civitatum tribunalibus frequentissimum est, in Curiis vero nostris non aliter quam in quæstionibus facti, & quidem rarissime, usurpari certum est. Et tunc quidem [a] si interrogatus ad positiones respondere nolit, [b] ipse pro vero contumace, articulus autem pro eo habetur, ac si confessione expressa esset vallatus 1.

1 *Instr. Sen. Præs. art.* 128.

XII.

a §. 11. *Si interrogatus ad positionem respondere nolit, articulus pro eo habetur, &c.*] *Artic.* 187. *Instruct. Curiæ Supr.* Regulariter tacens & sciens, de communi Dd. sententia, pro consentiente habetur. *Mevius ad jus Lubec. lib.* 5. *tit.* 7. *art.* 8. *num.* 4. *Mascardus de probationib. vol.* 4. *conclus.* 1270. *num.* 27. *conclus.* 1357. *nu.* 1. *Covarruvias to.* 1. *part.* 2. §. 12. *de process. in caussa matrimo. nu.* 14. *Wassenaer prax. civil. cap.* 1. *art.* 1. *nu.* 133. *Mysingerus cent.* 3. *observ.* 52. *Auth. Principales C. de jurejur. ob calum. Brunemannus ad l.* 26. *num.* 6. *ff. de probatio. ad l.* 1. *nu.* 7. 8. *ff. de interrogatio. H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 4. §. 5. *nu.* 1. *lib.* 3. *cap.* 22. §. 3. *Brissonius lib.* 2. *Antiquit. Ro. cap.* 1. Quid si in fatentis damnum & præjudicium tendat? eo casu consensus non præsumitur. *l.* 8. §. 1. *ff. de procurator. l.* 48. §. 3. *ff. de furt. Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 6. *cap.* 1. *nu.* 12. Nam propriè tacere nec consensum nec dissensum continet. *Zasius lib.* 1. *consil.* 5. *nu.* 103. *l.* 189. *ff. de reg. jur.* Quoties tamen præsens est, & tale factum, quod à tacente contradicendo possit impediri; eo casu pro consentiente habebitur. *Bronchorst centur.* 4. *assertio.* 94. Et generaliter dictum sit; ubi sola scientia sufficit, ibi taciturnitas sufficit. *Cicero lib.* 1. *de inventione: Si tacebitur, aut elicienda est responsio; aut, quoniam taciturnitas imitatur confessionem, pro eo, ac si concessum sit, concludere oportet.*

b §. 11. *Ipse pro vero contumace*] *Artic.* 128. *Instruct. Curiæ Holland.* Contumacia alia actoris, alia rei. *l.* 4. *C. de accusatio. l.* 73. *ff. de judic.* Hæc duplex; vera & evidens; alia præsumta seu ficta. *Bartolus ad l. Inter num.* 10. 11. *ff. de restitutio. in integr. Zasius ad l. unic.* §. *Is videtur num.* 4. *ff. si quis jus dic. non obtemp.* Vera contumacia dicitur à Dd. quando citatio citatum apprehendit, & ingenuè respondet se non ad judicem venturum. *Zasius ad l. Plerique num.* 9. *ff. de in*

XII. Tertiam [a] probationis speciem diximus esse jusjurandum, & hoc quidem (loquendo secundum sub-

in jus voc. Christinæus ad ll. Mechlin. tit. 1. art. 19. nu. 5. Pro vero quoque contumace habetur si in judicio quidem præsens, sed non respondet. *Zasius ad l. Plerique nu. 9. ff. de in jus voc. Christinæus ad ll. Mechlin. tit. 1. art. 19. num.* 5. Ejusquè rei ratio est: quia licet præsens & non respondens latitare dicitur. Præsumta sive ficta contumacia est, ad cujus domicilium quidem facta citatio est; non tamen ad faciem, & dubium an ad aures citati pervenerit. *Maranta in speculo part. 6. de contumacia nu.* 8. Itaque cum dubium an ad citati notitiam citatio provenerit, non verus contumax dici potest, sed talis præsumitur. *Maranta dicto loco.* Nonnulli & addunt tertiam contumaciæ speciem; sc. evidentem: quæ tamen propriè à vera contumacia non differt. Nonne & ille evidens contumax rectè dicitur; qui cum citatus, ingenuè respondet se non venturum? Ut meritò concludere liceat, veram contumaciam ab evidente nihil omninò distare ac differre.

a §. 12. *Probationis speciem diximus esse jusjurandum.*] Propria species probandi juramentum dici non potest: quoniam si propria esset, non onus probandi in alium transferre jura permitterent: licet ratione effectus ob jus ita scriptum, propria probatio vocari possit. Jurisjurandi effectus est multiplex. Nam primò probationis loco cedit. *l. 11. §. 3. ff. de jurejur. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 13. §. 1. nu. 1. Gellius lib. 7. cap. 18. Omphalius de usurpatio. ll. lib. 5. cap. 18. num.* 10. Deinde quasi contractus vim obtinet. *l. 5. §. 2. ff. de pecul.* Tertiò solutionis loco est. *l. 35. §. 1. ff. de jurejur.* Ratio est; quia ut solutione ejus quod debetur lis tota expirat & finitur: sic eodem modo per jusjurandum lis finitur, & omnis obligatio tollitur. Ex his igitur omnibus notandum est, quod juramentum omnibus contractibus aliàs infirmis medelam adferat: unde dicunt Dd. quod semper juramentum validat contractum labentem, dummodo non sit contra salutis æternæ dispendium. Et hinc tritum illud: *Juramentum esse simile herbæ betonicæ quæ omnibus malis bona esse dicitur*, ut refert *Curtius in Consiliis.*

ſubjectam materiam) vel [a] eſt neceſſarium ſive ſuppletorium, vel litis deciſorium.

XIII. [b] Suppletorium illud appello, quod defertur à judice [c] alterutri è litigantibus, [d] in ſupplementum

a §. 12. *Eſt neceſſarium ſive ſuppletorium, vel litis deciſorium*] *Maſcardus de probatio. vol.* 1. *quaſt.* 9. *num.* 17. *Auth. Sacramenta* C. *ſi adverſus venditio. l.*3.*C. ſi minor ſe major. dix. H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 3. *cap.* 1. *§.* 19. *Cujacius lib.* 4. *de feud. tit.* 36. *l.*1.*C. de reb. credit. l.* 17.*ff. de jurejur.*

b §. 13. *Suppletorium illud appello, quod defertur à judice*] Juramentum ſuppletorium ſive neceſſarium inde dicitur, quia in cauſſis dubiis & in ſupplementum probationis defertur à judice vel actori vel reo, *Art.* 108. *Inſtruct. Curia Holland. l.* 12. *C. de reb. cred. c.* 2. *x. de probatio. Groenewege de ll. abrog. ad l.* 3. *num.* 1. 2. *C. de reb. credit. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 71. *per totum. l.* 1. *ff. de jurejur. Hottomannus in epito. ff. ad tit. de jurejur. nu.* 2. Dicitur neceſſarium; quia ab eo cui delatum, non poteſt recuſari, ſed neceſſariò id ſubire tenetur. Nonnulli & neceſſarium inde dictum putant; quia ex neceſſitate vel actori vel reo judex id deferre cogitur: quod à vero non longè videtur abire. Nec contrariatur *l.*3.*C. de reb. credit.* Ubi dicitur per judicem cauſſam decidi oportere. Reſpondeo enim: verbum oportere quandoque, ut & hoc loco, neceſſitatem ſignificare: ſc. judicem decidere oportere ex neceſſitate. Eodem modo verbum *ſolet* explicandum in *l.* 31. *ff. de jurejur.* Et ratio manifeſta eſt: quandoquidem judices non ſunt domini litis, ſed ipſi litigantes; quibus ſolis remittere vel non remittere jusjurandum permittitur.

c §. 13. *Alterutri è litigantibus*] Judicantis relligioni permittitur, vel reo juramentum ſuppletorium deferre, ut ſupra dictum eſt. Quoties pro reo ſemiplena probatio vel major veritatis ratio militat: eo caſu fugienti id deferendum, ſi rei qualitas & circumſtantiæ id ſuadeant. *Cujacius lib.* 4. *feudor. tit.* 36. *l.* 31. *ff. de jurejur. Duarenus ad tit. ff. de jurejur. cap.* 3. Judicis igitur eſt, perſpicere rei naturam, perſonas, rerum varietates & circumſtantias, an id actori an vero reo hoc imponendum exiſtimet. *c. ult. x. de jurejur. Pufendorf de jure natur. lib.* 4. *cap.* 2. *§.* 21. 22. *Alberic. Gentilis Advocat. Hiſpanic. lib.* 2. *cap:* 7.

d §. 13.

tum probationis [1]: de quo plura qui desiderat legat Marantam in suo speculo, fuse & accurate satis hanc materiam prosequentem [2].

1 DD. in l. admonendi. ff. de jurejur. & in l. in bona. 3. C. de reb. cred.

2 Marant. part. 6. act. 9. de juramento.

XIV.

d §. 13. *In supplementum probationis*] Judicis est in deferendo juramento suppletorio varia observare. Primò namque requiritur ut id fiat inopia probationum: nam jusjurandum suppletorium planè inutile ac supervacuum si omnia plenè & perfectè probata sint. *Damhouder prax. civ. cap.* 179. *num.* 3. 10. *Donellus ad l.* 3. *C. de reb. credit. num.* 2. *Donatus in Terentium: Ubi argumenta & testimonia deficiunt, ibi jurejurando opus est.* Ratio est, quia ineptum esset id actori deferri cum probationes claræ & apertæ: & superfluum si id reo deferatur, qui jam manifestissimis probationibus convictus aut etiam voce propria confessus: quo casu non aliæ sunt partes judicis quam in condemnando. *tot. tit. ff. de confess.* Præterea, necesse est, ut caussa sit dubia, & quæ judici facilem sui exitum facere non potest: quo casu juramentum suppletorium rectè deferri solet. Repudianda igitur *Duareni*, * aliorumquè existimantium sententia; eas esse caussas dubias, in quibus par est utriusquè litigantis probatio. Nec eorum argumentum nobis contrariatur; quod sic sese habet: Aut probat actor aut non probat. Si probat, non necessarium juramentum suppletorium. Si non probat, reus omninò absolvi debet: propter regulam quæ vult; actore non probante, reum absolvendum esse. Quandoquidem id argumentum quidem procederet si non daretur medium inter probare & nihil probare; quod est semiplenè probare. Nihil item ad rem facit, quod vulgo dici solet: duo imperfecta non facere unum perfectum. Etenim responderi potest: locum habere id in caussis criminalibus, quæ mero meridie clariores probationes requirunt: sed in caussis civilibus aut aliis levioribus sæpissimè duo imperfecta faciunt unum perfectum; & quæ per se aliàs infirma, si sint conjuncta plenam fidem faciunt. *Quintilianus lib.* 5. *cap.* 12. *Publius Syrus: Auxilia humilia firma consensus facit.* Tertiò, in jurejurando suppletorio deferendo necessarium est, ut id deferatur cum caussæ cognitione: ut sc. judex ei deferat; cui id deferri sibi æquius videbitur: & quoties pro reo semiplena vel major veritatis ratio militat: eo casu etiam reo id deferat si rei qualitas & circumstantiæ id suadeant.

* l. 2. disput. cap. 33.

XIV. [a] Litis vero deciſorium illud voco, quod à parte parti defertur, [b] judice tamen approbante: in quo hoc ſpeciale eſt, ut is, [c] cui juramentum defertur, non omnino teneatur jurare, ſed poſſit juramentum adverſario referre; ſi vero vel ipſe vel adverſarius

deant. Judicis igitur eſt accuratè perpendere rei naturam, perſonas, an id actori an verò reo id imponendum exiſtimet.

a §. 14. *Litis vero deciſorium illud voco, quod à parte parti defertur*] *l.* 1. *ff. de jurejur. Faber Cod. lib.* 4. *tit.* 1. *defi.* 8. *Quintilianus lib.* 5. *cap.* 6. *Pufendorf de jure natur. lib.* 4. *cap.* 2. §. 21.

b §. 14. *Judice tamen approbante*] Omne juramentum ſive à partibus ipſis litigantibus ſive à judice illatum vel in principio litis, vel in medio, vel in ipſa definitiva ſententia, ſub ipſo judice detur. Nam ſi reus aliter juraverit: Prætor id non tuebitur. *l.* 3. *C. de rebus cred. Quintilianus lib.* 5. *cap.* 6.

c §. 14. *Cui juramentum defertur, non omninò teneatur jurare*] Quoties actor id quod intendit vel inſtrumentis vel teſtibus plenè probaverit, permittitur ei juramentum etiam à judice delatum recuſare: quod idem licet fugienti quoties nihil ab actore probatum eſt. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 71. *cap.* 1. *nu.* 7. *Schneidewinus ad* §. *Item ſiquis*, *J. de actio nu.* 45. *l.* 17. 34. 38. *ff. de jurejur. Conſilia Batav. vol.* 4. *conſil.* 315. *l.* 25. §. 3. *ff. de probatio.* An verò id referri poſſit, quæritur? Nonnulli dicunt judici referri id non licere, ſed ſolum ei qui id detulit: at licere ei cui id judex detulit, in adverſarium rejicere. Non obſtat *l.* 12. §. 1. *C. de reb. cred.* Reſpondeo quod dicitur in lege objecta, aut referendum juramentum aut præſtandum ſive pars parti, ſive id à judice delatum ſit; id intelligi debet de jurejurando à parte non judice delato: nam propriè referre eſt ei deferre, à quo delatum eſt: & verba poſteriora, *ſive id à judice ſit delatum*, intelligenda de relatione jurisjurandi judicialis, quod pars parti in judicio defert; non verò de juramento neceſſario quod à judice imponitur. *Weſembecius ad tit. ff. de jurejur. num.* 10. *l.* 31. *ff. eod. l.* 3. *C. eod. Papon de arreſt. lib.* 9. *tit.* 6. *arr.* 4. *Cujacius lib.* 4. *feudo. tit.* 36. *litt.* E. *Fachinaus lib.* 1. *controverſ. cap.* 20.

sarius juret, [a] secundum jurantem ferenda sententia est [1].

XV. Sed [b] an juramentum possit recusari cum pars adversa nihil omnino probaverit, & si quæ aliæ circa hanc materiam versantur quæstiones, apud DD. suis locis reperire est [2]: nobis hic digitum tantum intendisse sufficiat.

XVI.

a §. 14. *Secundum jurantem ferenda sententia est*] Juramento præstito, non aliud quæritur quam an juratum sit: remissa quæstione an debeatur; quasi satis probatum sit jurejurando. *l.* 15. *ff. de exceptio. Donellus ad l.* 3. *num.* 12. *C. de reb. credit. Faber Cod. lib.* 4. *tit.* 1. *defi.* 11. *Boerius decis.* 305. *nu.* 3. *l.* 5. §. 2. *l.* 26. 28. §. 10. *ff. de jurejur.* Sive igitur illatum juramentum præstitum fuerit, sive recusatum: ipsi parti quæ hoc detulit, non superest provocatio. *l.* 8. *C. de reb. credit.* Et sanè id mirum videri non debet: quia sibi quis imputare debet, quod adversarium in propria caussa judicem fecerit: unde æquum est, eum jurejurando stare, & observationem judicialem permanere, & caussam pro finita haberi: utpote jurejurando transacta. *Faber Cod. lib.* 4. *tit.* 1. *def.* 26. *in addit. nu.* 1. 2. *l.* 56. *ff. de re judic. Groenewege de ll. abrog. ad l.* 1. *num.* 1. *C. de reb. credit. Cujacius paratitl. C. dicto tit.*

b §. 15. *An juramentum possit recusari cum pars adversa nihil omnino probaverit*] In dubium vocatur, an reo, cum actor nihil omninò probaverit; juramentum deferri possit: quia qui accusat, probationes legitimas habere debet. *Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 5. *cap.* 18. *num.* 9. Actore enim non probante, qui convenitur, etsi nihil ipse præstat, obtinebit. *Wesembecius ad tit. ff. de probatio. nu.* 10. *l.* 4. *C. de edendo. l.* 5. *ff. si usus fruct. petat. l.* 9. *C. de obligatio. & actio. l.* 23. *C. de probatio.* Quid verò iniquius, quam reum ex solo actoris jurejurando condemnari, aut absolvi? Nam si jusjurandum judiciale ab actore, nihil probante, semper posset deferri; plerumquè tantum ad reum vexandum id imponeretur: quod nulla ratione admittendum est. Itaquè verius est, requiri ut semiplena probatio præcesserit, antequam jusjurandum in supplementum probationis deferri possit. *Wesembecius ad tit. ff. de jurejur. num.* 9. *c.* 2. *x. de probatio. l.* 3. 10. *C. de reb. credit. Neosta-*

XVI. Quartam speciem fecimus a instrumenta, b quorum fides sane magna est.

XVII·

dius decis. 57. *Curia Holland. Boerius decis.* 85. *num.* 4. 5. *l.* 4. 12. *C. de probatio. Mascardus de probatio. vol.* 1. *conclus.* 29. *num.* 1. *conclus.* 36. *num.* 1. *Colerus de process. execut. part.* 1. *cap.* 10. *nu.* 114. 115. Contrarium tenent *Fachinaus. lib.* 1. *controvers. cap.* 19. *Duarenus disput. anniv. lib.* 2. *cap.* 33. *Cujacius lib.* 22. *observ.* 28. *Bronchorst cent.* 2. *obs.* 24. *Sande decis.* 11. *def.* 1. Imò dantur nonnullæ caussæ, in quibus licet semiplenè probatum sit; tamen juramentum suppletorium deferri non potest. Primò namque id non defertur falsariis, infamibus, perjuris. *Cicero pro Rabirio*: *Ubi quis semel pejeravit, ei credi postea, etiamsi per plures Deos juret, non oportet.* Secundò non in caussis criminalibus, ob magnum præjudicium. *l.* 25. *C. de probatio l.* 4. *C. si ex fals. instrument. l.* 6. *§.* 4. *ff. de his qui notant. infam.* Tertiò, in caussa matrimoniali. *Costalius ad l.* 3. *ff. de jurejur. Papon de arrest. lib.* 6. *tit.* 6. *arr.* 9. *Mascardus de probatio. vol.* 3. *conclus.* 1035. *nu.* 2. Ratio est; quia causa matrimonialis criminali æquiparatur. *c.* 34. *x. de jurejur.* Hinc constitutum est, ut, quemadmodum in criminalibus, sic eodem modo in civilibus arduis jusjurandum suppletorium deferri non possit. *Alciatus lib.* 1. *Respons. consil.* 5. *num.* 50. *Corasius lib.* 3. *miscellan. jur. cap.* 4. *nu.* 6. Aliud tamen dicendum est, quoties de contrahendo non dissolvendo matrimonio agatur: quo casu semiplenæ probationes admittuntur ob favorem matrimonii; & in supplementum probationis juramentum deferri potest.

a *§.* 16. *Instrumenta*] Instrumentorum & tabularum nomine ea omnia veniunt, quibus ullo modo caussa probari potest. *Cujacius paratitl. ff de fide instrumentor. Tiraquellus de retractu municip. §.* 2. *gl.* 1. *§.* 4. Hinc receptum est, ut & testimonia & personæ, & ea omnia quæ aliquid ad caussam probandam faciunt, instrumentorum loco habeantur. *l.* 1. *ff. de fide instrumentor.* Quod tamen intelligendum de testimoniis examinatis, in scripturam redactis & productis jam omninò. Sed quia commodius est, singulas res singulis appellationibus exprimi, & nomina rebus esse consequentia: pro instrumentis ea tantum habenda,

XVII. [a] Sed cum alia sint publica, [b] alia privata, [a] pro-

da, ex quibus negotii gesti probatio apparet, sive sit chirographum, sive epistola, sive apocha, si quid aliud simile. *l.* 65. *ff. de judic.* Dicitur instrumentum, quam instruit. *Duarenus ad tit. ff. de fide instrumentor. l.* 12. *ff. de suspect. tutor. l.* 8. *ff. famil. ercisc. l.* 6. *§.* 6. 7. *ff. de edendo.* Vocatur documentum, quia docet. *Brunemannus ad l.* 1. *num.* 1. *ff. de fide instrumentor.* Appellatur munimentum, quia munit. *Artic.* 159. *Instruct. Curiæ Holland.*

a *§.* 16. *Quorum fides sane magna est*] Inter probationes legitimas una est, quæ depromitur ex litterarum monumentis, testimoniis, vel aliis scripturis fide dignis, quæ vulgò instrumenta vocari solent. *Cujacius paratitl. ff. de probatio. Alciatus lib.* 2. *parerg. cap.* 46.

b *§.* 17. *Sed cum alia sint publica*] *Artic.* 17. *Instruct. Curiæ Holland. Ampliat.* 1579. Publica instrumenta sunt, quæ formam habent publicam: ut si per notarios sive tabelliones conscripta sint. *Nov.* 73. *cap.* 5. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 66. *cap.* 2. *num.* 1. *l.* 22. *C. de fide instrumentor. Auth. Si quis C. de edendo. Nov.* 49. *cap.* 2. *Nov.* 53. *cap.* 3. *Nov.* 117. *cap.* 2. Non obstat; quod ea tantum instrumenta pro publicis habenda, quæ à publicis personis, ut magistratibus in judicio conficiuntur. Ad quod respondeo: etiam Notarium sivè tabellionem pro publica persona haberi: quia sc. publica auctoritate est electus: etiamsi non eo gradu & dignitate, quo ipsi judices: quamquam non minor fides ipsorum instrumentis vulgò adhiberi soleat. Pro instrumento quoque publico habetur illa scriptura, cui tum jus; tum consuetudo plenum probationis robur addit: quale est instrumentum sigillo ipsius Principis vel ejus senatus subsignatum. *c.* 2. *x. de fide instrumentor.* Præterea pro scriptura publica habetur, quæ publica auctoritate publicata est. Ad hæc quæ ex archivo publico excipitur, publicam auctoritatem habet. *c.* 2. *x. de fide instrumentor. Duarenus ad tit. ff. & C. de fide instrumentor. cap.* 2. *l.* 7. *C. de edendo.*

c *§.* 17. *Alia privata*] Privata instrumenta dicuntur, quæ omissis solemnibus, à privatis personis fiunt; unde etiam instrumenta domestica vocantur. *l.* 57. *C. de probatio. Duarenus ad tit. ff. de fide instrumentor. cap.* 2. *Giphanius ad l.* 1. *C. de edendo. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 66. *cap.* 3. *num.* 3.

a *§.* 17.

a priorum major est auctoritas: nam b *census*, & a *mo-*

a §. 17. *Priorum major est auctoritas*] Instrumentorum publicorum ea vis & potestas est, ut contraria probatione infringi nequeant, & plenam omninò fidem in judicio faciant licet nulla adminicula alia aut veritatis suffragia concurrant: nec necesse est, ut testes in eo annotati in testimonium adhibeantur. *Merula prax. civil. lib. 4. tit. 66. cap. 2. num. 4. Mornacius ad pr. ff. de fide instrumentor. Wesembecius ff. eod. num. 6. Gudelinus de regul. jur. cap. 26. num. 17. l. 15. C. de fide instrumento.* Nam superfluum est testimonium privatum, ubi publica munimenta sufficiunt. *l. 11. C. qui potiores in pig. Auth. ad hac C. de fide instrumentor. c. 13. x. de præsumtio. Donellus ad l. 15. nu. 4. C. de fide instrumentor.* Illa verò documenta, quæ gestis non est necesse alligari, si fortè per tabellionem scribantur, valent quidem: sed de quorum fide tamen dubium moveri potest, & contrariis testibus convelli & refutari possunt. *Nov. 73. cap. 2. 8.* Ut si probare quis possit, se eo die quo confectum est instrumentum, alio loco fuisse. *Aristoteles Rhetor. ad Alexand. cap. 14. Cicero primo de inventione: Si, quo die ista cædes Romæ facta est, ego Athenis fui, interesse in cæde non potui.* Et alibi: *Si vos me istud eo tempore fecisse dicitis, ego autem eo tempore trans mare fui: relinquitur, ut id, quod dicitis, non modo non fecerim, sed ne potuerim quidem facere.* Sic cum Clodius negat se incestu Romæ violasse pulvinaria Damiæ, seu bonæ Deæ, eo quod tum temporis, quo id factum dicitur, fuerit Interamnæ. Aut cum Roscius negat, se occidisse patrem, quia quo tempore hic interemtus sit, ipse visus sit Ameriæ. *Cicero pro Milone & pro Roscio Amerino. Pufendorf de jure natur. lib. 3. cap. 6. §. 16.* Quæritur; an non & instrumenta verè publica sive in judicio confecta, infringi possint. Id quidem juris Interpretes vulgò non admittunt; cujus tamen contrarium probabilius est; præcipuè cum nulla omninò lex extet, quæ indubitatam fidem iis adhibet. Certum equidem est pro instrumento publico præsumi: tamen tot ac tantæ urgentes rationes in contrarium adduci possunt, ut ex iis non necessario ita se rem habere concludatur. Non in contrarium movet; quod contraria probatio contra præsumtionem juris & jure non admittatur. Ad quod dicimus; aliter sese rem habere in præsum-tione

tione jure & de jure; quia ibi lex non tantum præsumit, quemadmodum in instrumentis; sed etiam disponit.

Ex *Artic.* 17. *Ampliat. Curia Holland. An.* 1579. **Ten ware op Coppe**] Non autem omne omninò instrumentum publicam fidem meretur. Nam authenticum, quod aliis matrix, nonnullis originale vel protocollum dici solet, ad fidem faciendam commodè adhiberi poterit. Exemplum verò, quod quidam *Copiam* barbarè vocant, nullam planè fidem facit: nam regula est, *Exemplo neminem posse conveniri. c. 1. x. de fide instrumentor. Colerus de process. executiv. part. 3. cap. 1. num.* 45. *l. 2. ff. de fide instrumentor. l.* 188. *ff. de regul. jur. Busius ad l.* 11. *ff. de edendo. Covarruvias pract. quæst. to. 2. cap.* 21. *num.* 2. *Brunemannus ad l. 2. num. 2. C. de divers. rescript. l. 8. ff. familiæ ercisc. Tiraquellus de retractu municip. §. 2. gl. 1. nu.* 10. Quandoquè tamen à regula juris communis receditur, & exemplo plena fides adhiberi solet: ita tamen si id jussu & auctoritate judicis sit descriptum. *dicto Artic.* 17. *Mysingerus cent. 6. observ. 29. nu. 2.* Item, ut judex, perlecto originali exemplum inde exceptum, approbaverit, idquè sigillo publico muniverit; & ut is qui id descripsit, sit secretarius, tabellio, vel alia publica persona. *Brunemannus ad l. 2. num. 2. ff. de fide instrumentor. Artic.* 67. 68. *Instruct. Curiæ Provincial. l.* 15. *ff. de reb. auctorit. jud. possid. Papon de arrest. lib. 9. tit. 8. arr. 7. c. 5. x. de fide instrument.*

a §. 17. *Census*] Instrumentorum publicorum loco etiam habentur libri censuales. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 8. §. 12. nu. 2. Boerius decis.* 105. *num.* 11. *Alciatus lib. 1. Responsor. consil.* 12. *num. x. Colerus de process. executiv. part. 3. cap. 1. num.* 77. *Brunemannus ad l. 10. num. 1. ff. de probatio. Duarenus ad tit. C. de fide instrumentor. cap.* 3. Tales namque etiam libri pro scripturis publicis & authenticis habentur, quibus etiam plena fides solet tribui. *c. fin. x. de probatio.* Eodem numero sunt libri natales sive nativitatis scripturæ, quibus ætas singulorum validè potest adstrui. *l.* 10. 13. *C. de probatio. Mascardus de probatio. vol. 3. conclus.* 1088. *num. 6. l. 16. ff. de probatio. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 73. cap. 1. num.* 3. Moris namque apud veteres fuit, statim apud acta liberos natos ac editos profiteri. *Mornacius ad l. pen. ff. de probatio. l. 1. C. si minor se major. l. 13. ff. de probatio. Suetonius in Tiberio cap. 5. in Caligula cap.* 8.

a *monumenta publica potiora testibus esse, Senatus censuit* 1.

L. consu 10. *ff. de probat.*

XVIII.

l. 39. C. *de liberali causs. Lucas in Euang. cap.* 2. *v.* 1. 2. 5. 6. *Julius Capitolinus in Antonino Philosopho: Inter hac liberales caussas ita munivit, ut prius juberet apud præfectos Ærarii Saturni unumquemque civium natos liberos profiteri intra trigesimum diem.*

a §. 17. *Monumenta publica*] Legitimas & firmissimas probationes instrumenta publica diximus. *l.* 2. 15. *C. de fide instrumentor. l.* 1. *ff. eod.* Sequuntur argumenta, signa, indiciaquè certa, quæ non minorem probationem, quam ipsa instrumenta publica fidem in se continent. *l.* 25. C. *de probatio.* Signorum alia sunt necessaria, ex quibus evidentissimæ probationes desumi possunt: ut si mulier liberos enixa fuerit, cum viro rem habuisse certò concludi potest. *Quintilianus lib.* 5. *cap.* 9. Alia non necessaria sunt, quæ verisimilia vocantur: ut sunt clamor, livor, pallor, verba tertiata, &c. Nam & cædem ab eo factam dicimus, cujus cruenta sit vestis. *Auctor ad Herennium libro secundo: Factum esse, hoc modo: si telum, si vestimentum, si quid ejusmodi relictum sit, aut vestigium repertum fuerit, si cruor in vestimentis; si in eo loco comprehensus, aut visus transacto negotio, quo in loco res gesta dicitur.* Cicero in Topicis: *Ante rem enim quæruntur, quæ talia sunt, apparatus, colloquia, locus, constitutum, convivium. Cum re autem, pedum crepitus, strepitus hominum, corporum umbræ, & si quid ejusmodi. At post rem, rubor, pallor, titubatio, & si qua alia signa conturbationis, & conscientiæ: præterea restinctus ignis, gladius cruentus, cæteraque, quæ suspicionem facti possunt movere.* Sic à signo argumentamur apud Sophoclem, ex eo quod gladius in terra fuerit defixus, cui incubuerit Ajax: concluditur illum sibi ipsi manus intulisse.

Αὐτὸς, inquit, πρὸς αὐτοῦ δῆλον· ἐν γὰρ οἱ χθονὶ
Πηκτὸν τόδ' ἔγχος περιπετὲς κατηγορεῖ.

A se ipso interfectum esse, manifestum est.
Nam in terra fixus ensis, in quem prolapsus est, id arguit.

Adpositè *Cicero libro de Oratore tertio: Si & ferro interfectus ille, & tu inimicus ejus gladio cruento deprehensus es in illo ipso loco, & nemo præter te ibi visus est, & caussa ne-*

XVIII. [a] Instrumenta privata si ab altero litigatorum subscripta sint, isque scripturam suam recognoscat, non modo valent ad obtinendam sententiam pro-

nemini, & tu semper audax; quid est quod de facinore dubitare possimus? Signa hæc posteriora, licet singula per se necessariò cædem non inferant: tamen maximè urgent, si quis dicatur non tantum vestem cruentam, sed etiam inimicitias, comminationes mortis, vitæ atquè necis insidias præcessisse. Non obstat id quod dicitur: ex suspicionibus neminem damnari debere. *l.* 5. *ff. de pœn.* Nam aliud præsumtio, aliud argumentum necessarium. Nec semper procedit, argumenta alia adminicula ad probandum requirere: quia adeò clara esse possunt, ut reus crimen negare haud possit. Illegitimæ probationes sunt adnotationes, scripturæ privatæ & domesticæ. *Donellus ad l.* 15. *C. de fide instrumentor.* Item monumenta, inscriptiones, sculpturæ. *Ælianus lib.* 7. *var. histor. c.* 4. *in fi. c.* 12. *x. de probatio. Justinus lib.* 2. *histor. cap.* 12. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 66. *cap.* 2. *nu.* 7. *Plinius lib.* 34. *cap.* 9. Hujusmodi equidem inscriptiones licet plenam fidem non faciant; efficiunt tamen ut res sit notoria. Pingi enim, inscribique quidvis potest, prout cuique arridet. Hinc *Car. Molinæus ait: inscriptiones in columna vel lapide probationem inducere in iis quæ non tendunt in alterius præjudicium: alias tantum adminiculari.* Argumenta tamen sæpe sumi videmus ex inscriptionibus, vitris: imò & ex campanis, quatenus in illis antiqua superesset inscriptio. *Ovidius:*

Saxa (quis hoc credat? nisi sit pro teste vetustas)
Ponere duritiem cœpere.

Wesembecius ad tit. ff. de ll. num. 9. *Gail lib.* 2. *observ.* 13. *num.* 15. *Mysingerus cent.* 3. *observ.* 79. *nu.* 1. 2. Excipitur tamen, nisi à persona publica, locoque in publico aliquid ad æternam rei memoriam inscriptum fuerit. fides enim eo casu & auctoritas haud levis est. *Mornacius ad l.* 2. *ff. de fide instrumentor.*

a §. 18. *Instrumenta privata si ab altero litigatorum subscripta sint, isque scripturam suam recognoscat, &c.*] Privatæ scripturæ si adversus alium proferantur, quod alter inde damnum metuit, si aliis adminiculis non adjuventur, solæ per se nullam fidem merentur. *Mysingerus cent.* 5. *observ.* 79. *num.* 1. *Bru-*

provisionalem, (de qua supra actum est,) sed etiam ad definitivam plurimum momenti adjiciunt. Quomodo autem hæc [a] instrumenta utriusque speciei confici, quid continere debeant, quantam fidem faciant, id

Brunemannus ad l. 1. num. 5. ff. de fide instrumentor. ad l. 5. num. 1. 5. 10. C. de probationib. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 66. cap. 3. nu. 3. 4. Et hoc est, quod Imperator ait, exemplo perniciosum esse, ei scripturæ fidem adhiberi, qua quisque sibi propria adnotatione debitorem constituit. *Wesembecius ad tit. ff. de fide instrumentor. nu. 6. l. 5. 6. 7. C. de testib. l. 13. 14. C. de probationib. c. 2. x. de fide instrument.* Non obstat *l. 26. §. fin. ff. depos.* Respondeo; ideo ibi epistolam probationem facere propter instrumentum; quo quis pro se fuerat usus: quo casu etiam id contra se admittere debet. In dubium vocatur; an ea scriptura, quam quis sibi confecit vel propria manu subscripsit, fidem faciat. In hac quæstione perspiciendum est, an is adversus quem profertur suum chirographum neget, an affirmet. *Omphalius de usurpatio. ll. lib. 5. cap. 16. num. 13.* Si verò inficietur, ne adversus eum quidem probationem meretur, nisi alia adminicula aut veritatis suffragia concurrant. *Marescottus hab. l. 27. ff. de constit. pecun.* Si agnoscat, nec reclamet, asseratquè ea vera esse: statim provisio decernitur. *Nov. 73. cap. 1. l. 20. C. de probatio. Menochius lib. 2. de arbit. jud. quæst. cent. 2. cap. 113. nu. 9. Boerius decisio. 282. num. 6. Brunemannus ad l. 5. nu. fin. C. de probatio. l. 12. ff. rem ratam hab. l. 27. ff. de constit. pecun.*

a §. 18. *Instrumenta utriusque speciei confici, quid continere debeant*] Instrumenta certam formam, si jussu judicis non sint confecta, requirunt. *l. 32. C. de episcop. & cleric.* Primò namquè necesse est, ut à publico Notario conficiantur: quia tabellioni publico qualis qualis jurisdictio competit. *Omphalius de usurpatio. ll. lib. 5. cap. 16. num. 4. Nov. 44. cap. 1. 2. Nov. 73. Gail lib. 2. observ. 13. num. 16.* Secundo continere debent locum, tempus, annum. Adjiciunt nonnulli invocationem nominis divini. Quia, uti dicunt: ubi Christus non est cujusque rei fundamentum; ibi nec felix eventus esse potest. *Boetius de Consolatione philosophiæ: Invocandus rerum omnium Pater, quo prætermisso nullum ritè fundatur exordium.* A Deo enim

id à Doctoribus alibi explicatum quilibet per se satis invenient [1].

XIX.

enim cujusque rei capienda esse exordia, monuit præter Platonem *Xenophon lib.* I. Notum quoque illud:

Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα.
Ab Jove Musarum primordia.

Certe fatendum est, id piè quidem fieri: eo tamen non obstante instrumenta hodiè ob illius omissionem non vitiantur. *Costalius ad pr. ff. Christinæus vol.* 5. *decisio.* 55. *num.* 3. Ejusque sententiæ ea redditur ratio: tum quia forma à legibus præscripta, eam præcipuè ob caussam adhibetur, ut verum aut falsum inde possit elici; circa quod divini nominis omissio nihil obest. Tum etiam, quia nulla lex, nulla constitutio divini nominis præfationem sive invocationem expressè requirit. Atqui ad actus alicujus perfectionem plura solemnia, quam leges præscribunt, exigere non debemus. Contrarium tenet *Menochius de Adipisc. possessio. remed.* 4. *num.* 711. Non obstat *Nov.* 17 *in pr.* Respondeo; id ideò fieri, quia omnia rectè geruntur, quæ à Dei invocatione fiunt: ex quo tamen non sequitur, instrumentum ob ejus omissionem annulari. At quid de indictione? Idem dicendum erit. *Ambrosius in Luc. lib. secundo: Nam si consules adscribuntur tabulis emptionis, quanto magis redemptioni omnium debuit tempus adscribi? Habes ergo omnia quæ in contractibus esse consueverunt, vocabulum summam illic potestatem gerentis, diem, locum, caussam, testes quoque adhibere solent.* An verò ad instrumentorum perfectionem testium adhibitorum subscriptio necessaria sit, in dubium vocatur. Nonnulli volunt non subscriptionem, sed duntaxat testium præsentiam necessariam esse: quos tamen perspicuè refellit *Nov.* 73. *cap.* 5. in qua habetur, testium ex scripto præsentiam adhiberi debere: quod sine dubio de ipsa subscriptione exaudiendum est. Prædictis non adversatur *l.* 31. *C. de donationib.* Respondendum enim est: in opposita lege agi de istiusmodi actu, qui subscriptionem nullam requirit; item de privato non publico instrumento: quod ad sui confirmationem tantas solemnitates desiderat. Insuper contrariatur. *l.* 17. *C. de fide instrumentor.* Simpliciter videtur dicendum; non qui-

[1] *Marant. d. part.* 6. *act.* 8. *de instr. prod. Nicol. de passer. de scriptura privata passim.*

XIX. a Ultimo loco posui testes & testimonia: *testimoniorum enim usus frequens & necessarius est, & ab his præcipue exigendus quorum fides non vacillat* 1.

XX. Deinde vero *testium fides diligenter examinanda est* 2: Illud interim cavendum, b *ne effrenata potestate ad vexandos homines superflua multitudo testium protrahatur* 3. Cui malo ut obvietur, instructio Supremæ Curiæ numerum definit, hoc pacto; c ut super uno eodemque facto non plures quam septem testes

1 L. 1 ff. de testib.

2 L. 3. ff. d. tit.

3 L. 1. §. fin. ff. d. tit.

quidem in opposita lege mentionem fieri de testium ipsorum subscriptione: tamen in *Nov.* dicta 73. Justinianus id insuper addidisse videtur: quod & praxis observat.

a §. 19. *Ultimo loco posui testes*] *Hieronymus in epistol. Post argumenta*, ait, *vocari testes oratorum more*. In dubium vocatur; an dignior sit probatio quæ fit testibus, quam instrumentis? Id nonnulli quidem volunt: quia sc. testes medio juramento deponunt. Respondeo negando: tum quia non semper testes per juramentum deponunt, sed sæpe etiam injurati, ut in nonnullis locis. Tum quia etiam in instrumentis testes necessarii, & persona publica, cujus fides juramento firmata & à judice approbata: ut proinde minor ibi falsi suspicio quam in solis testibus committi possit.

b §. 20. *Ne effrenata potestate ad vexandos homines superflua multitudo testium protrahatur*] Quamquam legibus amplissimus numerus testium definitus sit; tamen ex variis Principum constitutionibus, hæc licentia ad certum numerum coartatur, ut judices moderentur, & solum eum numerum testium, quem necessarium esse putaverint, evocari patiantur. *Farinacius de testib. tit.* 8. *quæst.* 80. *num.* 114. *Duarenus ad tit. C. de testib. cap.* 3. *in fi. Mornacius ad l.* 1. §. 1. *ff. de testib. Brunemannus ad l.* 1. §. 1. *nu.* 3. *ff. eod. Mascardus de probatio. vol.* 3. *conclus.* 1083. *nu.* 1.

c §. 20. *Ut super uno eodemque facto non plures quam septem testes audiantur*] *Artic.* 31. 32. *Instruct. Curiæ Supr.* Jure civili licet multitudo testium non sit certa, sed judicis relligioni commissa: hodie tamen ad sumtus & expensas vitandas, non plures quam septem super uno-

ftes audiantur, [a] nisi in iis causis in quibus turba testium necessaria est; (ut in probanda consuetudine) aut nisi aliter à Curia, visis testimoniorum actis, aut ad relationem Commissarii, statuatur [1]. [1] *Instr. Sup. Cur. art.* 31.

XX. Quod satis [b] congruit cum statuto in regno Siciliæ vigente, cujus mentionem facit Maranta [2]: quod eundem numerum præfinit, nisi aliter æquum videatur judici, vel nisi quæstio sit de factis antiquis. [2] *Marant. d. part.* 6. *act.* 6. *de test. prod.*

XXII. Ipsos vero testes quod attinet, [c] debent de-

unoquoque articulo & litis capite adhiberi possunt. *Zypaus notit. jur. Belg. tit. de testib. Wassenaer prax. civil. cap.* 1. *art.* 1. *num.* 158. Adde *Valerium Maximum lib.* 8. *cap.* 1.

a §. 20. *Nisi in iis causis in quibus turba testium necessaria est, (ut in probanda consuetudine)*] Si usus aut consuetudo probanda sit, plures quam septem testes admitti possunt. *Damhouder prax. civil. cap.* 165. *num.* 1. Ratio est, quia in ea maximum præjudicium vertitur, quippe legis vicem obtinens, §. 9. *J. de jure natur. tot. tit. C. quæ sit longa consuetudo.*

b §. 21. *Congruit cum statuto in regno Siciliæ*] In Flandria ad probandam consuetudinem decem testes admittuntur. *Damhouder prax. civil. cap.* 164. *nu.* 3. 4. Idem servari in Gallia testatur. *Faber Cod. lib.* 4. *tit.* 15. *def.* 6. *Costalius ad l.* 1 *ff. quod quisque jur. Boerius decis.* 85. *num.* 2. *Mornacius ad l.* 1. §. 1. *ff. de testib.*

c §. 22. *Debent deponere*] *Art.* 8. *Instruct. Urb.* Jure civili omnes testes regulariter jurare tenentur: inviti pœnali judicio coërceri possunt. *tot. tit.* x. *de testib. cogend. Bort de arrest. part.* 4. *n.* 66. *Gudelinus de jure novissimo lib.* 4. *cap.* x. *Mornacius ad l.* 3. §. *fin. ff. de testib. Papegay vol.* 2. *pag.* 64. *Brunemannus ad l.* 2. 3. *num.* 28. *ff. de testib. ad l.* 19. *n.* 1. *C. eod. Gellius l.* 10. *cap.* 15. *C.* 1. x. *de jurament. calumn.* Cujus conclusionis ratio perspicua est: quia testimonium dicere pro munere publico habetur, ad quod quis invitus compelli potest. *Marci decis. part.* 2. *quæst.* 94. *num.* 2. *l.* 9. *ff. de munerib.* Huc accedit utilitas reipublicæ, cujus interest verum patefieri: cum id celare mortale peccatum sit. *Durandus in speculo lib.* 1. *de testib.* §. 13. *num.* 3.

Lege

deponere citati, [a] jurati [1]: debent exacte ad interrogata respondere & causam suæ scientiæ reddere, ut latius videre est apud Marantam [2], & Doctores passim.

1 *L. jurisjurandi* 9. *C. de testib.*
2 *Marant. d. part.* 6. *act.* 6. *per tot.*

XXIII. Quæ ut melius intelligantur, totum qui circa testium depositiones more nostro exercetur processum examinabimus.

XXIV.

Lege tamen Julia constitutum est, ne quis invitus testimonium dicat adversus vitricum, socerum, generum, privignum, omnesque eos qui proximum amicitiæ gradum contingunt. Dicta lex Julia an tantum de caussis criminalibus intelligenda, dubium est. Verius est, olim duntaxat de causis criminalibus latam fuisse: etiamsi postea etiam ad civiles extensa sit.

a §. 22. *Jurati*] Tota depositionis vis in juramento testium posita est. Controvertitur; an consuetudine possit induci, ne juretur: id quod omninò negandum est: quia homines sæpè juramento coërcendi, ut verum eruatur: ergo istiusmodi consuetudo utpotè caussam præbens falsitati, meritò improbanda. Juramentum quod attinet; duo observari convenit. Omnis namquè testium dispositio juramento confirmari debet: quod si non sit observatum, juramentum pro non præstito habetur: quia testis non juratus, quantumvis sanctimonia, vel dignitate excellat, nullam fidem meretur. *Wassenaer prax. civil. cap.* 1. *art.* 1. *nu.* 139. 159. *Gail lib.* 1. *observ.* 101. *num.* 1. *Mysingerus cent.* 4. *observ.* 77. *num.* 1. *Quintilianus lib.* 5. *cap.* 7. *c.* 5. 17. 51. x. *de testib. Seneca lib.* 2. *de Ira cap.* 29. At quæstionis est, an à judice id jusjurandum remitti possit? Respondeo, judici id non licere: necessitati enim lex imponit, non voluntati permittit. Amplius quæritur; an possit id conventione ipsarum partium contendentium remitti. Ad quod dicendum est, in criminalibus eam pactionem non admitti: quia de republica privatis non licet pacisci: in civilibus verò vel caussis pecuniariis id non denegari. Quia igitur regulariter testes non producebantur nisi jurati, inde est, quod & juratores appellantur. *Seneca*: *Quis ab historico juratores exigit? Plautus*: *Vos juratores estis, quæso operam date.*

Ab

Ab hac sententia recedit doctissimus *Joan. Gronovius ad Tit. Livium lib. 4. cap. 3. in fi.* Receptum tamen est in judicio possessorio & quæ celeris sunt expeditionis, etiam injuratos admitti. *Menochius de retinenda possess. Remed. ult. num. 39. Wesembecius ad tit. ff. de testib. nu. fin. Valerius Maximus l. 2. cap. fin.* Alterum juramenti requisitum consistit in formula præscripta: quod conceptis verbis jurare veteres vocabant. *Dambouder prax. civil. cap. 166. num. 4. Mornacius ad l. 5. ff. de jurejur. Cicero pro Cluentio: Dixit se scire, illum conceptis verbis pejerasse. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap. 13. §. 11. nu. 1. §. 14. Cujacius lib. 1. observ. 21. Duarenus lib. 1. disput. anniversf. cap. 2. l. 3. ff. de jurejur.* Si verò nec conceptis verbis jusjurandum adversario delatum esset, sed dictum simpliciter; eo casu usitata & solemni jurisjurandi formula Romani utebantur. Ut plurimum autem, qui apud Romanos jusjurandum deferebat, petebat solemni formula jurari per Jovem *Gerard. Vossius l. 1. Inst. Orator. cap. 12. § 6. Gellius lib. 1. cap. 21.* Per nomina quoquè & numina consecratorum jurare moris erat. Nam post Julii Cæsaris cædem, senatus decrevit τὴν αὐτοῦ τύχην ὀμνῦναι, ut narrat *Dion Cassius. §. 1. J. de fideicommiss. l. 5. 33. ff de jurejur. Autumnus ad l. 22. ff. de dolo. Groenewege de ll. abrog. ad l. 13. §. 2. ff. de jurejur. Genes. cap. 42. v. 15.* Et Imperator Claudius jusjurandum neque sanctius, neque crebrius instituit, quam per Augustum. Objiciat fortè aliquis, in definitione jurisjurandi non rectè fieri divini nominis mentionem: quia non tantum per Deum juratur, sed etiam per ipsum Principem aut ejus genium. Etenim respondendum est: licet in definitione jurisjurandi divini nominis nulla fiat mentio: non tamen ideò excluduntur & aliæ formulæ usitatæ. Licitus namquè jurisjurandi modus etiam fuit vel per ipsum Deum, vel per nostram salutem, vel per salutem Principis: quomodo Jacob juravit per timorem patris sui. *Genes. cap. 31.* Joseph per salutem Pharaonis. *Genes. cap. 42.* Moses per cœlum & terram. *Deut. cap. 4. 30. 31.* David per animam Jonatæ. *1. Reg. cap. 20.* Quinimò & alios modos in juramento præstando observarunt. Quidam enim per homines & Deos jurabant. *Justinus lib. 22. histor. cap. 2. Gellius lib. 11. cap. 6. Deutero. cap. 32. v. 17. 37. cap. 7. v. 3.* Alii per canes & anseres. *Lactantius lib. 3. de falsa sapient. cap. 19.* Nonnullis per caput juramentum fuit. *l. 3. §. 4. ff. de jurejur. Matthaus in Euang. cap. 23. v. 16.*

Mm Thra-

XXIV. Primum is, qui testes audire desiderat, a impetrat à Curia ejus rei facultatem, quæ aliquem è Senatoribus cum Secretario aut Graphiario (*nobis een*

Thraces per Mercurium & solem. *Alexander ab Alexandro lib.* 5. *cap.* x. Pœnorum mos traditur, ut aram & sacra tangentes, Deos hominesquè jurarent. *Virgilius*: *Tango aras, mediosque ignes & numina testor. Cicero pro Flacco*: *Ergo is, qui si aram tenens juraret crederet nemo, per epistolam, quod volet injuratus probabit? Justinus lib.* 24. *histor. cap.* 2. *Pufendorf de jure natur. lib.* 4. *cap.* 2. §. 3. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 13. §. 11. *nu.* 1. Liberi jurabant per cineres sui parentis. *Propertius lib.* 2. *Eleg.* 13.

Ossa tibi juro per matris & ossa parentis,
Si fallo cinis heu sit mihi uterque gravis.

Judæis olim in more positum fuit, ut manum fœmori admoverent. *Farinacius de testib. tit.* 8. *quæst.* 74. *n.* 24. 81. *Genes. cap.* 47. *v.* 29. *c.* 24. *v.* 9. Hodiè per decem præcepta & legem Mosis jurare solent. *Maranta de ordine judicio. part.* 3. *num.* 50. Cæterum hæ similesquè formulæ à veteribus in jurejurando receptæ omninò evanuerunt. Moribus namquè nostris jurant duobus primis digitis in cœlum elevatis, & invocato omnipotentis Dei nomine. *Cujacius ad Nov.* 51. *Genes. cap.* 14. *v.* 22. *Deutero. cap.* 32. *v.* 40. *Papegay vol.* 1. *pag.* 28. Exodi *cap.* 22. *v.* 11. *Busius ad l.* 33. *ff. de jurejur.* In terris Ecclesiæ Romanæ, Episcopi & clerici jurant propositis Euangeliis & manu pectori admota. *Polydorus Virgilius l.* 4. *de rerum inventor. cap.* 12. *Mornacius ad l.* 5. *ff. de jurejur. Nov.* 123. *cap.* 7. *l.* 12. §. *pen. C. de reb. credit. l.* 1. §. 1. *C. de jurisjur. ob calum. c. fin. x. de juramento calum.* Adjiciendum his, quod tam scrupulosa cura possit remitti: nam si simpliciter quis dicat *Juro*! ejusdem erit effectus, ac si ipsum omnipotentis Dei nomen invocatum esset. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 13. §. 11. *num.* 1. *Alciatus ad rub. tit. de jurejur. num.* 28. 29. 30. *Paulus* 1. *ad Cor. cap.* 15. *v.* 31.

a §. 24. *Impetrat à Curia ejus rei facultatem, quæ aliquem è Senatoribus cum Secretario aut Graphiario audiendis testibus præficit*] Jure veteri dabantur recuperatores ab ipso Prætore, ut nos docet *Plautus*:

Postquam quidem Prætor recuperatores dedit.
Damnatus demum vi coactus reddidit.

Se-

een [a] **Commissaris ende adjunct**) audiendis testibus præficit, atque hoc est quod nos vocamus [b] **Commissie op een Commissaris om getuygen te hooren**/ simulque statuit terminum intra quem testes produci debeant [1], qui tamen sæpissime ex causa, parte petente, prorogari solet. 1 *Instr. Sen. Præs. art.* 127.

XXV. Is Commissarius apparitori mandatum porrigit [c] citandi coram se testes, quos litigantes audiri po-

Seneca lib. 3. de Benefic. cap. 7. l. 75. ff. fin. regund. l. 8. ff. de recept. arbit. Gellius l. 20. cap. 1. Suetonius in Domitiano cap. 8. Receptum tamen postea fuit, etiam ab aliis judicibus quam à solo prætore eos dari: quippe etiam de aliis causis quam de interdictis fuere delegati. *Suetonius in Vespasiano cap. 3. Giphanius ad l. fin. C. ubi & apud quem cognitio.*

a §. 24. **Commissaris**] *Artic. 127. Instruct. Curiæ Holland. Artic. 35. Instruct. Curiæ Supr.* Commissarii sive delegati, qui ad caussas cognoscendas & finiendas delegabantur, recuperatores olim dicti fuere. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 1. cap. 3. §. 21. nu. 4. lib. 3. cap. 19. §. 15. Suetonius in Domitiano cap. 8. in Nerone cap. 17. in Vespasiano cap. 3. Cicero pro Cæcinna: In hac ipsa caussa, recuperatores, si hoc nos non obtinebimus, vi, armatis hominibus, dejectum esse eum, quem vi, armatis hominibus, pulsum, fugatum esse constat.*

b §. 24. **Commissie**] *Artic. 15. 127. Instruct. Curiæ Holland.* Officium & potestas judicis delegati, ex clausulis & forma mandati colligitur: unde fides de mandato fieri debet. *Merula prax. civil. lib. 4. tit. 20. cap. 4. tit. 61. cap. 1. num. 1. tit. 54. cap. 1. nu. 4. Suetonius in Claudio cap. 15. in Tiberio cap. 4. 10. 31. Papegay vol. 1. pag. 125. 126. Plinius lib. 3. ep. 4.* Ideoquè eo deficiente, citatus tanquam ad judicem notoriè incompetentem venire non tenetur. *l. 20. ff. de jurisdictio.* sententiaquè, tanquam ex defectu jurisdictionis lata, esset ipso jure nulla. *l. 1. C. de recept. arbit. l. 75. ff. de judic.*

c §. 25. *Citandi coram se testes*] Jurisjurandi præstiti nullus effectus, nisi jussu judicis intervenienti te testes sint citati, coram quo controversia tractatur. *Suetonius in Claudio cap. 15. Brissonius lib. 2. antiquitat. Ro. cap. 1. Mornacius ad l. 11. ff. de testib. Brunemannus ad Auth. Rogati C. de testib. Papegay vol.*

postulent, ad certum diem locum & horam. De quibus & [a] certioratur adversarius, (*nobis* **partye werdt geintimeert**) ut ad eundem diem [b] si velit adsit, visurus testes, & juramentum quod præstabunt auditurus.

XXVI.

vol. 1. *pag.* 125. *Gail lib.* 1. *observ.* 100. *num.* 9. Nam suspectus testis hoc ipso est, qui operas suas ingerit invitus. *Brunemannus ad l.* 21. *num.* 2. *ff. de tutorib. & curatorib. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 65. *cap.* 1. 2. *l.* 11. *C. de testib. l.* 3. *in pr. ff. de jurejur. c.* 2. *x. de testib.* Hinc testes veteres rogatos dixerunt, *Virgilius*:

--- *Divos quamquam nil testibus illis*
Profeci.

id est, vocatis. *Plinius lib.* 6. *ep.* 5. 29. Testes igitur secundum leges pro forma substantiali citandi sunt: nisi tales casus emergant, in quibus citatio necessaria non est: veluti si testis in judicio præsens fuerit, in jus vocatio non requiritur. *l.* 9. §. 1. *ff. de offic. proconsul.* Ratio est; quia præsentia pro citatione habetur, *l.* 29. §. 2. *ff. de minorib.* At quæritur, an omissio citationis omninò inducat nullitatem? Quod negandum videtur; licet ipsius fidem valdè minuat, si ultrò se offerat: idque probari videtur per *l.* 12. *C. de testib.*

a §. 25. *Certioratur adversarius*] *Artic.* 188. *Instruct. Curiæ Supr.* Juramentum præstitum nullas vires habebit, si non in præsentia utriusque partis sit præstitum, & adversarius debito modo sit vocatus, ut juramento intersit, ne fraus aut dolus admittatur. *c.* 2. *x. de testib. Brissonius lib.* 2. *antiquitat. Ro. cap.* 1. *Brunemannus ad l.* 19. *nu.* 8. *C. de testib. ad l.* 18. *num.* 3. *ff. de judic. Farinacius de testib. tit.* 8. *quæst.* 72. *num.* 25. *Papegay vol.* 1. *pag.* 131. *l.* 12. §. 4. *C. de reb. credit. Plinius lib.* 7. *ep.* 5. *Nov.* 9. *cap. fin.* Hæc citatio adeò necessaria est, ut si absquè ea testimonium recipiatur, id nullius momenti habeatur. Cujus rei ea ratio reddi potest: quia quoties actus à duorum consensu pendet: requiritur utrumquè adesse. *Boerius decis.* 35. *num.* 2. Et generaliter dictum sit; in omni actu ubi quis lædi potest, & quæ adhibita caussæ cognitione expeditur, citatio adversarii, cujus interest, necessaria est. *Mynsingerus cent.* 2. *observ.* 91. Excipe si locus non tutus, ex quo quis citari debet. *Alciatus lib.* 8. *Respons. consil.* 4. *n.* 6.

b §. 25.

XXVI. Cui etiam licet à sua parte articulos Commissario exhibere (*nobis* a **contrainterrogatorien leberen**) super quibus testes ab adversario producti examinentur. Ea citatione peracta & testibus comparentibus, exhibetur à Procuratore ejus, qui testes producit, indiculus continens nomina testium & articulos super quibus examinari debeant (*nobis* **billetten**.) Quos articulos, ut & ipsas scripturas antea conscriptas,

b §. 25. *Si velit adsit*] *Art.*187. *Instruct. Curiæ Supr.* Quid si venire nolit, aut recusaverit, & præsens non inveniatur; eo etiam absente ex una parte, judex audiet dispositiones, & attestationes recipiet: & perinde valebunt, ac si eo præsente receptæ essent. *l.* 19. *de testib. Nov.* 90. *cap.* 9. *Auth. Sed etsi C. de testib.*

Ex *Artic.* 187. *Instruct. Curiæ Supr.* **In persoon**] Ex *Fabio* constat; olim testimoniorum duplicem fuisse rationem: nam aut per tabellam, aut à præsentibus dicebatur. Cæterum hodiè testimonium ipsi testes viva voce perhibere debent, non per alium aut in scriptis. *l.* 12. *§.* 4. C. *de reb. credit. c.* 14. *x. de jurejur. Albericus Gentilis Advocat. Hispanic. lib.* 2. *cap.* 1. *Mornacius ad l.* 3. *§.* 3. *ff. de testib. l.* 21. *ff. eod. l.* 9. C. *eod. c.* 29. *x. de testib.* Nam judex potissimum perspicere debet qua animi firmitate aut motu testimonium perhibeant, quantaquè fides ipsis haberi debeat. *l.* 2. 3. *ff. de testib. l.* 14. *C. eod. Cicero in topicis: Sæpe pallor, vultus, rubor aut titubatio faciunt, ut minus fidei alicui habeatur.* Hinc est quod vulgò dici solet, *Testibus non testimoniis credi debere*: ut providum est Adriani Imperatoris consilium: & relatum in leges est. *Mornacius ad l.* 3. *§.* 3. *ff. de testib. Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 5. *cap.* 21. *nu.* 4. 5.

a §. 28. **Contrainterrogatorien leberen**] Concessum est ei contra quem testes producti sunt, interrogatoria positionibus judici prolatis addere, & testes ab adversario productos simul super iis interrogare: idquè ut articulos sive positiones diluat, refellat. *Farinacius de testib. tit.* 8. *quæst.* 73. *num.* 16. *Hogerbeets in prax. civil. cap.* 5. *Gail lib.* 1. *obs.* 95. *num.* 9. *Wassenaer prax. civil. cap.* 1. *art.* 1. *num.* 150.

ptas, è quibus desumti sunt, [a] diligenter perlegit Commissarius [1]: & deinde testes ad se admissos juramentum de veritate dicenda præstare jubet.

1 *D. instr. art.* 126.

XXVII.

a §. 26. *Diligenter perlegit Commissarius*] *Artic.* 33. *Instruct. Curia Supr.* In audiendis testibus, tam judex, quam testis considerandus est. Siquidem examinatio à nullo, quam ab eo cui id soli jus est, fieri debet. *Damhouder prax. civil. cap.* 7. *num.* 1. *Durandus in speculo lib.* 1. *de testib.* §. 7. *num.* 22. Itaquè requiritur ut id faciat judex, qui solus, non notarius vel alius testes examinare potest. *Quintilianus lib.* 5. *cap.* 7. *l.* 3. §. 1. 2. 3. 4. *ff. de testib. Papegay vol.* 1. *pag.* 125. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 15. *nu.* 2. *ff. de jurejur. num.* 3. *Duarenus ad tit. C. de testib. cap.* 4. *Nov.* 60. *cap.* 2. §. 2. Ratio est; quia multò perfectius coram ipsis judicibus præsentibus illis quorum interest, dignoscitur, qua animi trepidatione & constantia testimonium dicant: cum per vultum & exteriora sæpè interiora dignoscantur. *Faber Cod. lib.* 4. *tit.* 15. *def.* 52. *num.* 3. *Boerius decis.* 1. *num.* 30. 39. *Cicero secundo de Oratore: Verba omnia excipimus, vultus denique perspiciamus omnes, qui sensus animi plerumque indicant. Auctor ad Herennium lib. secundo: Accusator dicet, si poterit, adversarium, cum ad eum ventum sit, erubuisse, expaluisse, titubasse, inconstanter locutum esse, concidisse, pollicitum esse aliquid: quæ signa conscientiæ sunt.* Idquè maximè locum habet in caussa criminali & ardua, ob magnum præjudicium. In civili verò quandoquè poterit examinatio alteri committi, ubi hoc rerum & personarum qualitas reposcat, & judicis motus cum his concurrat. *Nov.* 73. *cap.* 3. *Nov.* 90. *cap.* 5. *Omphalius de usurpatione ll. lib.* 5. *cap.* 19. *nu.* 36. Cæterum sciendum est, jure veteri non per ipsum judicem: sed per ipsos disertissimos causarum patronos testium examinationem fieri consuevisse; uti docet nos *Cicero pro Flacco: Ubi est illa laus oratoris, quæ in accusatore antea, vel in patrono spectari solebat? Bene testem interrogavit: callide accessit: reprehendit: quo voluit, adduxit: convicit, & elinguem reddidit. Idem* 1. *in Verrem: Etenim sic me ipsum egisse memoria tenetis, ut in testibus interrogandis omnia crimina proponerem, & explicarem, ut, cum rem totam in medio proposuissem, tum denique testem interrogarem.*

a §. 27.

XXVII. Quo facto eos super singulis articulis examinat, & [a] super omnibus circumstantiis & ratione scientiæ diligenter interrogat, ut sibi de veritate rei gestæ constare possit [1]. [1] D. inst. art. 129. instr. Sup. Cur. art. 33.

XXVIII. Totamque testium depositionem per Secretarium scripto consignari curat, ita tamen ut sibi à multiplicitate verborum caveat quantum potest; ideoque plures articuli de eodem facto agentes in unum compingi debent [2]: his ita peractis, Commissarius testibus testificata sua prælegit, rogans an quid addere vel demere velint, postremo vero eos si scribere norint, depositioni suæ scripto comprehensæ subsignare jubet, [b] & ne testimonia sua divulgent monet [3]: tum vero si quid [c] testes pro itineris impensis & opera data petant, solet id taxare Commissarius. [2] D. instr. Sup. Cur. art. 32. [3] D. instr. Sen. Præs. art. 130.

XXIX.

a §. 27. *Super omnibus circumstantiis & ratione scientiæ diligenter interrogat*] *Artic.* 33. *Instruct. Curia Supr. Artic.* 126. 129. *Instruct. Curiæ Holland.* In testibus examinandis fidelis observatio adhibenda, status cujusque inquirendus, dignitas, mores, gravitas examinanda est, conditio exploranda: utrum quis decurio an plebejus: & an honestæ, & inculpatæ vitæ; an vero notatus & reprehensibilis pro quo testimonium dat. *Busius ad l.* 3. *ff. de testib. nu.* 1. *l.* 58. *in fi. ff. de legat.* 1. *l.* 2. 3. *ff. de testib. Euripides:*

Jam sæpe lectus acris litis arbiter,
Cum multa concurrissent dicta testium,
Inquiro vera, mores intuens viri
&
Quotidianæ vitæ consuetudinem.

b §. 28. *Et ne testimonia sua divulgent monet*] *Artic.* 130. *Instruct. Curiæ Holland.* Testes jurati secreta pandere non debent, tam magni Dei metum, quam legum indignationem, si quid horum prætermiserint, considerent. *Albericus Gentilis Advocat. Hispan. lib.* 2. *cap.* 4. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 65. *cap.* 8. *num.* 3. Quod si id factum sit, parti ad interesse in factum, aut actione injuriarum: prout personæ conditio est, cum ipsis agi potest. *l.* 40. 41. *ff. ad l. Aquilia.*

c §. 28. *Testes pro itineris impensis*

XXIX. Post omnes vero testes, quos litigantes producere velint, auditos, oportet uterque declaret se ulteriori testium productioni renuntiare, & tunc utrique a parti id petenti eduntur utrimque testificata, quod testimonia publicare Doctores vocant.

XXX. Notandum tamen, aliquando paulo aliter testes

pensis & opera data petant] *Artic.* 34. *Instruct. Curiæ Supr. Artic.* 130. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 15. *Instruct. Urb.* Communis interpretum conclusio est; sumtibus producentis testes esse vocandos, sive id fiat ab actore ad probandum sive à reo ad defendendum. *Pekkius de jure sist. cap.* 51. *num.* 3. *Bartolus ad l. Quoniam nu.* 7. *C. de testib. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 65. *cap.* 15. *num.* 1. 5. 6. 7. 8. Regulariter enim expensæ ab eo faciendæ in cujus commodum quid fieri debet. *l.* 11. *§.* 1. *ff. ad exhibend.* Debet igitur esse cautio judicantis, ut bis venturis ad judicem, per accusatorem, vel ab his, per quos fuerint postulati, sumtus competentes his à quibus fides notitiæ postulatur, dari præcipiat. *Brunemannus ad l.* 11. *num.* 5. 6. *C. de testib. l.* 11. *C. eod. Mornacius ad l.* 3. *§.* 3. *ff. de testib. Albericus Gentilis Advocat. Hispanic. lib.* 2. *cap.* 2.

b *§.* 29. *Parti id petenti eduntur utrimque testificata*] *Art.* 146. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 18. *Instruct. ejusdem Curiæ in causs. leviorib.* Testibus productis, iisque examinatis, postulant partes testimonia publicari. *Durandus in speculo lib.* 1. *de testib. §.* 8. *nu.* 1. *Bartolus in tract. de testib. cap. de testium publicatio. num.* 120. *Mysingerus cent.* 4. *observ.* 52. *nu.* 8. *Gail lib.* 1. *observ.* 87. *num.* 4. Data namque dilatione ad probandum, oblatisque testium positionibus & subsecuta responsione; necesse est probare quæ in positionibus continentur. Dantur loci, in quibus in personas duntaxat objici licet; dicta relligioni & prudentiæ judicis examinanda committuntur. *Durandus in speculo lib.* 1. *tit. de testib. §.* 3. *num.* 4. *Zypaus notitia juris Belg. lib.* 2. *tit. de testib.* An verò publicatio testium necessaria, quæritur? Nonnulli de justitia eam esse, non de substantia judicii existimant. *Gail lib.* 1. *observ.* 103. *num.* 5. 6. *observ.* 105. *num.* 1. *Mysingerus cent.* 4. *observ.* 52. *num.* 2. De substantia esse, explorati juris est. Ratio est; quia per id verum explorari potest, ut quis videat quo jure nitatur. *c.* 24. *x. de*

testes auditos, a cum nulla quidem adhuc lis præcessit, aut certe nondum res ad testium productionem perducta est; testes tamen, ne forte morte præveniantur, ad perpetuam rei memoriam (b *nobis* **byenqueste baletudinaire**) examinari petuntur.

XXXI. Tunc enim is cujus interest, libellum Curiæ offert, & justum litis metum, aut inchoationem litis narrat, petens ut c testes ætate grandes, aut parum validi, per Commissarium ad id deputandum super

x. *de accusatio. Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 78. *cap.* 1. *num.* 3. 4. 8. 9. 10. *Farinacius de testib. tit.* 8. *quæst.* 75. *nu.* 5. 6. 7.

a §. 30. *Cum nulla quidem adhuc lis præcessit*] *Ampliat. Curia Supr. An.* 1585. *Ampliat. Curia Holland. An.* 1580. *artic.* 19. Regulariter in processu ordinario non nisi post litem contestatam testes solent recipi. *Duarenus ad tit. ff. & C. de testib. cap.* 4. *Mysingerus cent.* 4. *obs.* 72. *num.* 1. *c.* 36. *x. de testib. Menochius de arbit. judic. quæst. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 62. *nu.* 1. Quandoquè tamen à regula juris communis recedi solet: ut si quis quid patiatur contra leges, aut aliter læsus, aut damnum patiens, & testes apud judicem producere voluerit, & eorum testimonia publicare: quo casu judex lite licet non contestata attestationes recipere, & testes ad perpetuam rei memoriam examinare poterit. *Mysingerus cent.* 4. *obs.* 71. *num.* 1.

b §. 30. *Nobis* **byenqueste valentudinaire**] *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 65. *cap.* 18. *num.* 2. 3. 5. *Papegay vol.* 2. *pag.* 547. *Artic.* 19. *Ampliat. Instruct. Cur. Holland. An.* 1579.

c §. 31. *Testes ætate grandes, aut parum validi*] *Artic.* 19. *Ampliat. Instruct. Curia Holland. An.* 1580. In hac testium receptione ante litem contestatam accuratè videndum est, an ab actore an verò à reo id petatur. *Gail lib.* 1. *observ.* 92. *num.* 3. In actore considerandæ ætas, valetudo, diuturna absentia, aliique similes casus, qui humanis necessitatibus imminent: ne sc. probationum facultas, & rerum gestarum memoria intereat. *Mysingerus cent.* 4. *observ.* 72. *num.* 1. *c.* 8. *x. de testib. Auth. Sed & si quis C. de testib. l.* 1. *§.* 2. *ff. deposit. Menochius de arbitr. judic. quæst.*

super articulis à se exhibendis examinentur. Ei postulato statim aliquando assentitur Curia, si nulla adhuc lis sit; si vero ea jam sit mota, solet injungere ut id in judicio parte præsente postuletur, cui tamen postulato non solet refragari adversarius; ea tamen conditione, ut sibi exemplum interrogationum tempestive detur, ut à sua quoque parte interrogatoria (*nobis* contrainterrogatorien) exhibere possit: in quem finem, atque etiam ad videndum jurare testes, & de tempore quo examinatio facienda est, [a] insinuandus est adversarius.

XXXII. Tum demum Commissarius super exhibitis sibi articulis ad examen testium, eo quo diximus modo procedit, & si postea ante finem litis eos testes decedere contingat, petit is, qui eos produxit in judicio, ut illud examen testium pro legitimo habeatur, (*nobis* dat de enqueste gehouden sal werden als ordinaire) atque ita liti adjungatur, ejusque partem faciat.

XXXIII.

quæst. lib. 2. *cent.* 1. *cas.* 61. *nu.* 2. *cas.* 62. *num.* 1. Itaque hæ caussæ precibus inserendæ & exprimendæ, ob quas testes recipi & examinari velit; ut judex videat an preces veritate nitantur. *c.* 41. x. *de testib.* In reo id non necessarium est; sed ipsi integrum est indistinctè tam in caussis civilibus quam criminalibus; & tam ante quam post litem contestatam, testimonia producere. *Farinacius de testib. tit.* 8. *quæst.* 76. *num.* 63. Ratio est, quia non est in ejus potestate quando velit agere: ideoquè nulla ætatis, absentiæ aut valetudinis ratione habita, in omnibus omninò caussis testes ad futuram rei memoriam potest producere. *Costalius ad l.* 40, *in §. ff. ad l. Aquil. Dissentit Faber Cod. lib.* 4. *tit.* 15. *def.* 25.

a §. 31. *Insinuandus est adversarius*] Quid, si constituto ad jurandum tempore se non præstiterint? perinde valebit testium receptio,

XXXIII. Sciendum etiam, non semper testes per Commissarium Curiæ examinari, ut puta a si absentes sunt extra Provinciam, aut si id nimio oneri futurum sit litigatoribus: tunc enim aut ille judex in cujus territorio testis degit, aut etiam inferior judex in hac Provincia, parte id petente, surrogatur, qui c à Curia ad id requisitus testes audiat, & eorum testimonia scripto comprehensa & d obsignata ad Curiam mittat [1].

XXXIV.

ceptio, ac si eo præsente attestationes receptæ essent: nec opponi poterit, quod una ex parte datæ sint. *Nov.* 90. *cap.* 9.

a §. 32. *Si postea ante finem litis eos testes decedere contingat, petit is, qui eos produxit in judicio, &c.*] *Artic.* 17. *Instruct. Ord.* Testibus ad futuram rei memoriam examinatis, si tempore judicii superstites sint, iterum recoli debent. Mysingerus *cent.* 4. *observ.* 14. *Consilia Batav. vol.*6.*in append. pag.*307. *Papon de arrest. lib.* 9. *tit.* 1. *art.* 23.

b §. 33. *Si absentes sint extra provinciam*] Omne juramentum, sive à judice, sive à partibus illatum, vel in principio litis, vel in medio, vel in ipsa definitiva sententia, sub ipso judice detur. Si vero in alio loco intra provinciam testes degant: licentiam habet judice id decernente, & sufficiens spatium definiente, deducere intra suum locum. *l.* 3. §. 6. *ff. de testib.* Sin autem in longinquis regionibus habitent, vel senio vel morbo impediti, quominus ad eum locum venire possunt, à judice ejus territorii examinari possunt. *Duarenus ad tit. ff. de custodia reor. cap.* 4. *l.* 18. *C. de fide instrumentor. l.* 3. §. *fin. ff. de testib. Nov.* 90. *cap.* 5.

c §. 33. *A Curia ad id requisitus testes audiat*] Litteræ ad judicem ejus loci mittendæ & dirigendæ sunt, ut ibi testes præsententur & examinentur, & dispositiones coram utriusque partis præsentia fiant. *l.* 3. §. *fin. de testib. Gail lib.* 1. *observ.* 96. *num.* 1. *Nov.* 134. *cap.* 5. *l.* 7. *ff. quemadmodum testa. aperi. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 44. *cap.* 5. *num.* 4. *Papegay vol.* 2. *pag.* 546. *l.* 18. *C. de fide instrumentor.*

d §. 33. *Obsignata ad Curiam mittat*] Examine facto, à judice ejus loci ad priorem judicem lites, & testimonia referenda: illic videlicet definitiva sententia danda, ubi & lis contestata est. *l.* 18. *in fi. C. de fide instrumentor. l.* 30. *ff. de judic.*

XXXIV. Neque tamen hoc semper locum habet, nam in causa graviore aliquando testes ad se è Britannia mitti desideravit Curia, quod etiam juri Romano consonum est.

XXXV. Et hæc quidem de testibus eorumque examine sufficiant: plura de hac materia videre qui voluerit, legat Rebuffum, Marantam, aliosque eam exactissime prosequentes.

CAP. V.

De scripturis Advocatorum post probationem.

I. *Repulsa testium*, II. *Quomodo fiat*: III. *Contra formam*: IV. *Contra personas*: V. *Contra dicta*: VI. *Repulsa instrumentorum*: VII. *Ab injuriis temperandum*: VIII. *Scriptura comprobatoria*: IX. *Quomodo fiant?* X. *Hæ non sunt substantiales*: XI. *Non tangunt materiam principalem*: XII. *Sed testes &c.* XIII. *Jura in monitorio juris tractantur*: XIV. *Testes super articulis his scripturis contentis non audiuntur, nisi, post admissionem Curiæ* XV. *Conclusio in causa.*

I. a Post testes, ita ut diximus, auditos eorumque dicta in mundum redacta & partibus edita, & repertorium cum omnibus probationibus judici traditum, nihil superest quam ut repulsam sive refutationem

a §. I. *Post testes, ita ut diximus, auditos eorumque dicta, &c.*] *Artic.* 146. *Instr. Curiæ Holl. Art.* 18. *Instr. ejusdem Cur. in caussis leviorib. Art.* 16. *Instr. Urb.* Testibus ab utraque parte productis, & testimoniis communicatis, testes refellendi; quod locuti sint favore, vel odio inducti; sive ob conjunctionem sanguinis. *Quintilianus lib.* 5. *cap.* 13. *Papon de arrest. l.* 9. *tit.* 3. *arr.* 1. *Cicero de partitio. Oratoriis*: *Utendumque est exemplis, quibus testibus creditum non sit: & de singulis testibus, si natura vani, si leves, si cum ignominia, si spe, si iracundia,*

tionem testium ab adversario productorum uterque, si velit, faciat: (*nobis* a reprochen maken) uterque iterum quæ adversarius contra testium personas vel dicta attulerit, vindicet, & plenam iis fidem afferat, per scripturas comprobatorias (quibus apud nos salbatien est nomen [1].) *1 Instruct. Supr. Cur. art. 190.*

II. Et has quidem scripturas visa depositione testium conficit Advocatus [2]: eodem fere modo quo Additionales fieri consueverunt: nimirum repulsam hoc pacto, ut initio à primo teste ejusque dictis facto, ad ultimum usque, quicquid potest, carpat, & singulas partes testimonii undiquaque vellicet, ut toti tandem depositioni fides derogetur. Cui scripturæ tandem Epilogi loco hanc subdit clausulam, qua petit declarari bene se reprobasse, adversarium vero male produxisse testes; atque adjudicari sibi petitionem prioribus scripturis insertam, aut actis comprehensam. *2 Instr. Sen. præs. art. 76.*

III. Omnis autem repulsa aut [b] contra formam exami-

dia, si misericordia impulsi, si præmio, si gratia adducti.

a §. 1. Reprochen maken] *Artic.* 148. *Instruct. Curiæ Holland. Cicero pro Flacco, vocat testes refellere: Nam aut oratio,* inquit, *testibus refelli potest, aut verba laedi. Suetonius in Augusto: Testem se in judicio & interrogari & refelli æquissimo animo patiebatur. Quintilianus lib.* 5. *cap.* 7.

b §. 3. *Contra formam*] Refutatio non tantum admittitur ad ipsas testium personas refellendas; verum etiam ad ipsam formam modumque non ritè observatum improbandum. *Wesembecius ad tit. ff. de testib. num.* 6. *Omphalius de usurpatio ll. lib.* 5. *cap.* x. *num.* 37. Ut quod testes non legitimo modo sint citati: quod nullum omninò testimonium ab ipsis sit præstitum: quod à Notario non judice sint examinati: & deniquè, quod non viva voce, sed per scripturam testimonium perhibuerint.

examinis fit, exempli gratia, si testis dicatur illegitime citatus, vel injuratus deposuisse; aut [a] contra personas; aut contra dicta testium.

IV. Contra personas testium, utputa quod ii sint [b] consanguinei ejus pro quo producuntur, aut

a §. 3. *Contra personas*] Porrò confutatio contra personas testium variis ex caussis desumitur: & quidem præcipuè si sint ex eorum numero, quibus legibus testimonium perhibere interdici solet. *Auctor ad Herennium libro secundo*: *Contra testium vita turpitudinem, testimoniorum inconstantiam: si aut fieri non potuisse dicemus, aut non factum esse quod dicant, aut scire illos non potuisse, aut cupide dicere, & argumentari. Wesembecius ad tit. ff. de testib. nu. fin.* Notandum est, refutationem contra testes generalem non valere: quia non sufficit allegare crimina; veluti quod sint improbi, fures, adulteri: sed insuper requiritur, quod crimina refellantur in specie, dicendo, eos crimen commisisse tale; tale furtum perpetrasse. *Wassenaer prax. civil. cap. 1. art. 1. num. 184. c. 1. de electio. in 6. Papon de arrest. lib. 9. tit. 3. arr. 10. 13.*

b §. 4. *Consanguinei*] Prohibentur quidam testimonium dicere ob affectionem: ut amici. *l. 6. C. de testib.* In casu tamen ætatis probandæ, à testimonio dicendo amici non repelluntur. *Bartolus ad l. Filium ff. de his qui sui vel al. jur. Brunemannus ad l. 16. ff. de probatio. ad l. 6. nu. 2. C. eod.* Alii prohibentur ob defectum judicii & consilii; ut furiosi, muti, surdi, cæci. Nonnulli repelluntur ob suspicionem privatæ utilitatis vel communionis: quomodo primò, nemo in propria caussa testis idoneus haberi potest. *Cicero pro Roscio Amerino*: *Itaque more majorum comparatum est, ut in minimis rebus homines amplissimi testimonium de re sua dicerent. l. 10. C. de testib. l. 10. ff. eod. Consilia Batav. vol. 6. cons. 65.* Secundò, non admittitur in testem pro suo domino servus, libertus, vir in caussa uxoris, & contra: quia de ejus familia & imperio subjecta. *Farinacius de testib. tit. 6. quæst. 54. nu. 210. Sande lib. 1. decis. tit. x. def. 3.* Secundò, non admittitur domesticus; quorum nomine veniunt ii tantum qui in eadem domo habitant. *c. 1. 3. caus. 3. q. 5. Brunemannus ad l. 3. num. 1. C. de testib.*

l. 6.

[a] inimici capitales ejus contra quem producuntur [1]; quod

1 *L. testium. 3. de testib.*

l. 6. C. eod. Wassenaer prax. civ. cap. 1. art. 1. nu. 186. Repudianda igitur eorum sententia, qui domesticos testes esse volunt non eos omnes tantum, qui in eadem domo habitant; sed omnes qui sunt ejusdem gentis, familiæ, agnationis: cum clarè leges domesticum testimonium non jure agnationis, sed jure potestatis & domo æstiment. Quoties tamen de rei defensione agatur, aut de probanda innocentia. *Boërius decis.* 165. *num.* 7. Item in re seu facto obscuro & nocte admisso & domi: iis casibus domestici testes admittuntur. *Papon de arrest. lib.* 9. *tit.* 1. *arr.* 28. *in addit.* Ratio est; quia factum melius per domesticos sciri & probari potest. Quartò, in testimonium non admittitur socius pro socio. *Menochius de arbit. judic. quæst. cent.* 5. *l.* 2. *cas.* 474. *num.* 11. *l.* 11. *C. de testib. c.* 20. *x. eod. l.* 16 *§. fin. ff. de quæstio.* Quinto, non Advocatus in caussa cui patrocinium præstitit. *Farinacius de testib. tit.* 6. *quæst.* 60. *num.* 155. *Mascardus de probatio. vol.* 3. *conclus.* 1239. *num.* 1. 2. *Groenewege de ll. abrog. ad l. ult. num.* 1. 2. *ff. de testib. Gellius lib.* 5. *cap.* 13. Ratione ætatis à testimonio dicendo repelluntur pupilli, impuberes in civilibus & criminalibus caussis. *Pufendorf de jure natur. lib.* 5. *cap.* 13. §. 9. *Wesembecius ad tit. ff. de testib. nu.* 3. *l.* 5. *§.* 5. *ff. eod. Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* x. Constat tamen, olim quatuordecim annis minores ad testimonium dicendum admissos: quemadmodum docet *Seneca*: *Nihil*, inquit, *puero certius est, teste quinquennii. Nam & ad eos pervenit annos, ut intelligat: & nondum ad eos, quibus fingat.* Aliud in infantibus receptum, quorum nullum planè judicium: licet pubertati proximis, qui jam aliquem intellectum habere videntur, id non denegandum videatur. Non obstat *l.* 19. *§.* 1. *ff. de testib.* Siquidem breviter dicendum, eos non posse cogi si nolint; sed si velint admittuntur: de quibus oppositam legem loqui manifestum est.

a §. 4. *Inimici*] Ob inimicitias quis à dicendo testimonio repellitur. *Mornacius ad l.* 3. *ff. de testib. Brunemannus ad l.* 5. *num.* 1. *C. eod. Quintilianus lib.* 5. *cap.* 7. *Aristoteles lib.* 4. *politic. cap.* 11. *Nov.* 90. *cap.* 7. *Cicero pro Quinctio*: *Quis huic rei testis? idem, qui acerrimus adversarius.* At quæritur, an id indistinctè procedat? Quod affir-

quod incapaces ad testimonium perhibendum, ut a damnati ob crimen publicum, aut aliàs b infames [1], c & si qua alia proprie personarum qualitatem tangunt.

1 *D. l. 13. 20. 21. de t. t.*

V.

affirmandum est: etiamsi nonnulli id non admittant in caussis civilibus, nisi capitales inimicitiæ intercesserint: non in criminalibus, licet capitales non fuerint. Gravis sanè error. Cum enim lex inter civiles & criminales caussas nullam distinctionem admittat, nec nostrum est distinguere, *l.* 17. C. *de testib.* Hoc tamen discrimen inter inimicitias capitales & nec capitales observandum: quod sc. ob capitales inimicitias statim à testimonio dicendo testis repellatur: ob nec capitales quidem admittitur; ita tamen, ut quoties de repellendis testibus agatur, adversus testem de inimicitiis possit excipi. *Rittershusius ad Nov. par. 9. c. 22. n. 2.*

a §. 4. *Damnati ob crimen publicum*] *Wesembecius ad tit. ff. de testib. num. 6. Omphalius de usurpat. ll. lib. 5. cap. 19. num. 32.*

b §. 4. *Infames*] Est vera juris regula, *Qui juris infamia notatur, eum nec in civili nec in criminali caussa testimonium dicere. l. 21. ff. de testib. Wesembecius ad tit. ff. de testib. num. 3. Zasius lib. 2. cons. 4. num. 14. Costalius ad l. 2. ff. de senatorib.* Quæstionis est, an infames infamia facti in caussis criminalibus & arduis ad testimonium dicendum admitti possint: non verò in civilibus caussis & aliis levioribus repelli. Quod negandum est. Non obstant *l. 2. 3. 13. ff. de testib.* Dicendum, leges non adversari: nam loquuntur tantum de infamia juris, non facti: vel hoc tantum volunt: quod levi macula aspersis tanta fides non sit adhibenda, quanta adhibetur hominibus vitæ integrioris.

c §. 4. *Et si qua alia proprie qualitatem personarum tangunt*] Sic receptum est, clericum contra laicum in testimonium non admitti. *c. 14. x. de testib.* Idem judicium esto de paupere. *Nov. 90. c. 1. Gellius l. 16. cap. 20. Farinacius de testib. tit. 6. quæst. 57. nu. 1.* Rationem subjungit *Cicero. lib. 1. de inventione: Qui pauperes sunt, iis antiquior officio pecunia est.* Moribus nostris nihilominus admittuntur: quia licet quis pauper sit, fidelis tamen & diligens esse potest. *§. fin. J. de suspect. tutorib. Cicero de partitionib. Oratoriis: Atque etiam si obscuri testes erunt aut tenues: dicendum erit, non esse fortuna fidem ponderan-*

V. Contra dicta testium objicitur, quod a testes varie

derandam, aut eos esse locupletissimos testes, qui id, de quo agatur, facillimè possunt scire. Multi namque sunt viri boni, sed pauperes, ut est apud *Aristophanem.* Et *Petronius: Nescio,* inquit, *quomodo bona mentis soror est paupertas.* Unde proverbio dici solet: ὐδεὶς ἐπλύτησε ταχέως δίκαιος ὢν. hoc est, *nullus repentè vir bonus ditatus est.* Et qui pauperem despicit, ignominiam facit ejus creatori: quemadmodum sententia est Ambrosii, Gregorii, Chrysostomi, aliorum. Habet enim paupertas suas virtutes, sua quoquè vitia. In pari tamen numero testis dives egeno præfertur. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 65. *cap.* 11. *num.* 5. *Cicero secundo de inventione: Et ex fortuna sæpe argumentatio nascitur, cum servus, an liber: pernitiosus, an pauper: nobilis an ignobilis: felix, an infelix: privatus, an in potestate sit.* Sic etiam si de tabulis testium agatur, & dubitetur, cui eas deponi oporteat: semper senior antiquis juniori præferendus erit. *l.* 21. *§. ult. ff. de testib. Tiraquellus de jure primogenit. in præfatio. num.* 149. 150. *Ovidius:*

Hæc mihi non vani (nec erat cur fallere vellent)
Narravere senes.

Contra junior seniori in visu anteponendus erit. *Durandus in spec. l.* 1. *de test. §.* 7. *n.* 28. Si vero omnes testes ejusdem sint honestatis & existimationis, negotii qualitas ac judicis motus cum his concurrit, & quod naturæ negotii convenit, & quod inimicitiæ aut gratiæ suspicione caret, formabit judex motum animi sui ex argumentis, & testimoniis, & quæ rei aptiora, & proximiora esse videt. non enim ad multitudinem respici oportet: sed testimoniorum fidem, & testimonia, quibus potius lux veritatis adsistit. *l.* 5. *C. de testib. Nov.* 90. *cap.* 1. *l.* 16. *ff. de accusatio. l.* 9. *ff. de statu hom.*

a *§.* 5. *Testes varie deponant*] Notum est, non recipi testem varium ac sibi contrarium, aut etiam vacillantem. *Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 38. *c.* 10. x. *de testib. l.* 16. *ff. eod.* Quoties tamen levis error vel differentia est in circumstantiis, non vitiatur universum testimonium. Perpendet etiam judex non admitti testimonium de auditu. *c.* 47. x. *de testib. Mascardus de probatio. vol.* 4. *conclus.* 1368. *num.* 1. *Menochius de arbitr. jud. quæstio. lib.* 2. *cent.* 5. *cas.* 475. *nu.* 1. *l.* 18. *C. de testib.* Ratio est, quia cujusque rei cognitio melius ex oculorum sensu, quam auribus percipitur:

varie deponant, [a] sibique contradicant; quod testimonia sint incerta, obscura, [b] singularia, item sine certa scientia prolata, aut alias præmeditata, [c] vel falsi suspecta, vel extra oleas vagantia; & alia id genus.

VI. [d] Potest etiam fieri repulsa contra instrumenta ab

ad quod pertinet illud *Horatii*:

Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quam quæ sunt oculis commissa fidelibus.

Ceterum sciendum est, in rerum quadam antiquitate probanda, testes de auditu admitti. *Farinacius de testib. tit.* 7. *quæst.* 69. *nu.* 125. *Menochius* laudato loco *num.* 8. 9. 10. *Mascardus de probatio. vol.* 1. *conclus.* 104. *nu.* 1.

a §. 5. *Sibique contradicant*] *Farinacius de testib.* 6. *quæst.* 62. *nu.* 328. *Zasius lib.* 1. *cons.* 5. *num.* 63. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 78. *cap.* 5. *num.* 3. 4.

b §. 5. *Singularia*] Testes singulares, hoc est, quorum professiones ex facti diversitate separationem recipiunt; fidem non merentur. *Mornacius ad l.* 12. *ff. de testib. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 78. *cap.* 5. *num.* 5. *c.* 9. *x. de probatio.* Ratio est, quia alter alterius fidem debilitat. *Boerius decis.* 23. *num.* 44. *Faber Cod. lib.* 4. *tit.* 15. *def.* 46. *num.* 2. *l.* 21. *§. ult. ff. de testib.* Quinimò, ne juramentum quidem in supplementum probationis ei deferri potest, qui pro se testes singulares habet. Licet igitur testes singulares non probent; in probando tamen venationis jure, si hic de uno actu; ille de alio deponat: eo casu quia eundem finem respiciunt, plenam fidem faciunt. Idem servatur, si quid in genere probari debeat; ut jurisdictio, servitus, aliquem furiosum esse: quibus casibus, licet respectu actuum singulares sint: si tamen ad eundem finem tendant, eorum testimonium respuendum non erit. *Mysingerus cent.* 3. *observ.* 73. *num.* 3. 6. *Gail lib.* 2. *observ.* 66. *num.* 12. *Busius ad l.* 16. *ff. de testib. Albericus Gentilis Advocat. Hispanic. lib.* 2. *cap.* 6. Quoties verò sub speciali actu recepti fuerint: cum disparitas singularitatem inducit: tum testes illi, tanquam singulares nullam omninò probationem merentur.

c §. 5. *Falsi suspecta*] *Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 5. *cap.* 19. *num.* 42.

d §. 6. *Post etiam repulsa fieri con-*

ab alterutro producta, a vel à forma, b si quod insit vitii; vel ab auctore, c si Notarius negetur publica auctoritate admissus; vel à contentis, si ea sint dubia, inverisimilia, pugnantia, aut nihil ad rem facientia.

VII. Quæ omnia diligenter conquiret d Advocatus, & ordine quæque suo exponet, ita tamen, ut sibi à convitiis temperet 1, ne ab iis, quos nimis acerbe taxavit, injuriarum accusetur 2; quare prudentes Advocati iis scripturis quæ injurias continere videntur, non aliter solent subscribere, quam cum apposita clausula, *quatenus juris.*

1 *Instr. Sup. Cur. art.* 130.
2 *Gail l.* 2. *obs.* 101. *n.* 7.

VIII.

contra instrumenta] Non tantum testes, sed etiam instrumenta refutari possunt. *Wassenaer prax. civil. cap.* 1. *art.* 1. *num.* 195. *Quintilianus lib.* 5. *cap.* 5.

a §. 6. *Vel à forma*] *l.* 17. *C. si cert. petat. Durandus in speculo lib.* 2. *partic.* 1. §. 4. *in pr. & nu.* 1. 2. 3. 4.

b §. 6. *Si quid insit vitii*] *Auctor ad Heren. lib. secundo*: *Deinde id, quod scriptum sit, aut non posse fieri, aut non lege, non more, non natura, non bono & æquo fieri posse.*

c §. 6. *Si Notarius negetur, publica auctoritate admissus*] *Nov.* 73. *cap.* 8. *l.* 16. *C. de fide instrumentor. Wassenaer prax. civ. cap.* 1. *art.* 1. *num.* 196. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 78. *cap.* 9. 12. 13. 14. 15. 16.

d §. 7. *Advocatus, & ordine quæque suo exponet, ita tamen, ut sibi à convitiis temperet*] Nullum dubium est, quin testes sine metu injuriæ possint refutari. Non obstat id quod vulgò dici solet: *Ea quæ natura probrosa sunt, in dubio animo fraudulento prolata censeri.* Respondeo, repulsionem testium non fieri animo injuriandi, sed se defendendi: nam injuriæ non sunt considerandæ ex dictis factisve; sed ex dicentis animo & intentione: & actus agentium non ultra eorum intentionem quicquam operantur. *l.* 19. *ff. de reb. credit.* Ergo cum propositum injuriandi desit; consequens est, substantiale requisitum abesse; ut proinde nullam injuriam intulisse dici possit. *l.* 17. *C. ex quib. causs. irrog. infa.* Hæc licet ita disputari possint; contrarium tamen verius: sc. si

VIII. Visa partis adversæ repulsa, utriusque partis Advocatis incumbit, ut personas & dicta testium à se productorum à calumniis adversarii vindicent, per scripturas comprobatorias (*nobis* salvatien.)

IX. Refutando ea quæ objiciuntur, vitia excusando, defectus extenuando, & denique operam dando, ut testibus & testimoniis sarta tecta maneat fides, nec ulla ex parte eorum convellatur auctoritas.

X. Hoc interea monuisse non abs re erit, has scripturas non esse sane ad substantiam litis omnino necessarias: ideoque sæpe eas sine ullo præjudicio præteriri, facta tantum relatione ad id, quod de jure in simili materia constitutum est, (*nobis* **employeren reprochen ende salvatien van rechten.**)

XI. Illud utrique scripturæ commune est, quod nulla in iis facta, nullæ rationes inseri debent, quæ materiam litis principalis concernant.

XII. Sed tantum pertinent eæ scripturæ ad reprobandos & excusandos testes eorumve depositiones, aut instrumenta ab alterutro litigantium producta; re-

quis excipiat contra testes, eosque criminis alicujus insimulet, & in probando deficiat. Nec ratio obscura. Nam qui id quod opponit, non probat, etiam excipiendo calumniari præsumitur: & sic duæ præsumtiones contra excipientem oriuntur: una ex ipsis verbis injuriosis; altera ex facto probationis: quod optimè docet *Cicero pro M. Cœlio: Sed aliud est maledicere, aliud accusare. accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, testem confirmet: maledictio autem nihil habet propositi, præter contumeliam.* Hæ igitur duæ præsumtiones unicam illam elidunt: sc. testium refutationem animo injuriandi, non juris sui defendendi gratia fieri. *Colerus de process. executiv. part. 1. cap. 8. num. 79. Gail lib. 2. obs. 101. nu. 6. 7.* Dissentit *Fachinaeus lib. 9. Controvers. jur. cap. 13. Wesembecius ad tit. ff. de injur. nu. 9.*

rejectis iis, quæ aut jus aut merita caufarum concernunt, ad Monitoria juris (*nobis* **Advertissementen** 1.)

1 *Instr. Sup. Cur. art.* 129. 2 *Rebuff. de reprobat. test.* & *Marant. d. part. 6. nu. 6. actu* 13.

XIII. Si quis autem penitius hanc materiam difcutere vult, confulat ampliores DD. tractatus, & imprimis Rebuffi & Marantæ 2.

XIV. Illud notandum ex ftilo noftro, non poffe produci teftes fuper articulis in reprobatione aut comprobatione teftium expreffis, nifi prius id à judice per interlocutoriam ordinetur: exempli gratia, cum cardo totius negotii vertitur in reprobatione teftium aut inftrumentorum; aut fi aliquæ in iis fcripturis reperiantur pofitiones, quas probari neceffe fit. Aliàs verò folent judices in fententiis definitivis declarare, fe litem in eo ftatu reperire, ut abfque probatione fuper articulis in reprobatione (*nobis* **reprochen**) aut comprobatione (*nobis* **salvatien**) infertis, terminari poffit, atque ita caufam decidere.

XV. a Exhibitis iis de quibus jam egimus fcripturis,

a §. 15. *Exhibitis iis de quibus jam egimus fcripturis, &c.*] *Artic.*66. 85. 89. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.*46. *Instruct. Curiæ Supr.* Finitis partium allegationibus vel per teftes vel per inftrumenta; fupereft ut in cauffa concludatur. *Damhouder prax. civil. cap.* 181. *nu.* 1. *Gudelinus de jure noviff. lib.* 4. *cap.* 12. Jure veteri fiebat conclufio in cauffa, cum oratores allegatis hinc inde argumentis, & neminem poft fe dicturum viderent, fubjiciebant, *Dixi*; qua voce tota cauffa obfignabatur. Eadem voce etiam finiebant Panegyricos, aliafquè declamationes; non tamen ex confuetudine veterum, qui ea tantum utebantur in cauffis forenfibus. Imò nec in omnibus quidem cauffis forenfibus id locum habebat; fed tantum in poftrema, cum neminem poft fe dicturum videbant, ac judicibus tantummodo danda fententia effet. Cæterum fciendum eft, non folum hac voce ufum oratorem: fed etiam finita oratione, ipfe prætor dicere folebat, *Dixerunt*; qua voce audita, judices ad ferendam fen-

ris, aut renuntiatione desuper facta, solent Procuratores tum demum sententiam à judice postulare, quam [1] *Marant. d. part. 6. act. 15.* a conclusionem in causa vocant Practici [1].

sententiam dimittebantur. *Brissonius lib. 2. antiquit. Ro. cap. 1.* Hodie verò conclusio fit, cum uterquè litigator, accusator & reus allegationibus suis renuntiant, nihilquè se habere quod adjiciant dicunt. Quid si una pars nihil se habere, quod proponere velit, aut in quæstionem vertere, alia verò pars se habere aliquid quod proponat dixerit, & in caussa concludere detrectet, & lites proferre & extrahere studeat, neque ad conclusionem caussæ deveniat? eo casu judex negotii modis omnibus eum compellat. Si verò adhuc distulerit, caussæ cognitor non amplius expectans, caussam pro conclusa habere potest: ne litigatoribus malè tractantibus liceat pro lubitu caussæ exitum ultra protrahere. *Gail lib. 1. observ. 107. num. 2. Wassenaer prax. civ. cap. 1. art. 1. num. 229. Tiraquellus de retractu conventio. §. 1. gl. 5. nu. 10. 11.*

a §. 15. *Conclusionem in causa vocant*] Quæritur, an hæc conclusio sit de substantia judicii, ut sine ea ut fundamento suo non possit judicium subsistere. Negantium sententia arridet *Gailio lib. 1. obs. 107. nu. 1.* Contrarium statuunt alii. Verius tamen est, esse de substantia judicii; præcipuè cum hodie nunquam sententia feratur sine conclusione in caussa.

LIB.

LIB. II. CAP. VI.

De actibus litigantium aliorumque accessoriis.

I. *Actus litigantium accessorii.* II. *Petitiones minoris momenti:* III. *Libelli scripti sive* requesten in judicio: IV. *Exempla:* V. *Litteræ promotoriales sive* lettren requisitoir: VI. *Litteræ affixæ sive* lettren van attache: VII. *Libelli ad suscipiendas litis reliquias, sive* om de arrementen aen te nemen: VIII. *Exempla aliarum petitionum extrajudicialium fere:* IX. *Libelli restitutionem postulantes, sive* requesten civile: X. *Eorum varia species:* XI. *Super executione illegitima mandati:* XII. *Correctione libelli:* XIII. *Narratorum:* XIV. *Lapsu instantia:* XV. *Productione testium post confectionem inventarii:* XVI. *Super novis positionibus:* XVII. *Lapsu fatalium:* XVIII. *Actus collitigare volentium:* XIX. *Per adjunctionem:* XX. *Oppositionem:* XXI. *Appellationem tertii:* XXII. *Interventionem:* XXIII. *Et oppositionem in executione.*

I. Quoniam varii actus accessorii in judiciis accidunt, quos, ne telæ judiciariæ ordo interrumpatur, hactenus omisimus, aut leviter attigimus; nunc eos in unum quasi fascem compingere è re esse duxi. Sunt itaque illi actus aut ipsorum litigantium, aut collitigare volentium. Actus litigantium perficiuntur aut voce, aut scripto.

II. Quæ voce percipiuntur, sunt petitiones judiciariæ minoris momenti, quæ coram Commissariis fere proponuntur: utputa a cum petitur pœna defectus vel

a §. 1. *Cum petitur pœna defectus*] Antequam ad contumaciam perveniatur, absentia accusanda est. *Imbertus Inst. forens. cap.* 7. *Wassenaer prax. civil. cap.* 1. *art.* 1. *num.* 137. *l.* 40. *ff. de recept. arbitr.* Ratio est, quia judex non impertit officium suum, nisi id fuerit im-

vel actoris, vel rei; item cum petitur ut alteruter actionem vel defensionem, replicam vel duplicam voce vel scripto proponat; aut alias, quarum supra facta est mentio, scripturas exhibeat; quæ omnia enumerare majoris laboris quam utilitatis foret.

III. Petitiones, quæ majoris paulo momenti sunt, per libellos scriptos (*nobis* **requesten in judicio**) expediri solent: eæque sunt vel simplices, vel qualificatæ.

IV. Simplices sunt, exempli gratia, cum in initio litis petitur permissio purgandæ moræ vel defectus alicujus, aut cum in ulteriori progressu petitur editio alicujus instrumenti ab adversario producti, aut permissio producendi alicujus instrumenti post confectum repertorium, ad probationem articulorum in scripturis contentorum;

V. Aut cum in fine litis postulantur litteræ promotoriales ad omnes judices, (*qui nobis* a **lettren requisitoir**/ aliis barbare, litteræ mutui compassus vocantur,) quas

imploratum. *l.* 4. § 8. 9. *ff. de damno infect.* Et contumax dici non potest, nisi sit in judicio contumacia accusata, & judices omnimodo suas aures hujusmodi quæstionibus referant: fugientem requirant; & in id sententiam interlocutoriam ferant. *Christinæus ad ll. Mechl. tit.* 1. *art.* 21. *num.* 6. *l.* 71. *ff. de judic.* Absque illa incusatione nunquam in civilibus contumacia contrahitur. Quid si citatus non veniat, nec quisquam ipsius contumaciam accuset? citatio circumducetur & pro nulla habebitur.

a §. 5. **Lettere requisitoir**] *Art.* 107. 108. *Instruct. Curiæ Supr. Art.* 98. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 27. *Instruct. Urb.* Sententia lata, judici eam in suo territorio exequendi potestas data est. Cæterum si res in qua executio fieri debet, sit sita in aliena jurisdictione; eo casu non poterit eam exequi, nisi litteræ requisitoriæ, ut eas vocant, mittantur ad judicem ejus loci ubi ea res est, ut concedat

quas Senatus Præsidialis vel Curia Suprema ad alias Curias extra hanc Provinciam specialiter, vel ad omnes judices, quos ea res tangere poterit generaliter, mittit, rogans ut hanc vel illam sententiam à se latam executioni mandare velint [1].

VI. Aliquando litteræ affixæ postulantur, (*nobis* **letteren van attache/**) quæ occasione summi Senatus Mechliniæ antehac instituti in usum receptæ sunt; cum enim causæ hujus Provinciæ illuc per provocationem devolverentur, & sententiæ in causis appellationum ibi latæ executioni mandari deberent, nec id in Batavia sine concessione Senatus fieri posset, induxit praxis dictas litteras, ita nominatas quod aliis sententiis extra Provinciam latis annecterentur, vel affigerentur; per quas apparitoribus potestas fit talem sententiam executioni mandandi, juxta stilum Curiæ: postea eædem litteræ usitari cæpere, præcipue in sen-

ten-

[1] *Rebuff. tractatu de litter. requisoriis vel rogatoriis per totum.*

dat eam executioni mandari. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 2. cap.* 21. §. 4. *num.* 1. 2. 3. 4. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 75. *ff. de judic. Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 97. *cap.* 1. *num.* 1. 2. 3. *l.* 6. *C. de custod. reor. Nov.* 90. *cap.* 5. *l.* 15. §. 1. *ff. de re judic.* Id verò si non fuerit observatum, hujusmodi executio licet jam ad effectum perducta, nullum effectum sortietur. Fundamentum est; quia alterius jurisdictio sine hujusmodi litteris requisitoriis turbaretur; quod nullo modo admittendum, sed summoperè cavendum. *c.* 13. *x. de judic. l.* 11. *C. unde vi. l.* 2. *C. de his qui latron. occultav. l.* 5. §. 12. *ff. de reb. eorum qui sub tut.* Excipiuntur ab hac regula sententiæ supremarum Curiarum; quæ semper & ubiquè in universa Batavia sine ulla veniæ petitione ad executionem perduci possunt: quoniam princeps quem repræsentant, fundatur in omni ejus ditione, eiquè præest. *Marcus decis. part.* 2. *quæst.* 381. *Gail lib.* 1. *observ.* 98. *num.* 2. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 25. §. 3. *nu.* 4.

tentiis Parlamentorum, & aliorum supremorum judicum, extra Provinciam.

VII. Ad eandem classem pertinent etiam petitiones, quæ in hoc fiunt ut instantia declaretur peremta, vel lis interrupta, (*nobis* **request van interruptie**) vel quæ concipiuntur ad suscipiendas litis reliquias (*nobis* **requesten** [a] **om de arrementen van den Processe aen te nemen**) quibus altero litigatorum vel [b] etiam procuratorum lite pendente mortuo, petit is qui promovere vult, ut adversarius si Procurator suus sit mortuus, aut si ipse obierit, ejus hæredes, cogantur litis reliquias suscipere & ulterius in ea procedere, & ad id Procurato-

a §.7. **Om de arremente van den Processe aen te nemen**] *Artic.* 249. *Instruct. Cur. Supr.* Constat ex legibus civilibus judicium inchoatum morte litigatorum non interire, sed in heredem sine nova citatione transferri. *Alciatus lib. 6. Respons. consil.* 22. *num.* 1. *l.* 34. *ff. de judic. l.* 7. *§.* 10. *ff. de minor. l.* 33. *ff. de fidejussor. l.* 29. *ff. de operis libertor. Cujacius lib.* 25. *observ.* 29. *l. unic. C. ut actio. ab heredib. & contra hered.* Ratio est; quia hereditate adita, domini litis ipso jure efficiuntur. *l.* 2. 11. 22. *ff. de adquir. heredit.* In Belgio, citationis novatio litisque reassumtio (tutius forte arbitrantes, expressam voluntatem in hereditate agnoscenda præcedere) necessaria est. *Groenewege de ll. abrog. ad. l.* 22. 23. *num.* 3. *C. de procurator. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 24. *cap.* 3. *num.* 9. *Brunemannus ad l.* 1. *num.* 5. *C. si pend. appellatio. mors interv. Zasius ad l. In summa nu.* 8. *ff. de re judicat. Papegay vol.* 1. *pag.* 96. 97. *Gail lib.* 1. *observ.* 109. *nu.* 5. Idque sine distinctione an litis contestatio facta sit an non. *l.* 1. *ff. de legat. præstand. contra tabul. bo. poss. petit.* Cæterum, si testator, conclusione in caussa facta, decesserit: eo casu litis reassumtio necessaria non est. *Groenewege de ll. abrogat. ad tit. C. quomodo & quando jud. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 83. *cap.* 5. *nu.* 1.

b §. 7. *Etiam procuratorum lite pendente mortuo*] *Wassenaer prax. civil. lib.* 4. *cap.* 4. *art.* 1. *num.* 25. *Papegay vol.* 1. *p.* 99. 100. 102. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 83. *cap.* 6. *nu.* 1. *tit.* 18. *cap.* 7. *nu.* 1. 2.

a §. 8.

ratorem cum sufficienti mandato constituere: quibus in causis quomodo ulterius procedatur, supra monuimus.

VIII. Inter simplices petitiones per libellum proponendas, & connumerari debent eæ, quæ ad officium judicis nobile pertinent: utputa cum [a] tutor pupillo, [b] curator prodigo postulatur; [c] aut auctoritas Curiæ ad venditionem rerum immobilium eorum, qui minores sunt vigintiquinque annis; aut ad venditionem rei fideicommisso subjectæ, ea conditione ut pretium in ærario publico collocetur, & usuras inde provenientes fideicommissarius percipiat; aliæque ejus generis: sed eas nos, ut à judiciaria tela magis alienas, hoc loco præterire maluimus.

IX. Petitiones qualificatas eas voco, quæ restitutionem in integrum habent annexam, & quidem ea aut concernit merita causæ, (*nobis* **substantiel relief**) aut ordinem judiciarium. [d] Restitutio in integrum, quæ merita causæ concernit, potest in ipso litis initio cum mandato impetrari, (*nobis* **mandement van relief ende raeu actie**) vel in quacunque parte litis per libellum supplicem, (*nobis* **requeste civile**;) qua de re cum antea egerimus, hic latius dicere supersedebimus.

X. Restitutio, quæ judiciarium ordinem tangit, multifariam peti potest, & huc proprie pertinet: nihil

a §. 8. *Tutor pupillo*] *tot. tit. ff. & C. de tutorib.*

b §. 8. *Curator prodigo postulatur*] *tot. tit. C. de curatore furios. & prodig.*

c §. 8. *Aut auctoritas Curiæ ad venditionem*] *tit. C. de præd. & aliis reb. minor. sine decreto non alienand.*

d §. 9. *Restitutio in integrum*] *tit. ff. & C. de restitutio. in integr.*

nihil enim quod fieri debebat omittitur, vel quod fieri non debebat committitur, quin restitutio obtineri & possit & debeat: nos tantum notissimas aliquot species prosequemur.

XI. Si mandatum aliquod perperam & non servato juris ordine appatitor executus sit, restitutio per libellum peti potest.

XII. a Si Advocatus in libello petitionis vel defensionis, aliquid omiserit, ejus correctio per modum restitutionis fieri potest (*nobis* **requeste civile om de conclusie te ampliëren / ofte altereren.**)

XIII. Si in scripturis aliquid per errorem aliter positum sit, quam se res habeat, id eodem modo corrigi potest.

XIV.

a §. 12. *Si Advocatus in libello petitionis vel defensionis aliquid omiserit, ejus correctio per modum &c.*] *Gudelinus de jure noviss. lib.* 3. *cap.* 14. *Busius ad l.* 1. *ff. de edendo. num.* 29. *Papegay vol.* 1. *pag.* 38. *Wassenaer prax. civil. lib.* 4. *cap.* 2. *art.* 1. *num.* 35.

Ex *Art.* 191. 193. *Instruct. Cur. Supr.* **Mits refunderende de koste**] Ita tamen mutare vel emendare actionem licet, si fiat id sine omni damno adversarii. *l.* 79 *ff. de judic. Groenewege de ll. abrog. ad §.* 34. 35. *J. de actionib.* Mutatio siquidem alteri damnosa esse non debet. Nam regula vulgaris est; *ob litem retardatam, sumtus & expensas in litem factas resarciri debere. Brunemannus ad l.* 4. *nu.* 8. *ff. de noxal. actionib.* Lite verò nondum contestata, quominus etiam sine refusione expensarum libellum mutare liceat, nihil prohibet. *Brunemannus ad l.* 3. *nu.* 4. 5. 6. *C. de edend.* §. 34. *J. de actio. Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 5. *Sande lib.* 1. *decis. tit.* 4. *def.* 2. Ratio est, quia reus de eo conqueri non potest, nullo damno sibi illato: nam nullæ expensæ ei refundendæ, quas nunquam fecit, si de alio termino, novoque libello, justo tempore fuerit certioratus. *Carpzovius process. judiciar. tit.* 6. *art.* 2. *num.* 15. 16.]

XIV. a Si per lapsum temporis instantia interrupta sit, ejus reparatio per modum restitutionis postulari debet.

XV. Si post terminum probationis, & repertorio jam confecto, aliqua testimonia alteruter litigantium velit producere b id impetrata restitutione facere licebit: nam quamvis ad producenda instrumenta sufficiat petitio judicialis (*nobis* requeſt in judicio) ut supra monuimus, in producendis tamen testimoniis illud introduxit praxis, ut nimirum per libellum (*nobis* requeſte civile) fieri debeat.

XVI. c Si post conclusionem in causa aliquas positio-

a §. 14. *Si per lapsum temporis instantia interrupta sit, ejus reparatio, &c.*] Ne lites calumniantium iniquitate immortales fiant: omnes lites quantæcumque quantitatis in caussis civilibus, non ultra triennii metas post litem contestatam extenduntur. *l. 13. C. de judic. Cujacius tit. ff. de minor. ad L. ait. prætor.* Moribus nostris unius anni & diei lapsu instantia perimitur; adversus quem negligens facile restituitur, parte audita & legitimis impedimentis allatis. *Groenewege de ll. abrog. ad l. 13. num. 2. C. de judic. Wassenaer prax. civil. cap. 3. art. 1. num. 25. 27. Papegay vol. 1. pag. 106. Faber Cod. lib. 3. tit. 1. def. 36. Covarruvias ad c. Quamvis part. 2. §. 1. num. 10.*

b §. 15. *Id impetrata restitutione facere debet*] *Artic. 191. Instr. Curiæ. Supr. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 76. cap. 3. Papegay vol. 1. pag. 127. Groenewege de ll. abrogat. ad Auth. Et qui semel C. de probatio. Brunemannus ad dict. Auth. C. num. 4. Mynsingerus cent. 1. observ. 41.*

c §. 16. *Si post conclusionem in causa aliquas positiones alteruter facere velit, quarum in scripturis non sit facta mentio, oportet libellum offerat ac restitutionem imploret*] *Artic. 193. Instruct. Cur. Supr.* Conclusione facta, nulla amplius vel testium vel instrumentorum productio admittitur. *Nov. 90. cap. 4. Mynsingerus cent. 3, observ. 17. nu. 6. Wesenbecius ad tit. ff. de probatio. num. 9. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 84. cap. 2. num. 8. Artic. 146. Instruct. Cur. Holland.* Nonnunquam tamen, etiam post conclusionem in

sitiones alteruter facere velit; quarum in scripturis non sit facta mentio, oportet libellum offerat ac restitutionem imploret, ut sibi eo non obstante, novas positiones facere liceat, & ad eas probandas admittatur, (*nobis* **requeste om nieuwe feyten te mogen poseren ende des noot te verifieren.**)

XVII. Illud vero in caussis secundæ instantiæ frequentissimum est, [a] ut adversum lapsum fatalium, id est, ejus temporis quod à jure indultum est, restitutio petatur, sive provocatio non sit rite *interjecta*, (*nobis* **relief tegen den indebite interjectie van de appellatie**)

in caussa probatio recipitur, quæ fit per confessionem ipsius rei: quæ omnium probationum firmissima habetur. *tot. tit. ff. de confess.* Et deniquè in causis criminalibus aliisquè gravioribus, licet jam conclusio facta sit, probationes recipiuntur; ne hi qui defendendi sunt, subitis accusatorum criminibus opprimantur. *Trentacinquius var. resolut. lib.* 2. *resolut.* 4. *de probatio. num.* 6.

a §. 17. *Ut adversus lapsum fatalium, id est, ejus temporis quod à jure indultum est, restitutio petatur*] *Artic.* 98. *Instruct. Curia Supr.* Provocanti ad appellationem prosequendam & finiendam jure Ro. tempus est annus, & ex justa caussa biennium adjicitur. quo elapso spatio, appellatio pro deserta habetur, sententiaque prior executioni mandatur. *c.* 4. *x. de appellatio. Auth. si qui C. de tempor. appellatio.* Quandoque tamen evenire potest, cum multæ sint occasiones mortales appellationum, vel ægritudine vel spatii prolixitate, vel per alias caussas, quas nec enumerari facile sit: eundem diem fatalem non observari, & eundem expirare, & hujusmodi luctuosis infelicitatibus patrimonia titubare: propter hoc igitur constitutum est, contra desertam appellationem si justum impedimentum intervenerit, caussa cognita restitui. *Cujacius lib.* 12. *observ.* 4. *Christinaeus vol.* 1. *decis.* 26. *num.* 1. *Papegay vol.* 1. *pag.* 104. 295. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 5. *num.* 3. *C. de appellatio. c.* 8. *x. de appellatio. l.* 5. §. 4. *C. de temporib. appellatio. l.* 14. *ff. de re milita. l.* 40. *ff. de conditio. & demonstratio.*

a §. 18.

latie) sive mandatum non sit tempestive à Curia impetratum, (*nobis* relief tegens de indebite verheffing.) sive id ab apparitore debito tempore non sit insinuatum (*nobis* relief tegens de indebite exploictering van de appellatie) & postea ea restitutio vel in ipso litis exordio cum mandato potest impetrari (*nobis* mandament van relief d'appel of reformatie) vel postea per libellum supplicem, (*nobis* requeste civile tegens de inhibite interjectie &c. van de appellatie.)

XVIII. Nunc veniamus ad actus collitigare volentium, id est, eorum qui alterutri litigantium se volunt adjungere; quod in omni parte litis concessum est [1]: & tunc fieri solet [a] cum aliquis sua interesse putet, ut causa pro actore aut reo terminetur. Neque aliud ad faciendam hanc adjunctionem requiritur, quam ut eam petens libellum Curiæ offerat, seque in causa quæ inter alios vertitur adjungi desideret; cui desiderio aut pars adversa non contradicere, aut judex adstipulari solet. Potest autem id fieri bifariam, sive per simplicem adjunctionem cum actore aut reo, utroque in lite manente, (*nobis* bygvonginge) sive per exemtionem è lite, (*nobis* by interventie) quando aliquis litem in se transferri & priorem litigatorem judicio eximi desiderat.

XIX.

a §. 18. *Cum aliquis sua interesse putet*] Absurdum siquidem aliàs fuerit, si unicuique intervenire permitteretur. Imò & unius litigantis pravo consilio tertius intervenire posset; idque eam tantum ob caussam, ut ipsa lis protraheretur: quod neutiquam admittendum est. Quare non sine summa ratione receptum ac comprobatum est, interventionem non admitti; nisi ille qui intervenit, statim suum interesse probet. *l.* 1. *in pr. ff. de appellatio. recipiend.* Quale interesse probetur, nihil interest: nec distinguitur, an id pecuniarium, aut aliud quid fuerit. Et quod magis est; non refert,

XIX. Priore modo dicit collitigare volens, velle se in lite adjungi huic vel illi pro suo interesse, & tunc, si id ante litis contestationem faciat, libellis sive conclusionibus ejus ut adjuncti nomen inseritur; a sin vero postea, solet id in scripturis exprimi. Illud certe perpetuum, ut adjunctus profiteatur se inhærere iis petitionibus sive conclusionibus, quas ille cui se junxit proposuit.

XX. Quod tamen locum non habet in ea adjunctione, quæ à tertio opponente fit: is enim tertius, in caussis primæ instantiæ, suum tantum interesse prosequitur, & neutri litigantium ad rem in judicium deductam, sed sibi soli, jus competere dicit.

1 *Gail d. loc. nu. 5. & seqq. & obs. 122. per tot.* XXI. Cui affinis est modus qui in ulterioribus instantiis usurpatur, cum quis pro suo interesse appellat, & iisdem pene regulis constat[1].

XXII. Altero vero modo petit quis principalem li-

tiga-

fert, an interesse illud ad solum intervenientem pertineat; an cum aliis sit commune. *l. 34. ff. soluto matrimo.* Id tamen necessarium est; ut interveniens verum non fictum aut imaginarium interesse adferat: nam aliàs interesse dici non potest. Unde nonnulli, nec sine ratione volunt; non sufficere ut interveniens titulum adferat aut probet: quia titulus jus in re non constituit: si sc. titulus sit solus & nudus: non jus in re constitutum habeat: ut, si res sit per legatum relicta, hypothecæ subjecta. Insuper necessarium est; ut illud interesse jus jam omninò in judicium deductum respiciat. Nam si ipsa caussa principali alienum ac diversum sit; nova instantia, novus processus necessarius est.

a §. 19. *Sin vero postea*] Permissum est, tam post quam ante litis contestationem; imo & in medio & fine litis intervenire. *Gail lib. 1. obs. 70. nu. 4.* Et quod magis est; id non denegatur post sententiam jam à judice prolatam. Hinc refutatur eorum error; qui id non permittunt post conclusionem in caussa.

a §. 22.

tigatorem è lite eximi, seque ipsum liti offert; quod præcipue [a] in evictionibus locum habet, cum venditor emtorem defendere tenetur; & solet ei postulato assentiri alter litigantium, ea tamen conditione ut aut maneat in lite adversarius, aut certe sententia, quam contra adjunctum obtinebit, contra principalem adversarium executioni mandari possit: qua conditione accepta, prioris litigatoris nomen amplius non usurpatur, sed alterius intercessoris. Illud generale est in utraque specie, ut adjunctus sive intercessor causam acceptare debeat in eo statu in quo eam reperit, ideoque ex sua persona forum declinare non possit [1].

XXIII. Et hæc quidem ante sententiam obtinent, post eam vero etiam in ipsa executione tertius opponens aliquando auditur: [b] executio enim contra tertium non citatum, neque in judicio nominatum, fieri non potest [2]: quo pertinent ea, quæ de oppositione adversus subhastationem infra dicuntur [3].

[1] *Gail d. lib. 1. obs. 71. nu. 2.*

[2] *Gail d lib. 1. obs 70. nu. 18 Myns. cent 3. obs. 73*

[3] *2. cap. 8. vide Reb. de litt. oblig. art. 3. gloss. 2. nu. 24.*

a §. 22. *In evictionibus*] *tot. tit. ff. & C. de evictionib.*

b §. 23. *Executio enim contra tertium non citatum, &c.*] *Tot. tit. C. quib. res judicat. non noc.*

LIB. II. CAP. VII.

De ſententia, provocatione & Reviſione.

I. Præparatoria ſententia: II. Scripturarum cum ſacco traditio: III. Referendarius: IV. Ejus munus: V. Catalogus contentorum in lite: VI. Examinatio cauſæ: VII. Deciſio: breviculum ſententiæ: VIII. Ejus formula: IX. Sententia debet eſſe conformis libello: X. Pronuntiatio: XI. Condemnatio in expenſas: XII. Earum compenſatio: XIII. Hæc quando locum habeat: XIV. Mulcta frivole appellationis: XV. Statim conſignanda: XVI. Condemnatio in damna & intereſſe: XVII. Sententia executiva quæ? XVIII. Provocatio ſimplex cum effectu devolutivo: XIX. Provocatio cum clauſula ſuſpenſiva: XX. Utraque quando proponenda coram Senatu Præſidiali: XXI. Coram Suprema Curia: XXII. Citatio ad renuntiationem ſententiæ: XXIII. Attentata: XXIV. Eorum reparatio: XXV. Reviſio: XXVI. Quomodo petenda: XXVII. Ejus forma: XXVIII. Et requiſita: XXIX. Adſeſſores: XXX. Secunda reviſio an concedenda: XXXI. Reliqua de reviſione remiſſive.

I. Cum de ſententiis interlocutoriis ſupra tractaverimus[1]: ſupereſt, ut accedamus ad præcipuum judicis actum, qui in deciſione cauſæ per ſententiam definitivam conſiſtit. Qua in materia diſtinguendum eſt inter præparatoria & ipſam ſententiam principalem.

[1] *Lib. eod. tit. 2.*

II. Præparatoria in eo conſiſtunt ut poſt cauſam inſtructam, & probationibus ſuis juxta tenorem repertorii utrimque ſuffultam, utriuſque partis ſaccus cum omnibus ſcripturis & chartis tradatur aut Commiſſario, ſi coram eo lis ventilari cæperit, aut alias ipſi Curiæ, ſive ejus Graphiario, in cujus rei fidem ejus teſtimonium requiri ſolet.

III.

III. Deinde Commissarius diligenter omnia perscrutatur, aut si is antea datus non sit, [a] constituit Curia unum è Senatoribus, qui de tota re ad Curiam referat, unde Referendario nomen, (*nobis* een Rapporteur) isque partibus ignotus esse debet, aut si litigantes sui notitiam habere compererit de eo Curiam monere tenetur, ut quod ex re judicat esse statuat.

IV. Is [b] Referendarius omnes utriusque partis scripturas, cum probationibus & monitoriis juris, accurate perlegit.

V. Et [c] ad sublevandam memoriam de omnibus ea lite contentis & deductis, catalogum (*nobis* recueil) conficit: ut singula quæ sunt facti, & rationes juris, in numerato habeat.

VI. Post rem bene examinatam, dies à Præside & Consiliariis præstituitur, ad quam Commissarius sive [d] Referendarius totius causæ momenta Curiæ aperiat; quod

a §. 3. *Constituit Curia unum è Senatoribus*] *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 85. *cap.* 2. *num.* 1. *cap.* 3. *num.* 1.

b §. 4. *Referendarius omnes utriusque partis scripturas, cum probationibus, &c.*] *Artic.* 152. 153. *Instruct. Curiæ Holland.* In caussis dubiis evolvendis, quantum fieri potest, præcedat accurata & exquisita consultatio. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 86. *cap.* 1. *tit.* 85. *cap.* 6. *Chrysostomus*: *Non est igitur, simpliciter, & in universum, generalique tantum cognitione, excutiamus, ac examinemus negotia. Sed tempus, & caussam, & vo-n-tatem, & personarum differenti..., & quacumque ipsis alia contigerint, accuratè, & diligenter omnia exquiramus atque expendamus. Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 1.

c §. 5. *Ad sublevandam memoriam, &c.*] *Artic.* 44. *Instruct. Curiæ Supr. l.* 5. §. 11. *ff. de reb. eorum qui sub tut. Cujacius lib.* 8. *obs.* 13.

d §. 6. *Referendarius totius caussa momenta Curiæ aperit*] *Art.* 41. 47.

quod fit per lecturam omnium actorum scripturarum & productionum, utrimque factarum, quibus ubi opus est lucem fæneratur Referendarius.

VII. [a] Tandem post examinationem totius negotii, ventilationem argumentorum utriusque partis, & maturam deliberationem, [b] Præses Commissarium,

sive

47. *Instruct. Curiæ Supr. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 86. cap. 1. num. 1. 2.*

Ex *Artic. 151. 153. Instruct. Curiæ Provincial.* Met korte woorden] *Cicero de legibus: Quæ cum patribus, quæ cum populo aguntur, modica sunto. Loco senator, & modo orator dicat. Nam brevitas non modo Senatoris, sed etiam oratoris magna laus est in dicendo.*

a *§. 7. Tandem post examinationem totius caussæ, &c.*] *Art. 153. Instruct. Curiæ Holland.* Ad judicantis relligionem pertinet, accuratè litis capita conferre, caussæ merita spectare, acta pervidere, responsiones litigantium æqua lance trutinare; conjuncta & separata discernere; totam caussam ejusque merita perscrutari, ne temerè & sine ulla caussæ cognitione præcedente festinantes, sententiam ferant. *c. 27. x. de offic. delegat. Cicero 2. Verrem: Ante caussa ab utroque quæri oportebit, à quo, & per quos, Et quomodo, & quo tempore, aut agi, aut judicari, aut quid statui de ea re conveniat.* Imo licet caussa, etiam juris rigor & æquitas nonunquam postulet, ut controversiæ celeri sententia definiantur: rectius tamen semper faciet judex, ut tempus aliquod ad deliberandum adhibeat, ne temerariam sententiam ferat: qualis fuit apud Græcos Socratis, Phocionis: apud Ro. Metelli Numidici, M. T. Ciceronis: in Ecclesia Flaviani & Joan. Chrysostomi: *l. 7. C. de sentent. & interlocutio. Nov. 27. cap. 1. Gail lib. 2. observ. 63. num. fin. Suetonius in Augusto cap. 33.*

b *§. 7. Præses*] *Artic. 152. Instruct. Curiæ Holland.* Præses à præsidendo sic dictus: quia præsidet dignitate, & judicandi munere. *Aristoteles lib. 2. politic. cap. 6.* Appellatur quoque princeps Senatus, princeps fori. *Plinius lib. 4. cap. 3. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 3. cap. 9. §. 19. num. 2.* Dicitur etiam quæsitor. *Virgilius: Quæsitor Minos urnam movet. Cicero pro Cluentio Avito: Cum in consilium iri oportet, quæsivit ab reo C. Junius*

a sive Referendarium primo loco b suffragium suum ferre jubet, & c deinceps reliquorum Senatorum vota exquirit, (ii in Senatu Præsidiali ad minus quinque, d in Suprema Curia ad minus septem esse debent) atque

Junius quæsitor ille ex l. Cornelia, qua tum erat, clam, an palam sententiam ferri vellet.

a §. 7. *Sive Referendarium primum*] *Artic.* 152. *Instruct. Curiæ Holland. Faber Cod. lib.* 1. *tit.* 7. *def.* 4. Hujus sententia prima dicebatur. *Flavius Vopiscus in Tacito: Post hæc cum Tacitus, qui erat primæ sententiæ consularis, sententiam (incertam quam) vellet dicere, omnis senatus acclamavit.*

b §. 7. *Suffragium suum ferre jubet*] *Art.*1. *Instruct. Curiæ Supr.* Partes Præsidis sunt, senatores convocare, ipsorum vota colligere. *Trebellius Pollio in Valeriano: Ubi primum prætor edixit, Quid vobis videtur, Patres Conscripti, de censore deligendo? atqui eum qui erat princeps Senatus sententiam rogasset. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 6. *cap.* 1. *num.* 3. *tit.* 8. *cap.* 1. *num. fin. Suetonius in Tiberio cap.* 31. *Gellius lib.* 14. *cap.* 7.

c §. 7. *Deinceps reliquorum Senatorum vota exquirit*] *Artic.* 152. *Instruct. Curiæ Provincial.* Olim in sententia dicenda ordo & honoris dignitas solebat spectari. *l.* 6. §. 5. *ff. de decurio. H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 5. §. 21. *l.* 1. §. 1. *ff. de albo scrib. Cicero quarto in Verrem: Mos est Syracusis, ut, si qua de re ad Senatum referatur, dicat sententiam, qui velit. nominatim nemo rogatur. & tamen, ut quisque honore & ætate antecedit, ita prius solet sua sponte dicere: idque à cæteris ei conceditur. si quando taceant omnes, tunc sortito coguntur dicere. Suetonius in Claudio cap.* 9. Nonnunquam quoque ætatis ratio solebat haberi: cujus rationem reddit *Plautus*:

Vos priores esse oportet, nos posterius dicere,
Quod plus sapitis.

Tranquillus in Augusto cap. 35. Moribus nostris, prout quisque in ordinem venit, sententiæ dicendæ jus habet: quia juvenis magistratus iisdem privilegiis iisdemque prærogativis fruitur. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 6. §. *ult. nu.* 2. 3. *ff. de decurionib.*

d §. 7. *In suprema Curia ad minus septem esse debent*] *Wassenaer prax. cap.* 21. *art.* 1. *nu.* 2. *Groenewege de ll. abrogat. ad l.* 45. *C. de decurio.*

âtque ita a quod majori parti probatur vim sententiæ sortitur.

VIII. Postea a Referendarius, breviculum sententiæ à se conceptum & subsignatum Graphiario in manus

a §. 7. *Quod majori parti probatur vim sententiæ habet*]. *Artic.* 153. *Instruct. Curiæ Provincial. Artic.* 1. *Instruct. Curiæ Supr.* Ea pars in dicenda sententia præfertur, quæ pluribus opinionibus vincit. *l.* 7. 19. *ff ad municipal. c.* 29. *x. de electio. Groenewege de ll. abrog. ad l.* 6. §. *fin. nu.* 1. *ff. de decurio. Plinius lib.* 2. *ep.* 12. *Gellius lib.* 9. *cap.* 15. Ratio est, quia à pluribus quid exactius & perfectius potest perspici. *l.* 32. *C. de fideicommiss. c.* 16. 21. *x. de offic. deleg. H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 5. §. 17. *cap.* 23. §. 4. *num.* 1. *Corasius lib.* 1. *miscella. jur. cap.* 15. *num.* 1. *Julius Capitolinus in Antonino Pio*: *Æquius est, ut ego tot & talium amicorum consilium sequar, quam ut tot & tales amici meam unius voluntatem sequantur.* Huic opinioni non obstat juris regula: *Quod omnes tangit, id ab omnibus probari debet.* Respondeo eam regulam non semper procedere: nam hoc in casu major pars præfertur: ubi ad universos refertur quod publicè per majorem partem fieri solet, *l.* 160. §. 1. *ff. de reg. jur.* Quomodo in decretis ab ordine faciendis major pars minori præjudicat. *l.* 2. 3. *ff. de decret.* Etiam olim in vendendis ædibus communibus major pars minori præferebatur ac potior habebatur. Quid si sententiæ pares? reus eo casu absolvebatur: qui mos non Athenis modo, sed & Romæ obtinuit. Ratio est, quia rei caussa quam actoris favorabilior habebatur. Et proniores ad absolvendum, quam ad condemandum esse debemus. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 20. *nu.* 36. *c.* 3. *x. de probatio. Plinius lib.* 8. *ep.* 14.

b §. 8. *Referendarius, breviculum sententiæ à se conceptum & subsignatum Graphiario in manus dat*] *Artic.* 169. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 44. *Instruct. Curiæ Supr.* Judices, caussa exactissimè considerata, volutatisque inter se rationibus, statim in libellum, tabellam, aut brevem chartam, secuta fidelitate sententias conferant, scriptasque partibus legi curent. *Cujacius paratitl. C. de sentent. ex brevic. Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 12. *Consilia Batav. vol.* 6. *in append. pag.* 307.

a §. 8.

nus dat, [a] qui id in mundum redigit, vel per suos amanuenses redigi curat, fere [b] sub hac forma: *in causa, quæ indecisa pendet coram Senatu Hollandiæ, inter N. actorem & N. reum, Senatus maturo consilio visis & rite perpensis omnibus, quæ ad materiam faciunt, justitiam administrans nomine Comitatus Hollandiæ, Zelandiæ & Westfrisiæ, condemnat reum hoc vel illo modo, & in expensas litis à Senatu taxandas.* Vel si coram Commissario lis instructa sit, hoc pacto: *in controversia coram Senatu Præsidiali orta, inter N. & N. Senatus audita relatione Commissarii, coram quo litigantes comparuerunt, & inspectis actis per eum confectis, omnibusque scripturis & chartis utrimque productis, &c. condemnat*, Notandum itaque, apud nos sententias sub nomine actoris & rei ferri, nisi quandò Procurator mandato sufficienti caret, cum alibi semper nomina Procuratorum apponi soleant.

IX.

a §. 8. *Qui id mundum redigit*] *Artic.* 31. *Instruct. Curia Holland. Papon de arrest. lib.* 4. *tit.* 6. *art.* 27. *l.* 2. *C. de Sent. ex brevic. Wassenaer prax. civil. cap.* 21. *art.* 1. *nu.* 2.

b §. 8. *Sub hac forma*] Olim forma usitata in concipiendis sententiis erat varia. Quod si reus condemnandus erat, pronuntiabant, *Videri eum crimen admisisse. Brissonius lib.* 2. *antiquit. Ro. cap.* 2. *l.* 20. *ff. de his qui notant. infam. l.* 20. *ff. de pœn. l.* 59. *ff. de re judicat.* Verbum, *Videri*, solemne Romanis indicenda sententia fuisse; docet *Goveanus lib.* 2. *ad l.* 3. *num.* 27. *de jurisdictio.* Licet tamen hæ formulæ variarent; tamen unus idemque effectus videtur fuisse. Probabile siquidem est, si verbum *videri* insereretur; tantum mitius esse verbum, quo crudelitatem imperii temperabant: quò etiam videtur respexisse *Seneca*: *Magistratus*, ait, *quibus improbos est interficiendi jus, Lege age dicunt, crudelitatem imperii mitiore verbo temperantes.* Aliis quoque verbis in sententia dicenda veteres fuisse usos, patet ex *l.* 32. *ff. de pœnis*: ut, *Vim fecisti.* Quæstionis est, an necesse sit, ut causa

IX. Illud cum aliis commune est, quod a sententiæ, ut ea sit conformis libello, ipsius libelli verba inseri soleant, atque ita pro actore aut reo causa terminari juxta victricis partis dictamen: nisi forte plus petierit actor quam sibi debeatur, tunc enim condemnatur reus in id, quod deberi sibi actor probavit, & reliqua petitio rejicitur.

X.

sa condemnationis in sententia exprimatur. Id negandum nonnulli volunt. At contra alii sceleris caussam nomenque speciatim condemnationi inserendam esse statuunt: quorum sententia meritò prævaluit. Idem apud Romanos in usu fuisse, refert *Tranquillus in Domitiano cap.* 10. *Patrem*, inquit, *familias detractum è spectaculis in arenam canibus objecit cum hoc titulo, Impiè locutus est parmularius.* Idem *in Caligula*: *Præcedente titulo qui caussam pœnæ indicaret, per cœtus epulantium circumducitur.* Sic cum; Tiberio regnante, Pontius Pilatus Salvatorem nostrum JESUM CHRISTUM, cruci affixisset; Domini capiti titulum imposuit, causam inflicti supplicii continentem. *Matthæus in Euang. c.* 27. *v.* 37. *Marc. c.* 15. *v.* 26. *Luc. c.* 23. *v.* 38. *Johan. cap.* 19. *v.* 19. 20. An verò scripta, an sculpta fuerit mortis caussa, viri docti disputant; quos inter Daniel Heinsius, Salmasius, alii. Verior est sententia existimantium; tantum titulum fuisse scriptum, non sculptum: nam *Matthæus*, ait, αἰτία γεγραμμένη: Joannes ἔγραψε τίτλον. Adde doctissimum *Petr. Fabrium lib.* 2. *Semestr. cap.* 8. Quandoquè etiam neglecto titulo, caussa supplicii ab ipso præcone præeunte, populo nuntiabatur tunc, cum facinorosus per viam ad supplicium ducebatur. *Lampridius in Alexandro Severo*: *Taurinius malarum caussarum patronus in foro ad stipitem ligatur, & fumo apposito necatur, præcone dicente: Fumo punitur, qui vendidit fumum.* Sic & apud *Heliodorum* ad Supplicium ducitur Chariclea, κήρυκος ὅτι ἐπὶ φαρμάκοις εἰς πυρὰν ἄγοιτο, συνεχῶς ἐκβοῶντος.

a §. 9. *Sententiæ, ut ea sit conformis libello*] *Boerius decis.* 68. *nu.* 4. *c. fin. de accusatio. in* 6. *c.* 3. 31. x. *de Simonia. l.* 17. *C. de fideico. libertat. l.* 43. *ff. de recept. arbitr. Mysingerus cent.* 4. *observ.* 81. Ratio est, quia ultra id, quod in ju-

X. [a] Sententiam ita in mundum redactam [b] die ju-

judicium deductum est, excedere potestas judicis non debet. *Gellius lib.* 14. *cap.* 2. Limita, regulam non procedere in caussis criminalibus: quia in iis non tenetur sequi judex petitionem agentis, si quæ facta sit in libello accusatorio, & ea neglecta aliter pronuntiare potest. Semper enim liberum est judici in caussis criminalibus, plus minusve condemnandi. *Mysingerus cent.* 4. *observ.* 11. *Pacius antinom. cent.* 2. *ad tit. ff. de his qui not. infam. quæst.* 26. In civilibus etiam hæc regula limitanda est: siquidem aliàs totum quod ab actore petitur esset adjudicandum; & reus semper condemnandus esset: quod sæpè absurdum esset. Igitur hæc regula ita intelligenda; quod sc. judex de eo quod in libello non petitum judicare non possit: idque patet ex *l.* 18. *ff. communi divid.*

a §. 10. *Sententiam pronuntiat graphiarius*] *Artic.* 44. 45. 67. 69. *Instruct. Curiæ Supr.* Olim judices viva voce sententiam solebant pronuntiare: sed postea lege Cassia constitutum est, ut tabulæ in urnam conjicerentur, & sic ferrentur. Singulis namque judicibus dabantur tabulæ inscriptæ tres; quibus in sculptæ erant tres litteræ, A: quarum prima erat absolutionis. *Brunemannus ad l.* 3. *C. de sentent. & interlocutio.* Quæ etiam littera salutaris dicitur à *Cicerone pro Milone*: *Nec vobis tam salutarem hanc in judicando litteram, quam illam tristem dedit.* Idem *Philippica secunda*: *Salutares sententiæ dictæ sunt. Valer. Maximus lib.* 8. *cap.* 1. Secunda erat C. condemnationis; quæ & tristis littera vocatur. Cicero supra laudato loco. Tertia erat N. L. ampliationis. Hæ litteræ posteriores significabant non liquere. Testis *Asconius*, *Pædianus*, *Gellius lib.* 14. *c.* 2. *Budæus ad tit. ff. de senatorib.* Non tamen existimandum est, has duntaxat litteras fuisse tabulis inscriptas; quippe plures fuerunt, ut ex Cicerone, Hottomanno colligere est. Græcis in more positum fuit, ut judices absoluturi reum, albos integrosque in urnam calculos conjicerent; condemnaturi verò nigros, ac perforatos. Cæterum posterioribus temporibus forma hæc clam ferendi sententias planè in desuetudinem abiit, cum judices de tabella palam ipsi sententiam pronuntiare cœperunt. *tot. tit. C. de sentent. ex periculo recit. Tertullianus*: *Quid de tabella recitatis illum Christianum, cur non & homicidam? Suetonius* in

juridica palam a in auditorio coram Commissariis pronuntiat Graphiarius, ejusve substitutus, & solent aliquam multæ sententiæ sub ferias plerumque pronuntiari; aliquando etiam omnibus Dominis sedentibus: quod in Suprema Curia, utputa quæ sine provocatione judicat, frequentius est; in Senatu vero Præsidiali non aliter, quam b cum criminalis & quidem capitis fertur sententia; quæ statim executioni mandatur.

XI.

in Augusto cap. 33. Excipiuntur viri illustres, ut præfecti prætorio, præfecti urbi; qui aliorum operam in sententia ferenda adhibent. *Cujacius paratit. C. de sent. ex brevic. Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 12. *l.* 2. *C. de sentent. & interlocutio.* Moribus nostris passim tam majores quam minores judices per graphiarios sententias pronuntiare solent. *Zypaus notit. jur. Belg. tit. de sentent. Damhouder prax. civ. cap,* 219. *num.* 4. *Groenewege de ll. abrog. ad tit. C. de sent. & peric.* Ratio cur hodiè ipsi judices non ferant sententias, est fortè hæc; quia judicia ordinaria ex pluribus personis constant quam olim.

b §. 10. *Die juridica*] *Groenewege de ll. abrog. ad l,* 6. *ff. de fer. Cujac. paratitl. C. quomodo & quando jud. Papon de arrest. l.* 7. *tit.* x. *Arr.* 5.

a §. 10. *In auditorio*] Ferenda est sententia pro tribunali in loco consueto, vel aliàs honesto. *l.* 6. *C. de sentent. interlocut. Brunemannus ad d. l.* 6. *num.* 1. *l. C. quomodo & quando jud.* Hinc sequitur, neque domi, neque in itinere sententiam latam valere. Non ut quidem putant, legenda verba in *l.* 6. *C. sent. & interloc.* vel si domi, vel in itinere: sed potius non si domi vel in itinere hoc agat. Delegatus tamen locum pro arbitrio potest eligere in quo judicet.

b §. 10. *Cum criminalis & quidem capitis fertur sententia; quæ statim executioni mandatur*] Si quis in crimine deprehensus, quo dignus claustris carceris, & custodiæ squalore videatur, & reis manifesta probatione convictis & condemnatis, sententia, quæ nec per appellationem vel per in integrum restitutionem vel per supplicationem suspensa est, statim effectum sortitur. *l.* 5. *C. de custod. reor. l.* 8. §. 9. *ff. de pœn. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 93. *cap.* 6. *num.* 1. *l.* 6. *C. de pœn.* Cui sententiæ non obstat, quod confessis & convictis ha-

humanitatis caussa laxamentum temporis concedi debeat, *arg. l.* 20. C. *de pœn. Gellius lib.* 20. *cap. cap.* 1. *Suetonius in Tiber. cap.* 75. *Seneca de tranquill. animi cap.* 14. Ad quæ loca respondendum: id locum habere, ubi Princeps ex iracundia & calore solitò gravius aliquem puniri voluit: quo casu triginta dierum spatium expectandum, cum animus interea sæpè commoveri soleat: cujus exempla vide apud *Justinum lib.* 12. *cap.* 11, *Tranquillum in Julio cap.* 67. Hujusquè resolutionis aperta ratio est: quia soli principi sententiæ rescindendæ jus competit. *Suetonius in Augusto cap.* 32. Similiter receptum est in muliere prægnante, ut non statim puniatur, sed post tempus partus executio differatur, ne innocens partus simul cum matre pereat. Calamitas enim matris non debet nocere ei qui inventre est. *pr. J. de ingenuis.* Unde rectè *Bion apud Plutarchum dicit: eum, qui parentum pœnas liberis irrogat, similem videri medico, qui parentum ob morbum filiis medicamenta propinet. Brunemannus ad l.* 18. *ff. de Statu homi. Ælianus l.* 5. *var. histor. cap.* 18. *Brissonius l.* 2. *antiquitat. Ro. cap.* 20. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 21. §. 14. *num.* 4. Quandoque etiam liberum est in aliis caussis judici vel ei qui pro tribunali cognoscit, non semper judicati tempus servare, sed nonnunquam pro qualitate personarum & locorum, laxamentum condemnatis dare, ad res suas disponendas, componendosquè mœstos penates, & Deo reconciliandum.

Ex *Artic.* 23. 29. *Instruct. Urb.* **De sententie sullen maer tien dagen geëxecuteert werden**] Olim tempus intra quod ante executionem victus poterat satisfacere, erat 30 dierum. *Gellius lib.* 15. *cap.* 13. Ratio erat, quia intra id tempus poterat pecunia conquiri ad solvendum. Qui verò ad pecuniam solvendam non erant condemnati, sed ad certum corpus & speciem, triginta dies non habebant: quia cessat ratio conquirendæ pecuniæ. *Gellius l.* 20. *c.* 1. In caussis civilibus & personalibus à Justiniano quatuor mensium spatium ante executionem solebat concedi; ut interim convictus executionem posset avertere. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 1. *C. de executio. rei judic. l.* 2. *C. eod. l.* 2. *C. de usuris rei judic.* §. 2. *J. de officio jud. Boerius decis.* 45. *nu.* 1. *c.* 15. *x. de re judic. Zasius ad l. Qui pro bunali nu.* 1. *ff. de re judica.*. Si vero sententia sit dicta in actione reali, nulla provocatione intra tempus legitimum facta, statim dabatur ejus executio. *pr. J. de offi-*

XI. Ex superioribus constat, omnem sententiam duabus partibus constare: una principali, quæ rei si-sive citati a condemnationem vel absolutionem super actione proposita complectitur; altera minus principali, quæ super expensis disponit.

XII.

cio judic. l. 68. ff. de rei vindicat. l. 3. C. de executio. rei judic. Moribus nostris tempus fere ex arbitrio pendet; ut plurimum tamen executio fit tam in actione reali quam personali, intra decem dies si non fuerit provocatum. *Covarruvias to. 1. part. 2. §. 12. de processu matrimo. nu. 29. Neostadius decis. Curiæ Supr. 38. c. 17. x. de re judic. Auth. Hodie autem C. de appellatio. Groenewege de ll. abrog. ad l. fin. C. de usur. rei judicat. nu. 3. 4. 6. Wassenaer prax. civ. cap. 22. art. 1. nu. 9.* Ratio est; quia per appellationem sententia adhuc suspendi; imò judicatum extingui potest.

a §. 11. *Condemnationem vel absolutionem*] *Artic. 19. Instruct. Urb. Artic. 26. Ampliat. An.* 1580. *Instruct. Curiæ Holland. Artic. 20. Instruct. Curiæ Provincial. in causs. leviorib.* Sententiæ requisitum est, ut absolutionem vel condemnationem contineat, expressè vel virtualiter; alioquin non valet. *Omphalius de usurpatio. ll. lib. 7. cap. 1. nu. 2. §. 1. J. de offic. judic. l. 18. ff. communi divid. l. 59. ff. de re judic. Suetonius in Augusto cap. 33.* Quotiens etiam quid in alterius persona omissum sit, in cæterorum quoque persona quod fecerit, non valebit: quia non potest ex uno judicio res judicata in partem valere, in partem non valere. *Auctor ad Herennium lib. secundo: Res judicata ambitiose profertur, si aut de re dissimili proferatur: aut de ea re, de qua controversia non est. Busius ad l. 1. ff. de re judic.*

Ex *Artic. 220. 221. Instruct. Curiæ Supr.* **Sententie inhoudende verscheyde poincten/** &c.] Quod diximus, sententiam debere continere absolutionem vel condemnationem: fallit si multa sint in lite capita; quo casu potest judex super quibusdam eorum sententiam ferre definitivam, tumque iterum de aliis quærere, & sententiam proferre quæ ipsi videatur, neque compellitur de omnibus litis capitibus una sententia simul dicere: cum tot sint sententiæ quot capita. *l. 24. ff. de jure patro. l. 29. §. 1. ff. de minor. Gail lib. 1. observ. 63. num. 6. 7. l. 59. §. 2. ff.*

XII. Quod fit vel victum in expensas litis condemnando, ita tamen [a] ut eorum modus à Curia taxetur; vel utrimque ab adversarii expensis absolvendo

ff. de re judic. Vinnius quaest. illustr. lib. 1. cap. 38. l. 25. ff. de recept. arbit. Faber Cod. lib. 7. tit. 26. def. 21. l. 41. ff. famil. ercisc. Quaeritur an ea sententia valeat, quam judex fert hoc modo: *Solve quod debes*: & an illa Claudii Caesaris, *Secundum eos se sentire, qui vera proposuissent. Suetonius in Claudio cap. 15.* Dicendum est, non valere, *arg. l. 21. §. 3. ff. de recept. arbit.* Nec huic adversatur, allegatam legem loqui de sententia arbitri, non judicis. Ad quod breviter respondendum: cum arbitria ad instar judiciorum sint redacta: merito de judice idem concluditur. Praeterea huic conclusioni non reclamat *l. 59. §. 1. ff. de re judicat.* Aliud namquè est, cum judex hoc modo sententiam pronuntiat: *Solve, quod petitum est*: quo casu certam summam exprimit: quia ex libello conventionis quid quantumquè debeatur, satis abundequè elucere potest. Quid si ex instrumentis vel testium depositionibus de summa & quantitate debiti constet? eo casu cum tum videatur judex respicere ad probationes; non dubium sententiam ita prolatam valere. Eodem facit, quod in *l. 3. C. sentent. quae sine, certa quantitate profert*, habetur; quod sententia sine certa & definita quantitate effectus suos sortiatur, si ex actis de certa quantitate constet.

a §. 12. *Ut eorum modus à Curia taxetur*] *Art. 118. 195. 196. Instruct. Curiae Holland. Art. 260. 261. Instruct. Curiae Supr.* Hodie non partes litigantes, sed ipsi judices expensarum rationem habent, & soli eas pro arbitrio definiunt ac taxant. *Omphalius de usurpatio. ll. lib. 7. cap. 4. num. 2. 3. Groenewege de ll. abrog. ad l. 5. C. de fructib. & lit. expens. Papon de arrest. lib. 18. tit. 3. arr. 2. Gail lib. 1. obs. 151. num. 1.* In hanc expensarum rationem vulgò referuntur sumtus in ipsam litem & defendendae caussae, in honoraria Advocatorum & procuratorum, in testium & instrumentorum productionem facti. *Cujacius paratitl. C. de fructib. & lit. expens. Papegay vol. 1. pag. 76. 77. Sande lib. 1. decis. tit. 13. def. 6. 8. Papon de arrest. lib. 18. tit. 2. arr. 32. l. 30. 46. §. 4. ff. de procurator.* Quandoque etiam judicibus potestas concessa est transcendendi sumtus; si tempus, nego-

do (quod Galli vocant *sans despens*, nos vero **met a compensatie van kosten**) cum nimirum [b] ob ambiguitatem causæ; vel [c] auctoritatem juris-peritorum qui in causa pro victo consuluerunt; vel consanguinitatem litigantium, vel alias similes causas; Curia neutrum alterius expensis gravari, sed utrumque suis tantantum onerari debere statuit.

XIII.

tiorum qualitas, si eum ad hoc partis ejus, quæ expensas fecit, impudentia permoverit. *l.* 6. *C. de magist. conv. l.* 4. *§. pen. ff. in lit. jur. l.* 21. *C. de jure dot. l.* 31. *ff. de reb. credit. l.* 15. *C. de judic. l.* 25. §. 8. *ff. de ædilit. ed. Gail lib.* 2. *obs.* 102. *nu.* 11.

a *§.* 12. **Compensatie van koste**] *Art.* 43. *Instr. Curiæ Supr.* Regula communis, Victum victori in expensas condemnandum; perdit officium suum, si condemnatus justam litigandi caussam habuerit. *Christinæus ad ll. Mechli. tit.* 1. *art.* 29. *num.* 13. *art.* 9. *num.* 2. *L.* 78. *§.* 2. *ff. de legat.* 2. Nam si judex perspexerit neutrum sumtuum subdere rationi: & propter negotii varietatem, hoc ipsum decernat sua sententia ab utroque ferri debere. *L.* 78. *§.* 2. *ff. de legat.* 2. Ratio est, quia expensæ ab eo solo exsolvendæ, quem calumniandi animo movisse litem constiterit, *pr. J. de pœna temerè litig.*

b §. 12. *Ob ambiguitatem caussæ*] *Artic.* 49. *Instruct. Curiæ Supr.* Idem servatur, si justa fuerit facti ignorantia; leges sibi invicem contrariæ & pugnantes; altercantes Interpretum opiniones. *Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 13. *Covarruvias pract. quæst. to.* 2. *cap.* 27. *num.* 5. *Nov.* 82. *cap.* x. *Auth. Post jusjurandum C. de judic. H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 23. *§.* 13. *num.* 2. 3.

b *§.* 12. *Auctoritatem jurisperitorum*] *Artic.* 43. *Instruct. Curiæ Supr.* Justam ac probabilem litigandi caussam habuisse præsumitur, qui communes opiniones, vel duorum saltem probatorum Advocatorum consilia pro se habuit. *Menochius de arbitr. judic. quæst. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 177. *nu.* 8. *Damhouder prax. civil. cap.* 27. *nu.* 21. *Gail lib.* 1. *observ.* 152. *nu.* 6. Vix tamen crediderim id hodiè locum habere posse; quia in tanta scribentium copia vix quid tam absurdi occurrit, quod unum aut alterum assertorem non habeat: & quia in consiliis multa favore solent peragi: ut proinde tantum au-

XIII. a Condemnatio expensarum decerni solet, cum alteruter litigantium manifeste iniquam causam fovisse judicatur.

XIV. Et hæc quidem in Senatu Præsidiali præcipua pœna est temere litigantium, nam mulcta quæ adjicitur tantum est trium florenorum: b aliter tamen se res habet in causis secundæ instantiæ, nam his major mulcta apponitur, quæ in causis appellationis est quadraginta florenorum, & in causis reformationis viginti florenorum, in Senatu Præsidiali: c in Suprema

auctoritatis consiliis Advocatorum tribui non possit.

a §. 13. *Condemnatio expensarum decerni solet, cum alteruter litigantium manifeste iniquam causam fovisse judicatur*] Eum, qui temerè adversarium in judicium vocasse constiterit, vel culpa sua dilata fuerit cognitio, minimè actioni suæ adfuerit, vel allata non probaverit: pro calumnia in expensas condemnatur. *Mevius ad jus Lubec. lib.* 5. *tit.* 4. *art.* 4. *nu.* 11. *§.* 1. *J. de pœna temerè litig. Costalius ad l.* 79. *ff. de judic. Cujacius lib.* 12. *observ.*1. *l.*10. *C. quando provoc. non est nec. l.* 4. *C. de fructib. & lit. expens. l.* 27. §. 15. *ff. ad l. Jul. de adulter.*

Ex *Artic.*118. 165. *Instruct. Curia Holland.* **Wederpartye dagvaerden**]. In taxandis litium expensis, citatio partis adversæ necessaria est: quia longè alia instantia, prima jam finita & peremta. *Imbertus Instit. for. lib.* 1. *cap.* 13. *Damhouder prax. civil. cap.* 249. *num.* 1. *cap.* 57. *num.* 12. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 102. *cap.* 1. *num.* 1. In omni enim actu ubi partis adversæ interesse potest, citatio necessaria, & requiritur utrumque adesso, ut si dilatio concedenda; testes producendi aut instrumenta; si acta extrahenda.

b §. 14. *Aliter tamen se res habet in causis secundæ instantiæ, nam his major mulcta apponitur*] *Artic.* 221. 232. *Instruct. Curiæ Supr. Artic.* 211. *Instruct. Curiæ Provincial.* Provocatores, si eos perperam intentionem cognitoris suspendisse claruerit; non solum summæ depositæ animadversione: sed extraordinario judicis officio, pro modo caussæ; qualitate personarum, circumstantiis negotiorum puniri so-

ma vero Curia in causis appellationis, septuaginta quinque florenorum, [a] in causis vero Reformationis triginta sex florenorum [1].

XV. [b] Sed hæ mulctæ cum antea tantum post pronuntiatam sententiam solvi solerent, nunc ex novo Ordinum Statuto, in initio litis cum ipsa impetratione mandati consignandæ sunt, ut omnes tricæ præcidantur, & contendentes vel hoc pacto à suscipiendis temere litibus deterreantur [2].

XVI. [c] Condemnationi expensarum aliquando adtexi solet condemnatio in damna & interesse, de qua videndus Rebuffus [3], aliique DD.

XVII.

1 *Post. Ampl: instr. art. 9. & 10.*

3 *Reb. art. 13. Ampl.*

2 *D. post tract. de expens. damnis & interesse.*

solent. *l.64.ff.de re judic. l. 21. §. 2. ff. de appellatio. l. 11. §. 3. ff. ad l. Falcid. c. 44. x. de appellatio.*

c §. 14. *Suprema verò Curia in caussis appellationis, septuaginta quinque florenorum*] *Artic. 232. Instruct. Curiæ Supr. Artic. 211. Instruct. Curiæ Holland. Papegay vol. 1. pag. 292. Groenewege de ll. abrog. ad l. 5. C. de fructib. & lit. expens. l. 15. C. de judic. Costalius ad l. 79. ff. de judic.*

a §. 14. *In causis vero Reformationis triginta sex florenorum*] *Papegay vol. 1. pag. 234.*

b §. 15. *Sed hæ mulctæ cum antea tantum post pronuntiationem sententiæ, &c.*] Pro forma appellationis requiritur, ut ante appellationem mulcta deponatur. *Vinnius ad §. 1. num. 4. J. de pœna temerè litigant. Papegay vol. 1. pag. 323.* cujus prætermissio actum ipsum vitiaret: quia formæ omissio totum actum vitiat. *l. 33. ff. de jurejur. c. 22. x. de rescript. l. 8. §. 17. ff. de transactio. c. 37. x. de offic. & pot. jud. deleg.*

c §. 16. *Condemnationi expensarum aliquando adtexi solet condemnatio in damna & interesse*] *Artic. 260. Instruct. Curiæ Supr.* Regulariter expensæ ratione victoriæ totius caussæ, à judice peti & ante sententiam impetrari debent. *Bartolus ad l. si procurator. §. Hoc judicium ff. de in jus voc.* Ratio est, quia judex non nisi imploratus suum officium impertire solet. *Gail lib. 2. observ. 151. num. 22. l. 4. §. 8. ff. de damno inf.* Ab hac sententia recedit eruditissimus *Bacchovous in Treutler. vol. 1. disp. XII. th. 16. litt. D. in fi.* Non obstat

Nov.

XVII. Et hæc quidem de sententiis hactenus; illud silentio præteriri non debet, alias sententias sortiri vim rei judicatæ, qua de re capite proximo agemus: quales sunt omnes a sententiæ Supremæ Curiæ; & Senatus Præsidialis eæ, quæ non excedunt octingentos florenos [1], aliæque quarum executio non impeditur per clausulam suspensivam (*nobis* **clausule van inhibitie.**) Alias vero sententias non habere vim rei judicatæ, quales sunt omnes Senatus Præsidialis sententiæ, à quibus ad Supremam Curiam appellatur cum effectu suspensivo, (*nobis* **Appel in forma.**)

1 *D. post. Ampl. art.* 22.

XVIII.

Nov. 82. *c.* 10, à Bacchovio adducta? Siquidem respondeo, ibi verbum *oportet*, non importare necessitatem. Quotiens tamen æquum arbitratus fuerit, potest judex ex nobili officio, licet refusio expensarum à partibus libello specialiter non fuerit petita, tamen earum rationem habere. *l.* 176. *ff. de regul. jur. Sande lib.* 1. *decis. tit.* 13. *def.* 8. *Gail lib.* 1. *observ.* 151. *num.* 22. Si verò expensarum in sententia nullam mentionem fecerit; non poterit de illis postea cognoscere, vel judicare; quamvis nonnulli putant non specialiter petitarum posse adhuc judicem rationem habere eo ipso die, quo tulit sententiam. Fructus verò & interesse, si non sint in libello specialiter petiti; judex eorum rationem in condemnando habere non potest: quia ea quæ ante judicium acceptum accedunt, ad judicem planè non pertinent: nisi clausula salutaris libello sit adjecta; Peto mihi jus, & justitiam administrari omni meliori modo, &c. *Mysingerus cent.* 4. *observ.* 5. *Bartolus ad l.* 91. *§. Lucius num.* 1. *ff. de legat.* 3. At cur aliud servatur in expensis, si eæ non petitæ? Ad quod responderi potest: quia expensæ sunt sequelæ principalis actionis; non damna & interesse.

a §. 17. *Sententiæ supremæ Curiæ; & Senatus Præsidialis eæ, quæ non excedunt octingentos florenos, &c.*] Effectus appellationis regulariter est, quod sententiam ejusque executionem suspendat. *Cujacius paratitl. C. de appellatio.* At cum sæpè remorandæ executionis caussa ad appellationis auxilium convoletur: non sine ratione evidenti quædam litium genera sunt,

XVIII. Atque hinc constat duplicem esse provocationem, ut & supra monuimus, unam simplicem, quæ causam simpliciter ad superiorem judicem devolvit, (*nobis* a Reformatie) & intra annum institui potest, ita tamen ut condemnatus datis ab adversario fidejussoribus, b sententiæ parere interim teneatur.

XIX. Alteram vero majoris efficaciæ, quæ appellatio proprie dicitur, & suspendit judicatum 1: quod tamen apud nos non aliter fit, quam virtute dictæ clausulæ suspensivæ mandatis Curiæ insertæ.

1 *L. 1. §. fin. ff. ad Senat. Turpil. l. ff. nihil innov. appell. interpos.*

XX. Et hæc quidem appellatio, (quod & supra monuimus) in causis ab inferioribus tribunalibus ad Senatum Præsidialem, intra decem dies interponi, c & intra viginti dies executioni mandari debet 2.

2 *Instr. Sen. Præs. art. 198. & 204.*

XXI. In causis vero à Senatu Præsidiali ad Supremam Curiam, intra decem quidem dies proponi debet appellatio, sed d ejus prosecutio ad quadraginta duos

quæ executionem non remorantur. Primò namquè, si à civilibus mulctis appelletur; non appellatio, sed, quæ sententiæ executionem non sistit, reformatio admittitur. *Groenewege de ll. abrog. ad l. 5. C. de appellatio.* Secundo, etiam appellatio summæ definitæ includitur, intra quam provocatio denegatur; ut temerè appellantium calumnia coërceatur. *Papegay vol. 1. pag. 305. 306. 312. 313. Groenewege de ll. abrog. ad l. 7. C. quorum appellatio non recipi.*

a §. 18. Reformatie) *& intra annum*] *Artic. 212. Instruct. Curiæ Provincial.*

b §. 18. *Sententiæ parere interim tenetur*] *Papon de arrest. lib. 9. tit. 7. arrest. 6. Christinæus vol. 1. decis. 27. num. 1.*

c §. 20. *Intra viginti dies executioni mandari debet*] *Artic. 204. 216. Instruct. Curiæ Holland. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 3. cap. 3. nu. 1. tit. 3. cap. 13.*

d §. 21. *Ejus prosecutio ad quadraginta duos dies, &c.*] *Art. 226. Instruct. Curiæ Supr. Wassenaer prax. civ. cap. 24. art. 1. nu. 18. Papegay vol. 1. pag. 294. Gail lib. 1. observ. 141. Brunemannus ad l. 1. §. 5. nu. 21. ff. quando appell.* Tempus prosequendæ appellationis jure civili est

duos dies ab appellatione numerandos extenditur; ea tamen lege, ut intra id ſpatium etiam dies ab apparitore dictus comprehendatur [1]; (*nobis* **dat den dagh van rechten binnen dien tijdt dienen moet**) quod in appellationibus ad Senatum Præſidialem non requiritur.

1 Inſtr. Sup. Cur. art. 216.

XXII. Commune eſt utrique provocationi quod mandatis citantur provocati, ad renuntiandum ſententiæ pro ſe latæ, aut ad eam ſuſtinendam; ideoque iis, [a] qui ſententiam obtinuerunt, [b] ſine damno aut pœna licet ei renuntiare, atque ita prior ſententia abit in rem judicatam. Aliquando vero renuntiant Advocati pro ſua parte latæ ſententiæ, eo tamen pacto ut coram ſuperiore Curia litem de integro inſtituere liceat, quod vel maxime locum habet cum aliqua nullitas in priorem obrepſit ſententiam.

XXIII. Illud in proprie dicta appellatione ſpeciale eſt, quod neque intra fatalia appellationis paulo ante deſignata, neque poſt mandatum executioni datum, appellato quippiam innovare liceat [2]: neque etiam appellanti adverſus interjectam à ſe appellationem.

2 L. 1. nihil innov. appel. interpoſ.

XXIV.

eſt annus; & ex juſta cauſſa biennium. *Weſembecius ad tit. ff. quando appelland. nu. 6. Myſingerus cent. 3. obſerv. 15. num. 9. l. 5. §. 4. C. de temporib. appellatio.*

a §. 22. *Qui ſententiam obtinuit, licet ei renuntiare*] *Art. 200. 201. 119. Inſtruct. Curiæ Holland. Artic. 219. Inſtruct. Curiæ Supr.* Fit nonnunquam, ut interpoſitæ appellationi liceat renuntiare ac redire ad eum judicem qui provocatus eſt. *Zypæus notiti jur. Belg. l. 3. tit. de appellatio.* Sed renuntians condemnandus erit in litis ſumtus & expenſas, propter admiſſam temeritatem, quæ in pœnitentia præſumitur. *Omphalius de uſurpatio. ll. lib. 7. cap. 2. num. 17.*

b §. 22. *Sine pœna aut damno*] *Artic. 218. Inſtruct. Curiæ Supr.*

Ex *Artic. 199. Inſtruct. Curiæ Holland.* **Binnen 8. dagen**] Si in-

XXIV. Quod si quid tale fecerit appellans, beneficio appellationis indignus censetur: si vero appellatus, ejus reparatio per modum attentatorum ab appellante peti solet; sive per libellum (*nobis* **conclusie**) quo a ante omnia restitui petit quod innovatum est; sive per impetrationem mandati (*nobis* **mandement van attentaten.**)

XXV. Denique in hac materia notare convenit, etsi b à sententiis Supremæ Curiæ nulla detur provocatio,

intra octavum diem renuntiatio fiat, renuntians pœnam temerè appellantium evitat. *Merula prax. civ. l.* 4. *tit.* 4. *cap.* 10. *n.* 1. Diebus prædictis præteritis, restitutio necessaria est, additis retardatæ litis sumtibus. *Zypaus notit. jur. Belgic. lib.* 3. *tit. de appellatio. Christinaus vol.* 1. *decis.* 23. *nu.* 1. 2.

a §. 24. *Ante omnia restitui*] *Artic.* 39. 41. *Instruct. Cur. Holland. Lancellottus de attentat. part.* 2. *cap.* 12. *de attent. pend. appellat. ampliat.* 2. *num.* 1. *Papegay vol.* 1. *pag.* 313. *Brunemannus ad l. unic. nu.* 16. *ff. nihil innov. appellat. interpos.* Nec ante respondere tenetur ei, qui dominium vel jus aliquod prætendit: quia ante omninò vitium purgandum est: unde sequitur eum non audiri licet dominii exceptionem vellet opponere, eamque statim probare.

b §. 25. *A sententiis supremæ Curia nulla detur provocatio*] *Artic.* 279. *Instruct. Curia Supr.* Appellatio regulariter licita ac permissa habetur. *Nov.* 23. *Nov.* 82. *cap.* 4. Excipiuntur tamen casus, in quibus ea non recipitur: puta si à summo principe provocetur. *Nov.* 128. *cap.* 24. *l.* 1. *C. de legib.* Caussa cur à principe provocare non liceat, est hæc: quia ipse princeps esset, qui provocaretur: cum superiorem judicem non agnoscat. *l.* 1. §. 1. *ff. à quib. appell. non lic.* Præterea appellatio non recipitur à senatu supremo, aut ab iis qui ipsum principem repræsentant. *l.* 5. *C. ad l. Jul. Majest. l.* 1. §. 2. *ff. à quib. appell. non lic. Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 15. Ratio est, quia & ipsi pars corporis principis sunt; & contra princeps pars senatus. *Boerius decis.* 17. *num.* 4. *l.* 8. *C. de dignitat. Cassiodorus lib.* 6. *ep.* 3. Apud Lacedæmonios à senatu ad populum erat provocatio. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 1. *cap.*

tio, atque ita statim executionem mereantur, a superesse tamen adhuc modum quo retractari possunt, per supplicationem nimirum, sive Revisionem.

XXVI. Quæ b intra biennium à die sententiæ numerandum à Curia Suprema postulanda est, per libellum supplicem continentem rationes, quæ errorem in sententia commissum esse convincant.

XXVII.

1. *cap.* 3. §. 20. *n.* 5. *Cragius de repub. Lacedamo. l.* 4. *c.* 8. Porrò appellare non licet à præfectis prætorio, quia principali sententia lecti, *Nov.* 125. *c.* 1. Credidit namquè princeps eos tanta probitate prudentiaquè perspicuos, non aliter sententiam laturos, quam si ipse judicaret. *Spartianus in Hadriano.* Præfectorum enim omnium à principe prima potestas, quæ olim à principatu non multum abfuit. Hinc in Imperatorum legibus, & constitutionibus; præfecti prætorio excellens auctoritas; excelsa sedes; sublimis magnitudo; illustris præstantia; spes magnificentiæ: forum magnitudinis; fastigium summum. Quare Socrates scripsit; præfectum prætorio majorem præ cæteris provinciarum rectoribus potestatem habere; siquidem secundus ab Imperatore nominatur.

a §. 25. *Superesse tamen adhuc modum quo retractari possunt, per supplicationem nimirum sive revisionem*] *Artic.* 285. 286. 287. *Instruct. Curia Supr.* Præter appellationem & in integrum restitutionem, de quibus jam dictum; est & aliud remedium, quo sententia etiam valida sublevatur, & annulatur: nempe supplicationis seu revisionis beneficium. *Wassenaer prax. civil. cap.* 25. *art.* 1. *num.* 3. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 1. §. 2. *ff. à quib. appell. non lic. Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 2. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 4. §. 13.

b §. 26. *Intra biennium*] *Art.* 279. *Instruct. Curia Supr.* Intra biennium Imperatori olim revisio actorum offerenda erat. *Auth. supplicatio. C. de precib. Imperat. offer. Papegay vol.* 1. *pag.* 438. *Christinaeus vol.* 1. *decis.* 12. *num.* 2. *Sande lib.* 1. *decis. tit.* 16. *def.* 1. Jure nostro breviori spatio, sc. anno id conclusum est, ne maximo victoris damno executio suspendatur, & lites protrahantur. *Groenewege de ll. abrog. ad Auth. Quæ supplicatio. C. de precib. Imperat. offer. Pa-*

XXVII. Sed ea lege [a] ut ducenti floreni pro mulcta deponantur in manibus Graphiarii [1]: & ut mandatum impetretur, item executioni mandetur, [b] & dies dictus veniat, intra biennium.

1 *Postr. Ampt. Instr. art.* 12. *D. Instr. Sup. Cur. art.* 280.

XXVII. [c] Novas tamen allegationes aut facti positiones proferre qui Revisionem petierit non potest, sed rationibus libello suo supplici insertis & in mandato expressis contentus esse debet; atque ita petit errores in sententia commissos corrigi, cui petitioni illico respondere tenetur citatus: quæ omnia in acta rediguntur, atque ita lis ea pro contestata habetur, neque ullæ præterea fiunt scripturæ, [d] nisi quod monitorium juris uterque litigantium exhibere debet.

XXIX.

pon de arrest. lib. 19. *tit.* 8. *art.* 5.

a §. 27. *Ut ducenti floreni pro mulcta deponantur*] Ad coërcendam temerè appellantium audaciam, ante inchoatam revisionem: in casum sententiæ confirmatoriæ dicta summa deponi debet, vel idonea & sufficiens cautio pro eo offerenda est. *Papegay vol.* 1. *pag.* 438. *Wassenaer prax. civil. cap.* 25. *art.* 1. *nu.* 5.

b *Et dies dictus veniat, intra dictum biennium*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 437. 438. *Sande lib.* 1. *decis. tit.* 16. *def.* 1. *Auth.* Et qui C. *de temporib. appellat.*

c §. 28. *Novas tamen allegationes aut facti positiones proferre qui Revisionem petierit non potest*] *Artic.* 281. *Instruct. Curia Supr.* In revisione non deducta & non probata adferre prohibitum est. *Papegay vol.* 1. *pag.* 438. *Wassenaer prax. civil. cap.* 25. *art.* 1. *num.* 11. *l.* 4. *C. de temporib. appellat.* Ratio est, quia alias additio non revisio esset.

d §. 28. *Nisi quod monitorium juris uterque litigantium exhibere debet*] *Artic.* 281. *Instruct. Curia Supr. Artic.* 89. 150. *Instruct. Curia Holland.* Licet novæ probationes vel allegationes in revisione non possint adjici; sciendum tamen est, duntaxat adimi facultatem addendi quæ sunt facti; non verò quæ sunt juris, quæ ad sententiam usque addi possunt. *Papegay vol.* 1. *pag.* 127. *Brunemannus ad l.* 9. *num.* 1. *C. de judic.*

b §. 29.

XXIX. [b] Revisionem petens, à Principe (id est, si Batavus est, ab Ordinibus Hollandiæ, vel si Selandus, ab Ordinibus Selandiæ) postulat [c] nominari Adsessores (*nobis* **Adjuncten**) [d] numero septem; qui cum Dominis Curiæ supremæ sententiam revideant, deposita prius quanta ad solvendas Adsessorum expensas opus fuerit pecunia: & ita quidem omnia accelerentur necesse est, ut intra annum causa terminetur, nisi propter occupationes Curiæ in aliquod tempus protrahatur decisio.

XXX. Quæsitum aliquando memini, an is qui sententiam Curiæ pro se obtinuerat, & in causa Revisionis succubuerat [b] secundam ipse Revisionem obtine-

b §. 29. *Revisionem petens, à Principe*] *Consilia Batav. vol. 6. cons.* 120. *Omphalius de usurpatio. ll.lib.* 8. *cap.* 7. *nu.* 1. *Groenewege de ll. abrog. ad tit. C. si adversus rem judicat. nu.* 2.

c §. 29. *Nominari Adsessores, (nobis* **Adjuncten**) *qui cum Dominis Curiæ supremæ sententiam revideant*] *Artic.* 282. 283. *Instruct. Curiæ Supr. Nov.* 62. *Nov.* 82. *cap.* 4. *Dambouder prax. civil. cap.* 247. *num.* 4.

d §. 29. *Numero septem*] *Dambouder dicto loco. Groenewege abrog. ad l.* 35. *C. de appellatio.* Necessaria hæc assessorum præsentia certo definito numero: quia major est plurium, quam paucorum in sententia proferenda solertia. Rectè igitur *Plinius* felicem Taprobanes insulæ politiam judicat: quoniam nemo, nisi plurium sententiis poterat condemnari. Hinc non immeritò in Tarquinio Superbo improbatur; quod caussas criminales sine ullis assessoribus solus cognosceret; ut est apud *Livium*. Hinc usitata apud veteres in sententia ferenda, formula: *De consilii sententia.*

a §. 29. *Nominari Adsessores (nobis* **Adjuncten**)] Appellantur quoque revisores & Syndici. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 35. *C. de appellatio.* Hinc remedium Syndicatus & revisionis dicitur. *Vigelius method. jur. controvers. lib.* 2. *cap.* 7. *reg.* 64. *Gail lib.* 1. *observ.* 153. *in pr.*

b §. 30. *Secundam ipse revisionem obtinere valeat*] Sententia semel

nere valeat, sed hoc quamvis apud alios videatur introductum, apud nos certe usu receptum non est, ut litium tandem aliquis sit finis.

XXXI. Et hæc quidem pro instituto nostro sufficiant: plura de hoc subjecto cognoscere qui desiderat, legat Doctores singularibus tractatibus hanc materiam explicantes.

mel ab excellentissimis judicibus & revisoribus data; nulli licentia datur contra provocationem eorum proferre sententiam vel aliam dubitationem introducere. *l.* 4. C. *de precib. Imperat. offer. l. unic. C. ne lic. ter prov. Papegay vol.* 1. *pag.* 438. Ratio est; quia si secunda revisio admitteretur; ab iisdem ad eosdem provocaretur: quod neutiquam admitti debet. *Consilia Batav. vol.* 6. *consil.* 120. *Coppe us. pract. lib.* 2. *observ.* 113. *nu.* 2. *Wassenaer prax. civil. cap.* 25. *art.* 1. *num.* 24.

LIB. II. CAP. VIII.

De executione rei judicatæ.

I. *Solutio vera*: II. *Ficta*: III. *Mandata cessionis*: IV. *Atterminationis*: V. *Eorum natura*: VI. *Executio sententiæ, ubi fiat, in sententia à Suprema Curia approbata?* VII. *Intra quod tempus fieri possit executio.* VIII. *Executionis necessitas*: IX. *Novum exequendi mandatum, sive* **Mandement om executie te decerneren**: X. *Ejus virtus*: XI. *Littera executoriales*: XII. *Monitum solvendi primum, sive* **sommatie**: XIII. *Monitum secundum, sive* **renovatie**: XIV. *Executio quomodo fiat in causis realibus?* XV. *Quomodo in personalibus*: XVI. *Ubi condemnatus mobilia habet*: XVII. *Eorum subhastatio*: XVIII. *In civitatibus*: XIX. *In pagis*: XX. *De tertio se opponente*: XXI. *Executio in immobilibus quomodo fiat?* XXII. *Eorum venditio*: XXIII. *Pretium consignandum*: XXIV. *Executio per prehensionem personæ quomodo fiat?* XXV. *Executio in obligationibus facti per modum vadimonii sive*

sive **opsteling**: XXVI. *Quomodo fiat*: XXVII. *Cautio pro expensis danda*: XXVIII. *Effectus contumaciæ*: XXIX. *Diversus pro Curiis*: XXX. *Lis æstimata*. XXXI. *Catalogus damni*: XXXII. *Disputatio super validitate vadimonii*: *ea quomodo instruatur*: XXXIII. *Relaxatio vadimonii provisionalis*: XXXIV. *Per executionem victor voti sui compos fit.*

I. Post sententiam, quæ in rem judicatam transivit, nihil restat, quam ut vel sponte sua satisfaciat condemnatus, vel invitus parere sententiæ compellatur. Satisfactio sive solutio vel vera, vel ficta est: vera, cum condemnatus victori id dat, tradit aut præstat, ad quod dandum, tradendum sive præstandum, ipsi condemnatus est, *solutione enim ejus quod debetur omnis tollitur obligatio* [1]. 1 §. 2. *inst. quib. modis toll. oblig.*

II. Ficta vero solutio est, cum debitor per impetratam a a Suprema Curia gratiam, omnibus suis b bonis cedendo, se ipsum ab omni executione liberat.

III. (*Nobis* **mandement van cessie lichten.**)

IV. Aut cum Creditoribus ad id coram Commissario

a §. 2. *Suprema Curia*] *Papon de arrest. lib.* 10. *tit.* 8. *arr.* 1. *Zypaeus notit. jur. Belg. tit. Qui bo. ced. poss.* *Papegay vol.* 1. *p.* 224. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 6. *C. qui bo. ced. poss.*

b §. 2. *Bonis cedendo, se ipsum ab omni executione liberat*] Olim condemnati, si id in quod condemnati erant, non poterant creditori persolvere, bonorum cessionem impetrare non poterant; sed ne paupertate pœnam eludant, pœnam corporalem sub competenti judice subire tenebantur. Hinc tritum illud: *Reddat debitum pœnis, quod nequit compensare pecuniis*: item illud; *Qui non habet in ære, luat in pelle*. Lege XII. tab. cautum fuit, ut qui satisfacere non posset, in servitutem creditoribus addiceretur. *Gellius lib.* 20. *cap.* 1. *Quintilianus lib.* 3. *cap.* 8. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 3. *cap.* 2. §. 3. *num.* 1. Sed lege Julia postea hæc asperitas mitigata est; & sancitum: ut inopes debitores bonis cedendo carcere liberentur: quod etiam hodie in omnibus ferè re-

regionibus usu servatur. *Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 16. *Menochius de arbit. judic. quaest. l.* 2. *cent.* 2. *cas.* 183. *nu.* 1. *Papegay vol.* 1. *pag.* 223. 224. *Covarruvias lib.* 2. *Var. resolut. cap.* 1. *num.* 5. *Faber Cod. lib.* 7. *tit.* 31. *def.* 3. *Wesembecius ad tit. ff. de bo. cess. nu.* 3. Saepè enim invida fortuna facit, ut facultates in totum minuantur. *Seneca*: *Quae sunt divitiae; quas non egestas, & fames, & mendicitas à tergo sequatur?* Levis est fortuna; citò reposcit quod dedit. *Omnis*: inquit, *idem Seneca*, *instabilis & incerta felicitas est.* Caeterum sciendum est; quod, si bona non ad totius debiti solutionem sufficiant, cedendo debitor actionibus quidem ad tempus, sed non tota obligatione penitùs liberetur: quod patet *ex tot. tit. J. quibus mod. tollit. obligat.* In quo omnes tollendae obligationis modi enumerantur; inter quos bonorum cessio non reperitur. Igitur si post bonorum cessionem ad meliorem fortunam cedens pervenerit, & idoneum emolumentum, quo Praetor moveri potest, adquisierit; de integro à creditoribus conveniri potest: ita tamen, ut non in solidum, sed in quantum facere potest, condemnetur. Inhumanum namquè esset, spoliatum fortunis suis, in solidum condemnari. §. *fin. J. de actio. Dissentit. Azo ad tit. C. qui bo. ced. poss. num.* 5. In dubium vocatur; an ei qui bonis cessit, quid ad victum quotidianum sit relinquendum. Quod negandum est: licet vestis vilis cedenti relinquenda, qua nuditatem tegat. Certum quidem est, posse creditores cedenti alimenta concedere; tamen nulla necessitate id fit nec juris civilis nec Canonici: etiamsi ex Cano. id, sed sine ullo textu nonnulli colligant. De jure civili alimenta non relinquenda, patet ex *l.* 6. *ff. de cessio. bonor.* Ratio est; quia quod misericordia relinquitur, non fit juris necessitate. Non obstat *l.* 33. 39. *ff. de reb. auctorit. jud. possid.* Resp. ex diversis nihil omninò concludi. Eodem facit quod olim debitor nudus carceri mancipabatur, vel creditoribus in servitutem addicebatur: id quod duntaxat abrogavit lex Julia. At quaeritur cur lata L. Julia, cum etiam & antea leges fuerint latae, ne debitores propter aes alienum in servitutem redigerentur. Ad quod dico; hanc legem ideo rursus latam ob malitiam foeneratorum: tum etiam, quia lege Julia specialiter constitutum, ne in carcerem mitterentur: cum prioribus legibus tantum servitus fuisset sublata. Tum etiam, quia anteriores leges tantùm eis succurrebant, qui fortunae invidia ad inopiam erant redacti: cùm lege Julia etiam decoctoribus id beneficium praestiterit.

ſario citatis, (*nobis* **bp mandement van inductie**) [a] perſuadet ut ſpatium ſolvendi (*nobis* **atterminatie**) concedant, qua de re & ante egimus [1].

V. Cæterum hic obiter notandum: primo, mandata ceſſionis à Suprema quidem Curia [b] impetrari, totius autem

1 Sup. lib. 1. cap. 6.

a §. 4. *Perſuadet ut ſpatium ſolvendi (nobis* **atterminatie***) concedant*] *Artic.* 226. *Inſtruct. Curia Holland.* Jure veteri litteræ moratoriæ ad annum vel biennium concedebantur, ut nos docet *Caſſiodorus*: *Sed quoniam*, inquit, *lapſos nihil relevaſſe proficit, ſi onus illud ſolutionis accedit, qui memoratis negotiatoribus noſcuntur pecuniam mutuaſſe, celſitudo tua faciat admoveri, ne in hoc biennii ſpatio quicquam de credita pecunia exiſtiment poſtulandum.* Hodie illa ad quinquennium egenis debitoribus ſolent tribui. *l.* 2. *C. de precib. Imp. offer. H. Grotius lib.* 3. *introduct. part.* 51. *num.* 21. *l.* 8. *C. de ceſſio. bonor.*

Ex dicto *Artic.* **Cautie**] Reſcripta moratoria, quæ debitoribus brevem moram deprecantibus conceduntur, non aliter valent, niſi fidejuſſio idonea ſuper debiti ſolutione præbeatur. *Brunemannus ad l.* 4. *num.* 4. *C. de precib. Imp. offer. Conſilia Batav. vol.* 4. *conſ.* 224. *Gail lib.* 2. *obſ.* 46. *num.* 14. *Neoſtadius deciſ. Curiæ Supr. deciſ.* 53. *Faber Cod. lib.* 1. *tit.* 9. *def.* 6.

b §. 5. *Impetrari*] *Artic.* 227. *Inſtruct. Curiæ Holland.* Ceſſionis jure veteri nulla ſolemnitas, ſed ipſo jure & declarationis ſola voluntate procedebat. *l.* 9. *ff. de ceſſio. bonor. Duarenus ad dict. tit. ff. cap.* 2. Proinde ineptè quidam movent illud dubium; an ſc. litis conteſtatio ad ceſſionem ſit neceſſaria: nam olim fiebat apud prætorem, apud quem nulla unquam litis conteſtatio fiebat: licet cum in dubium vocaretur an ceſſio eſſet admittenda, contradictio & cauſſæ cognitio fuerit neceſſaria: quæ contradictio non immeritò litis conteſtatio poſſet vocari: cum litis conteſtatio in contradictione ſit poſita. *Cicero pro Murena.* Moribus noſtris quia id multis captionibus obnoxium erat, & ne debitores ex ſuis fallaciis quid lucrentur; nulli, niſi libello oblato, præſens & diſtinctus gladio, capite aperto ceſſionem, convocatis ad hoc creditoribus, impetrare conceditur, *Papon de arreſt. lib.* x. *tit.* 8. *arr.* 2. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 6. *C. qui bon. poſſ. ced. Papegay vol.* 1. *p.* 224. *Zypæus notit. jur. Belg. tit. qui bon.*

autem causæ cognitionem rejici ad ejus civitatis judices, cujus vel civis fuerit, vel sub cujus districtu vixerit is qui bonis cedere vult: Et secundo, mandata inductionis nihil coactive disponere; neque enim apud nos locum habet illa regula, qua minores numero creditores a quod à majore parte geritur approbare omnino tenentur; id enim visum est genti liberæ à libertate alienum.

VI. Si voluntarie non satisfiat victori, consequens est

bon. ced. poss. Wassenaer prax. civ. cap. 18. *art.* 1. *nu.* 4.

Ex *Artic.* 227. *Instruct. Curiæ Provincial.* **Speede te affirmere.** *Brunemannus ad l. pen. num.* 2. *ff. de cessio. bonor. Mevius ad jus Lubec. lib.* 3. *tit.* 1. *artic.* 37. *Papon de arrest. lib.* 10. *tit.* 10. *art.* 2.

Ex dicto *Artic.* **Quade fortune**] Cessionis beneficium iis duntaxat conceditur, qui vi majori, adversa fortuna & casu ad hanc calamitatem pervenerunt: non verò iis qui sua culpa & negligentia, ut ludendo, aliove inhonesto modo ad inopiam redacti sunt. Criminosus enim semetipsum pœnæ subdidisse intelligitur. Et damnum quod quis sua culpa sentit, sentire non videtur. *l.* 203. *ff. de regul. jur. Brunemannus ad rubr. ff. de cessio. bonor. nu.* 1. *Papon de arrest. lib.* x. *tit.* 8. *art.* 2. *Papegay vol.* 1. *pag.* 222. 223. 224.

a §. 5. *Quod à majore parte geritur approbare omnino non tenentur*] Jure Ro. si unus creditorum, aliis omnibus gravior in summa debiti inveniatur; omnibus in unum coadunatis, & debitis eorum computatis, ipse alios antecellebat, & ipsius sententia obtinebat, sive indulgere tempus sive cessionem impetrare desideraret. Pari autem quantitate debiti inventa, dispari verò creditorum numero: tum amplior pars creditorum obtinebat: ita ut quod pluribus placuisset, statuebatur. *l.* 8. *C. de cessio. bonor.* Jure nostro renovato, pactio creditorum partem debiti remittentium, dissentientibus non obstat. *Zypæus notit. jur. Belg. tit. de pact. lib.* 1. *Consilia Batav. vol.* 2. *consil.* 45. *H. Grotius de jure belli ac pac. lib.* 2. *cap.* 5. §. 17. *Busius ad l.* 8. 9. 10. *ff. de pact. num.* 3. 4. 5. 6. 7. *Groenewege de ll. abrog. ad dict.*

eſt ut in invitum ſententia executioni mandari debeat, quod in ſententiis à Suprema Curia approbatis fieri poteſt coram Suprema Curia, vel coram inferiore judice qui priorem tulit ſententiam [1].

VII. Eſt itaque hæc pars quæ executionem rerum judicatarum concernit nobiliſſima, in ea enim tota vis ſententiæ & juſtitiæ vigor conſiſtit: nam ſine executione, ſententiæ eſſent nullius momenti, & juſtitia omnes vires ſuas perderet, quæ tamen non fruſtra gladium gerit, unde illud Poëtæ [2]:

Ὅπερ γὰρ ἰσχὺς συζυγοῦσι καὶ δίκη,
Ποία ξυνωρὶς τῆσδε καρτερωτέρα;

Iuſtitia quoties copulata eſt robori,
Hac eſſe biga quid queat valentius?

VIII. In primis vero ſciendum eſt quamdiu latæ ſententiæ executioni mandari poſſint, quod in ſententiis Senatus Præſidialis ad quinque annos [3]: in ſententiis vero Supremæ Curiæ, ad decem annos extenditur [4].

IX. Quod non ita intelligendum eſt, ut omnis judicati actio intra id tempus perimatur, ſed [a] ut ſententiæ tales ſine nova citatione condemnati (*nobis* **mandement om executie gedecerneert te werden op een verjaerde ſententie**) executioni mandari non poſſint.

X.

1 *Inſtr. Sup. Cur. art.* 264.

2 *Æſchil. tragæd.*

3 *Ampliat. inſtr. art.* 30.

4 *Inſtr. Sup. Cur. art.* 263.

dict. l. 8. *ff. Autumus cenſur. Gallic. ad l.* x. *ff. de pact.* Diſſentit *H. Grotius lib.* 3. *introduct. part.* 51. *nu.* 23. Ratio eſt; quia nemo invitus, vel ignorans donare tenetur. *pr. J. de donatio. Autumnus cenſ. Gallic. ad L* 8. *ff. de pact.* Quinimo, ne in reſcriptis quidem moratoriis minor pars majorem tenetur ſequi; licet in iis tantum exigua mora, nec in modico tempore magnum præjudicium. *l* 21. *ff. de judic. Faber Cod. lib.* 1. *tit.* 9. *def.* 6.

a §. 9. *Sententiæ tales ſine nova ci-*

X. Ea vero citatione facta, vix aliquam contradicendi rationem condemnatus poterit reperire; aut certe si ulteriori cognitioni locus esse videatur, plerumque provisionalis adjudicatio (*nobis* **namptissement**) locum habet. Cæterum cum aliæ sententiæ versentur circa obligationes dandi, aliæ vero circa obligationes faciendi, & utrobique non eodem modo fiat executio, superest ut de utraque specie separatim agamus.

XI. Illud tamen commune est, ut sententia in mundum redacta primum a exequendi mandato à Curia muniatur, (*nobis* **letteren executoriael**) quo apparitori injungitur ut eam sententiam executioni mandet b juxta stilum Curiæ.

XII.

citatione condemnati executioni mandari non possunt] *Christinæus ad ll. Mechlin. tit.* 1. *art.* 32. *num.* 14.

b §. 11. *Exequendi mandato à Curia muniatur*] *Artic.* 264. *Instruct. Curiæ Supr. Papegay vol.* 1. *pag.* 451. *Wassenaer prax. civ. cap.* 22. *art.* 1. *num.* 1. *Trentacinquius var. resolutio. lib.* 2. *resol.* 2. *de expens. nu.* 1. Nullo siquidem judicis præcepto præcedente, sententia rei judicatæ auctoritatem habere non potest. *c.* 5. 15. *x. de re judic. l.* 19. *ff. de jurisdict. Matthæus de auctio. lib.* 1. *cap.* 5. *nu.* 1. Ratio est; quia nemo jus sibi potest dicere: quod si faciat, jus suum amittit. §. 1. *J. vi bonor. raptor.* Quid si judicis copia haberi non possit? aliter obtinebit, si periculum ne res auferantur. *tot. tit. C. quando lic. se sine jud. vindic.*

b §. 11. *Juxta stylum*] *Artic.* 91. 92. 122. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 105. 107. 110. 111. *Instruct. Curiæ Supr.* Judicum apparitoribus præscribitur forma cui in sententia exequenda strictè inhærere tenentur: quam si non observaverint, appellare licet. *Durandus lib.* 2. *de appellatio.* §. 2. *nu.* 7. *l.* 5. *C. quorum appellatio. non recip. Wassenaer prax. civ. cap.* 24. *art.* 1. *num.* 37. Non adversatur *l.* 4. *C. si contra jus vel utilitat.* Respondeo; in dicta lege non fuisse modum excessum: nam ab executoribus regulariter appellare non conceditur, nisi modus sit excessus *Papon de arr. l.* 19. *tit.* 1. *arr.* 14. *Duarenus*

XII. Quin & in hoc conveniunt, quod apparitor a ante omnia monitum solvendi primum (*nobis sommatie.*)

XIII. b Et deinceps monitum secundum (*nobis renobatie*) insinuare debeat 1: sed in hoc inter Senatum Præsidialem & Curiam Supremam differentia est, quod illic prius monitum insinuetur ipsi litiganti, hîc vero partis adversæ Procuratori 2: Post utrumque monitum, in obligationibus dandi distinctio inter reales & personales actiones facienda est.

1 *Instr. Sen. Præs. art.* 173.
2 *Instr. Sup. Cur. art.* 265.

XIV. c In realibus, ut & possessoriis, apparitor acto-

renus ad tit. C. de prohibita sequestrat. Moribus nostris id non observatur: cum nunquam ab executoribus appellatio recipiatur; sed mandato pœnali executio inhiberi solet. *Zypæus notit. jur. Belg. ad tit. de vi & vi armat. Groenewege de ll. abrog. ad l. 5. C. quorum appellat non recip. Papepegay vol. 1. pag. 452. 461. 305. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 3. cap. 2. §. 5. num. 1.* At dubium, si judex à quo, non attenta appellatione, nihilominus sententiam executioni mandari velit; an liceat ei resistere & vim vi repellere? Ad quod dicendum; vim quidem quam judex vel magistratus adhibet esse publicam: cui privatis resistere non concessum. Quid si damnum quod non potest reparari, immineat? eo casu nihil prohibet quominus id fieri possit. *Merula in praxi civ. lib. 4. tit. 95. cap. 4. nu. 6. l. 5. 6. C. de jure fisci.* Quotiens tamen modicum temporis intervallum intercedat, & judicis copia haberi possit: eo casu ne bellum potius sit quam judicium, judex superior adiri debet, ut executionem mandato pœnali sistat *Merula dicto loco num. 8.*

a §. 12. *Ante omnia monitum solvendi primum*] *Artic. 173. Instruct. Curiæ Holland. Artic. 24. Instruct. Urb Consilia Batav. vol. 5. consil. 115. Ægidius Magister de bonor. præscriptio. cap. 2. Bartolus ad l. Nec quicquam ff. de officio Procons.*

b §. 13. *Et deinceps monitum secundum*] *Artic. 173. Instruct. Curiæ Provinc. Gudelinus de regul. jur. cap. 27. n. 27. Papegay vol. 1. p. 452. Matthæus de auctionib. lib. 1. cap. 5. num. 1. Wassenaer prax. civil. cap. 23. art. 1. num. 2.*

c §. 14.

actorem, post sententiam ex voto obtentam, realiter & de facto introducit in rem sive possessionem sibi adjudicatam, & occupatorem aut detentorem exturbat, reum vero in possessorio obtinentem stabilit & firmat, in possessione ejus de quo quæstio est, omnemque turbationem reparat.

XV. In personalibus vero, petit apparitor assignationem bonorum, in quæ executio dirigatur, &, a si eam

c §. 14. *In realibus, ut & possessoriis, apparitor actorem post sententiam ex voto obtentam, realiter & de facto, &c.*] *Artic.* 110. 172. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 29. 30. *Instruct. Urb.* Jure civili si in rem agebatur, reus sine ulla dilatione rem restituere tenebatur. §. 2. *J. de pub. jud.* Hodie mitius cum debitoribus agitur cum spatium aliquod humanitatis caussa ad evitandam executionis ignominiam indulgeatur. Quod si intra terminum constitutum victus rem petitam non restituat, possessio manu militari quasi aufertur, & victori datur. *Colerus de process. execut. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 8. *Omphalius de usurpatio. ll. lib.* 7. *cap.* 3. *Damhouder prax. civ. cap.* 258. *num.* 1. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 94. *cap.* 1. *num.* 1.

a §. 15. *Si eam condemnatus facere recuset, ipse prius in mobilia manum injicit*] *Art.* 266. *Instruct. Curiæ Supr. Art.* 174. 176. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 24. *Instruct. Urb.* Quos debitores quis contendit, ad judicem si vocaverit: qui sive debitum confessi sive negantes & convicti fuerint condemnati, nec intra statutum spatium solutioni satisfecerint: creditoribus permittitur in venditione pignorum facienda, primò quidem res mobiles pignori capere. *Matthæus de auctio. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 2. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 15. §. 2. *ff. de re judicat. Papegay vol.* 1. *pag.* 452. 453. Ratio est, quia in iis minus debitori damnum, & promtior victori solutio. *Maranta in speculo part.* 6. *de executio. sent. num.* 11. In suprema Curia, si quæ bona nominatim pignori sint obligata, & res certæ pignori nexæ & hypothecatæ, creditoris arbitrio permittitur, ex pignoribus sibi obligatis, quibus velit, distractis, ad suum commodum pervenire. *Papegay vol.* 1. *pag.* 477. 453. *Colerus de process. executiv. part.* 3. *cap.* 9. *num.* 16.

a §. 16.

eam condemnatus facere recuset, ipse prius in mobilia manum injicit.

XVI. Quæ quidem sint ejus pretii unde victori satisfieri possit, & de iis, [a] præsentibus loci Scabinis, repertorium [1] conficit; deinde dicta mobilia per sex dies asservat: ut interea condemnatus sententiæ satisfacere, si velit, possit, restitutis prius apparitoris expensis, cum salario ipsi debito [2].

1 *D. Inst. art.* 173. 174.

XVII. Sin minus, apparitor die nundinarum (*nobis* merchtdag) ea [b] mobilia publice venalia proponit, & [c] plurimum offerenti addicit [3]: & ex pretio inde redacto solvit pecuniam adjudicatam victori; sibi vero ipsi expensas & salarium, tum [d] si quid superest reddit condemnato.

2 *D. instr. art.* 174.

3 *D. instr. art.* 175.

XVIII. Et hoc quidem obtinet si in aliqua civitate fiat executio.

XIX.

a §. 16. *Præsentibus loci Scabinis, repertorium conficit*] *Artic.* 175. *Instruct. Curiæ Holland. Papegay vol.* 1. *pag.* 453. *Mean ad jus Leodic. part.* 4. *observ.* 450. *nu.* 1. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 24. *cap.* 9. *num.* 8. *tit.* 95. *cap.* 2. *nu.* 5.

b §. 17. *Mobilia publicè venalia proponit*] *Artic.* 181. *Instruct. Curiæ Holland. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 95. *cap.* 8. *num.* 1. *Cicero pro P. Quinctio: Auctionem in Gallia P. hic Quinctius Narbone se facturum esse proscribit, earum rerum, quæ ipsius essent privatæ. Idem de l. Agrariar.*

c §. 17. *Plurimum offerenti addicit*] *Artic.* 182. *Instruct. Curiæ Provincial.* Quod si, decursis præscriptionum & hastarum solennibus, bona non inveniant emtorem? creditori addicenda pignora.' *Mevius ad jus Lubec. lib.* 3. *tit.* 4. *art.* 2. *num.* 44. 45. *Cujacius paratitl. C. de jure domi. impetr. l.* 1. 3. *C. eod. l.* 15. §. 3. *ff. de re judic.* Jure nostro bona creditori non addicuntur, nisi plus licitando vicerit: quia creditor sicut quilibet alius ad emtionem admittitur. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 3. *C. num.* 3. *de executio. rei judicat.*

d §. 17. *Si quid superest reddit condemnato*] *Art.* 176. 188. *Instruct.*

XIX. Si vero in agris aut pago, [a] apparitor in templo [b] die Dominica per publicum proclama populo significat, se manum injecisse in hæc vel illa mobilia condemnati, eaque venditurum tali die & loco; atque ita venditionem, præsentibus Scabinis, perficit.

XX.

struct. Curia Holland. l. 5. C. si vend. pig. agat. Papegay vol. 1. pag. 478. Merula prax. civil. lib. 4. tit. 95. cap. 3. num. 9.

e §. 19. *Apparitor, &c. eaque venditurum*] Antiquitus unus ex creditoribus bonis vendendis præficiebatur; qui magister vulgò solebat dici: per quem bona distrahebantur. *l. 5. ff. de curator. bo. dand. Cicero 1. ep. 1. ad Atticum: Una agebat, ait ille, cæteri creditores, & is quem putabant magistrum fore si bona venirent. Idem pro Quinctio.* Moribus nostris jus vendendi bona, solis executoribus conceditur. *Groenewege de ll. abrogat. ad l. 91. num. 2. ff. de adquir. hered. Papegay vol. 1. pag. 453. 466. Brunemannus ad l. 1. 2. nu. 6. 7. C. de offic. militar. judic. Matthæus de auctionib. lib. 1. cap. 4. Alciatus ad rubr. de offic. ordinar, nu. 38.*

b §. 19. *Die dominica*] Die tamen altissimæ majestati dedicato executio non fiat: nulla quemquam urgeat admonitio: nulla flagitetur exactio: taceat apparitio. *l. 1. l. ult. §. fin. C. de fer. Merula prax. civil. 4. tit. 28. num. 1. Justinus lib. 44. histor. cap. 2. Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 16.* Dies siquidem dominicus honorabilis non profanari sed venerari debet, ut à cunctis executionibus excusetur. *Deutero. cap. 5. v. 18. 19. 20. Exod. cap. 12. v. 16. 17. Luc. 14. v. 13. Justinus lib. 4. histor. cap. 4. Tibullus:*

Omnia sunt intemerata Deo, non audeat ulla
Lanificam pensis imposuisse manum.

Et alibi: *Luce sacra requiescat humus, requiescat arator.* Quid si periculum in mora? res tempore peritura? aliud dicendum est. *Pufendorf de jure natur. lib. 2. cap. 5. §. 16. Gail lib. 1. observ. 53. num. 13. l. 2. 3. 9. ff. de fer. Luc. cap. 14. v. 3. 4. 5. Artic. 50. Instruct. Curia Holland. H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 1. cap. 4. §. 7. nu. 1.*

a §. 20.

XX. Quod a si ipse condemnatus executioni se opponere velit, non audietur; b si vero tertius aliquis pro suo interesse se opponat, c dies ei dicetur; & d cum sum-

a §. 20. *Si ipse condemnatus executioni se opponere velit, non audietur*] *Artic.* 177. *Instruct. Curiæ Provincial.* Cum sæpè remorandæ solutionis gratia, à debitore quid objiciatur; executoris est nullas exceptiones admittere, sed debitorem ad solutionem compellere: cum post absolutum dimissumque judicium nefas sit litem alteram surgere ex primæ litis materia. *Neostadius decis. Cur. Supr. decis.* 64. *Merula prax. civ. lib.* 4. *tit.* 95. *cap.* 9. *nu.* 1. *cap.* 5. *nu.* 1. Quid si exceptio quæ à condemnato opponitur, sit liquida? eo casu supersedere debet. *c.* 5. *x. de sentent. Auth. Et qui jurat. C. de bon. auctorit. jud. possid. Papegay vol.* 1. *pag.* 452. *Colerus de process. executiv. part.* 1. *cap.* 10. *num.* 232.

b §. 20. *Si vero tertius aliquis pro suo interesse se opponat*] *Art.* 177. *Instruct. Curiæ Holland.* Caussa justa oppositionis est, si quis bona sua esse contendat: quo casu tertius audiri solet. *Mysingerus cent.* 3. *observ.* 73. *Covarruvias pract. quæst. to.* 2. *cap.* 15. *num.* 2. *Brunnemannus ad l.* 15. *num.* 23. *ff. de re judic. Papegay vol.* 1. *pag.* 454 461. Executio enim contra alium, quam in sententia nominatum fieri non debet: ne res inter alios acta, aliis noceat. *c.* 17. 25. *x. de sent. & re judic. l.* 3. *ff. de collusio. deteg. Boerius decis.* 79. *num.* 1. Res igitur, ut diximus, inter alios acta aliis non præjudicat: tamen hoc distinctionem recipit. nam sententia inter alios dicta quibusdam etiam scientibus obest: quibusdam vero, etiamsi contra ipsos judicatum sit, nihil nocet. Scientibus sententia quæ inter alios dicta, obest cum quis de ea re cujus actio vel defensio primum sibi competit, sequenti agere patiatur. *Boerius decis.* 79. *nu.* 3. Illa ratio est: quia voluntate ejus de jure, quod ex persona agentis habent, judicatum est. *Papegay vol.* 1. *pag.* 461.

c §. 22. *Dies ei dicetur*] *Artic.* 177. *Instruct. Curiæ Holland. Damhouder prax. civil. cap.* 258. *nu.* 25.

d §. 20. *Cum Summaria caussæ cognitione*] *Artic.* 190. *Instruct. Curiæ Provincial. Ampliat. ejusdem Curiæ Artic.* 13. *An.* 1580. Cominus partibus constitutis, nec libellus nec litis contestatio necessaria est: sed summariè & de plano pro-

summaria causæ cognitione [a] Senatus de ipsius jure judicabit.

XXI. [b] Si vero condemnatus mobilia non habeat, aut non assignet sufficientia, apparitor post diligentem inquisitionem manum injiciet in bona immobilia condemnati, quæ solutioni sufficiant. Et primo quidem capiet bona propria & allodialia, secundo loco consualia, tertio [c] nomina & actiones, quarto vero loco [d] fru-

proceditur & res decidi solet. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 95. *cap.* 12. *num.* 4. Ratio est, quia processus executivus est summarius, ut proinde nullus solemnis ordo judiciarius requiratur, sed qualis qualis petitio sufficit. *Duarenus ad tit. ff. de re judic. prælectio.* 20. *l.* 15. *§.* 4. *ff. de re judicat.*

a *§.* 20. *Senatus de ipsius jure judicabit*] Exceptionibus oppositis, de iis nulla cognitio executori competit: sed eam ad judicem remittere debet, ejusque opinionem expectare. *Alciatus ad c.* 1. *Perniciosam de offic. ordinar. nu.* 101. *c.* 15. *x. de offic. de leg. Papegay vol.* 1. *pag.* 120. Ratio est, quia executoris officium proprium hoc est, ut addicat, distrahat, capiat, exigat; non ut judicet, aut judicatum retractet. *Cujacius paratitl. C. de exec. rei judic. Covarruvias pract. quæst. cap.* 16. *to.* 2. *num.* 5. *Faber Cod. lib.* 7. *tit.* 20. *def.* 46. *c.* 5. *x. de re judic.*

b *§.* 21. *Si vero condemnatus mobilia non habeat, &c. manum injiciet in immobilia*] *Art.* 179. *Instruct. Curiæ Provincial. Artic.* 25. *Instruct. Urb.* In venditione pignorum captorum facienda, primo quidem res mobiles capi jubentur: quæ si non extent, capi vel eorum pretium non suffecerit, etiam soli pignora capi & distrahi jubentur. *Duarenus tit. ff. de re judic. ad l. à Divo Pio §. In vend. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 95. *cap.* 6. *l.* 15. *§.* 2. *ff. de re judic. Damhouder prax. civil. cap.* 258. *num.* 17.

c *§.* 21. *Nomina & actiones*] Quod si nulla sint moventia, vel pecunia numerata penes debitorem, nec quæ soli sunt, sufficiant, vel nulla sint pignora, tum etiam pervenitur ad jura. *Cujacius paratitl. C. de executio. rei judic. Brunemannus ad l.* 15. *num.* 5. *ff. de re judic.*

d *§.* 21. *Fructus rerum feudalium*] Exequuntur fructus jure pigno-

[d] fructus rerum feudalium, & postremo ipsa feuda, sine præjudicio tamen Domini feudalis [1]: & condemnato ipsique Domino feudi, significabit se in iis bonis executionem facere velle, ne quid contra fiat.

1 *D. instr. art.* 179. 180.

XXII. Tum vero [a] per quatuor proclamata tam in templo, quam [b] in nundinis facienda, omnes de captione pignorum & futura distractione commonefaciet, eique distractioni diem præscribet: atque ad eum

pignoris, nihil aliud sit, quod capi possit. *Consilia Batav. vol.* 3. *consil.* 100. *num.* 5. 6. 7. 8. *Busius ad l.* 28. *num.* 2. *ff. de contrahend. emtio. ad l.* 15. §. 2. *ff. de re judicat. Duarenus ad tit. ff. de re judic. cap.* 6. Omnibus verò omninò bonis deficientibus, boves etiam aratorii, equi, item instrumenta aratoria; ut ligones, aratra, & similia operi rustico destinata, vendi & distrahi possunt. *Matthæus de auctionib. lib.* 1. *cap.* 4. *Bort de arrest. part.* 5. *num.* 1. 3. *Groenewege de ll. abrogat. ad Auth. Agricultores C. quæ res pig. oblig. non poss. Faber Cod. lib.* 8. *tit.* 6. *def.* 16. Apud Romanos hæc ita erant privilegiata, ut, licet bonis nullis existentibus, tamen boves aratorios, & quæcumque alia colendis agris destinata erant, vendi aut iis manus injici non potuerint. *l.* 2. 3. 7. *C. quæ res pig. oblig. l.* 40. *ff. de re judicat. Plinius lib.* 8. *histor. natur. cap.* 45. *Ælianus lib.* 4. *cap.* 14. *Cujacius lib.* 4. *observ.* 20. *Varro lib.* 2. *de re rustica. Camerarius cent.* 1. *meditat. histor. cap.* 5.

a §. 22. *Quatuor proclamata*] *Artic.* 25. *Instruct. Urb. Art.* 181. 183. 184. 185. *Instruct. Curiæ Provincial.* Jure civili tempora subhastationis & distractionis relligioni judicantium sunt relicta. *l.* 4. *C. de jure hastæ fiscal. Menochius de arbitr. judic. quæst. lib.* 2. *cent.* 2. *cas.* 129. *nu.* 2. Hodie certa ac definita spatia in singulis tribunalibus sunt constituta. *Boerius decis.* 45. *nu.* 3.

Ex *Artic.* 269. *Instruct. Curiæ Supr. Artic.* 176. *Instruct. Curiæ Holland. Artic.* 24. *Instruct. Urb.* **Hegte elkse reys aan de kerkdeure**] *Papon de arrest. lib.* 18. *tit.* 6. *arr.* 17. *Suetonius in Claudio cap.* 9. 16. 21. *in Domitia. cap.* 7. *Nov.* 120. *l.* 6. *C. de remissio. pignor. Christinæus ad ll. Mechlin. tit.* 19. *art.* 17. *nu.* 1.

b §. 22. *In nundinis facienda*] *Artic.*

eum modum dicta bona vendet. Ita tamen ut emtori, condemnato, & iis qui se volunt opponere, diem dicat ad quem coram Senatu se sistere debeant: quo veniente, si qua facta est oppositio, Senatus de ea judicat: & a si quis emtor majorem quam antea promissa est pecuniam offerat, facere id poterit; atque ita b postremo licitatori ad detractionem sigilli cerei, quod mandato appendet, per Graphiarium faciendam, (*nobis* **met afstrecken van het zegel**) decreto Curiæ res addicetur.

XXIII. Et emtor quidem in ejus possessionem introducetur, c pretium vero in Grapheo consignabitur, ut inde omnibus juxta tenorem decreti satisfiat: non

Artic. 175. 176. 183. *Instruct. Curia Holland. Artic.* 268. *Instruct. Curia Supr. Artic.* 24. *Instruct. Urb.* Die nundinali bona affigenda & distrahenda. *Cicero pro Quinctio.* Ratio est, quia eo tempore ob majorem frequentiam res facilius emtorem invenit. *Christinaus ad ll. Mechl. tit.* 1. *art.* 33. *nu.* 13.

a §. 22. *Si quis emtor majorem quam antea promissa est pecuniam offerat, facere id poterit*] *Art.* 269. *Instruct. Curia Supr. Art.* 182. 183. 190. *Instruct. Curiæ Provincial. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 95. *cap.* 12. *num.* 5. 6. Decreto vero interposito, majus pretium adjiciens non auditur. *Ægidius Magister de bonor. præscriptio. cap.* 3. 4. *per tot. Christinaus ad ll. Mechl. tit.* 19. *art.* 17. *num.* 12.

b §. 22. *Postremo licitatori ad detractionem sigilli cerei, &c. res addicetur*] *Artic.* 269. *Instruct. Curia Supr. Artic.* 175. 181. *ad* 184. *Instruct. Curia Holland.* Perfecta venditione ac subsecuta licitatione res addicitur plus licitanti: nisi pretii augmento accedente. *Cujacius paratitl. C. de fide & jure hast. fiscal. Papon de arrest. lib.* 18. *tit.* 6. *arr.* 29. *l.* 7. §. 13. *ff. communi divid. Papegay vol.* 1. *pag.* 455.

c §. 23. *Pretium in Grapheo consignabitur*] *Artic.* 191. 192. *Instr. Curia Holland. Papegay vol.* 1. *pag.* 455. *Papon de arrest. lib.* 8. *tit.* 6. *art.* 29.

Ex *Artic.* 191. 188. *Instruct. Cur. Holland.* **Penningen niet bereyd ware / sal weder verkocht**

non aliter tamen quam datis fidejussoribus de restituenda pecunia, si quis forte de meliore jure aliquando docuerit.

XXI.

kocht werden] Executoris est, ubi res publicè venum exponuntur, numerata pecunia addicere illi qui pluris licitabitur. *l.* 3. C. *de executio. rei jud. l.* 15. *§.* 7. *ff. de re jud. Imbertus enchirid. jur. Gallic. cap. Retrahi res.* Quid si emtor, cui pignora addicta, pretium non solvat? iterum adversus emtorem manus porrigere debent iidem judices, qui sententiam exequuntur. Condemnabunt emtorem, & sic exequentur adversus eum sententiam. *Pufendorf. de jure nat. lib.* 5. *cap.* 5. *§.* 3. Oportet enim, res captas & distractas, præsenti pecunia distrahi, non sic ut post tempus pecunia solvatur. *Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 16. Simplicissimum namquè id genus contractus est, ut eo perfecto statim sequatur ejus solutio: quod apud Comicum Græca fide mercari: & apud Ciceronem, Græcula chirographi cautio dicitur. Nihil enim certius, quam eo hæc spectare, quam quod olim leves Græci ipsi inter se non nisi numerata pecunia mercarentur; aut minimum syngrapha *caverent. Polybius lib.* 6. *histor.* Οἱ τὰ κοινὰ χειρίζοντες παρὰ μὲν τοῖς Ἕλλησιν, ἐὰν τάλαντον μόνον πιστευθῶσιν, ἀντιγραφεῖς ἔχοντες δέκα, καὶ σφραγῖδας τοσαύτας, καὶ μάρτυρας διπλασίους, οὐ δύνανται τηρεῖν τὴν πίστιν. Παρὰ δὲ Ῥωμαίοις, κατά τε τὰς ἀρχὰς καὶ πρεσβείας, πολύ τι πλῆθος χρημάτων χειρίζοντες, δι᾽ αὐτῆς τῆς κατὰ τὸν ὅρκον πίστεως, τηροῦσι τὸ καθῆκον. *Qui publicam pecuniam tractant, apud Græcos quidem, si vel unum tantummodo talentum iis creditum sit, utrumque vel decem fuerint rescriptores, ac totidem sigilla, ac bis totidem testes, ne sic quidem ab iis consequi licet, ut servent fidem. Apud Romanos autem, cum iidem in magistratibus & legationibus magnam pecuniæ vim tractent, tamen ob solam jurisjurandi religionem, officium præstant.* Apud alias gentes impressis signis pacta conventaque servabant: cujus insignis locus extat apud *Senecam lib.* 3. *de benefic. cap.* 15. Quod autem ibi *Seneca* exoptat, ut homines sine sigillis pacta conventaque servent; id *Strabo* priscis Indis in more positum fuisse, refert: qui in contractibus nec testibus nec sigillis aut impressis, sed nudam fidem sequebantur.

XXIV. Quod si quis neque sufficientia bona assignet, neque apparitor ea reperire queat, [a] poterit ipse personam condemnati capere, & in publicum carcerem conjicere; custodiendum ibi donec sententiæ sit satisfactum, vel vere; vel ficte, id est, per cessionem bonorum.

XXV. In obligationibus faciendi longe alio modo fit executio.

XXVI. Nam post utrumque monitum, (*nobis sommatie ende renovatie*) apparitor condemnato diem præstituit, ad quem [b] in hoc vel illo diversorio se sistere debeat, sub pœna sex florenorum, unde discessurus non sit antequam sententiæ satisfecerit, quod vadari aliquem in diversorio non male dixeris, (*nobis by gyselingh procederen.*)

XXVII. Illud in hac materia omnino notandum, quod [c] victor sententiæ, prius cauponi istius diversorii ad quod condemnatus se recipere debet, pro sumptibus illic faciendis, sive data cautione idonea, sive alio modo debet satisfacere; nam id nisi fiat, condemnatus se illic sistere non tenetur, & impune abire potest.

XXVIII. Sed omnibus legitime peractis, citatus si ad diem dictum in diversorio non adfuerit, idque ab apparitore qui perquisitionem fecerit, referatur,

a §. 24. *Poterit ipse personam condemnati capere, & in publicum carcerem conjicere*] *Artic.* 28. *Instruct. Urb.* Omnibus bonis deficientibus, carceri debitores mancipantur. *Zypaeus notit. jur. Belg. lib.* 3. *tit. de execut. Consilia Batav. vol.* 2. *consil.* 143. *Cujacius ad Nov.* 4. *litt. D. Bartolus ad l. Si debitori ff. de recept. arbitr. num.* 2. *Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 16.

b §. 26. *In hoc vel illo diversorio se sistere debeat*] *Papegay vol.* 1. *pag.* 488.

c §. 27. *Victor sententiæ, prius cauponi, &c.*] *Wassenaer prax. civil.*

ratur, contumaciam ejus accusat victor, & pro pœna obtinet alterum vadimonium, (*nobis* een tweede gyffeling.)

XXIX. Quod quidem ejus est efficaciæ in Senatu Præsidiali, ut si vadatus se necdum stiterit ad præstitutum diem, statim in carcerem compingi possit [1]. In Suprema vero Curia hoc non conceditur, nisi post secundam citationem, & ad binam condemnati contumaciam [2]. Sed siquidem citatus vadimonium non deserat, & tamen intra quatuordecim dies sententiæ non satisfiat, a poterit peti, & cum cognitione causæ obtinebitur, ejus incarceratio.

1 *Ampl. instr. art.* 14.

2 *Instr. Sup. Cur. art.* 275.

XXX. Quod si per b integrum mensem in carcere manserit, neque adhuc quicquam præstiterit, c victor sententiæ petet ut præstatio facti æstimetur, & in condemnationem pecuniariæ summæ convertatur, quod litem æstimatam veteres vocabant: est enim lis æstimata, *pecunia, de qua lis fuit & propter quam con-*

vil. cap. 23. *art.* 1. *num.* 1. 2. *Bort de arrest. part.* 6. *num.* 5. *Colerus de processf. execut. part.* 1. *cap.* 6. *num.* 97. *l.* 34. *ff. de re judic. l.* 1. *C. de custod. reor. l.* 9. *C. de episcop. audient.* Ratio, cur non victus ea præstare debeat, est hæc: quia arma ex adversarii domo non sunt sumenda. *l.* 17. *ff. tutela & ratio. distrah. Faber Cod. lib.* 9. *tit.* 5. *def.* 4. *Papegay vol.* 1. *pag.* 488. *c.* 1. *x. de probatio.*

a §. 29. *Poterit peti, & cum cognitione causæ obtinebitur, ejus incarceratio*] Extremum remedium contra judicatos est, ut in carcerem detrudantur. *l.* 1. *C. qui bo. ced. poss. Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 99. *cap.* 1. *num.* 4.

b §. 30. *Per integrum mensem*] *Artic.* 14. 15. 16. *Ampliat. Instruct. Curiæ Holland. An.* 1579. *Merula prax. civil. lib.* 4. *tit.* 99. *cap.* 1. *num.* 5. *Papegay vol.* 1. *pag.* 488.

c §. 30. *Victor sententiæ petet ut præstatio facti æstimetur, &c.*] *Artic.* 276. *Instruct. Curiæ Supr.* Est enim in arbitrio ipsius creditoris, utrum debitorem ad factum cogere,

condemnatus est, in summam redacta, quæ de ejus bonis redigeretur [1].

1 *Ascon. Ped. in 2. verr.*

XXXI. Ut autem ea æstimatio fiat, catalogum damni victor Curiæ offeret; (*nobis* **declaratie**) qui condemnato edetur, ut ei intra quatuordecim dies contradicat, (*nobis* **de declaratie debatteren**) a manente interim in carcere condemnato, donec taxatio ad certam pecuniæ summam facta, & victori sententiæ plenario modo sit satisfactum [2].

2 *d. Ampl. instr. art. 15. 16.*

XXXII. Si vero vadatus in diversorio se sistens velit se opponere vadimonio, vel conditionem offerre, quo pacto sententiæ satisfacere paratus sit, petit conventum coram Commissario, ut ibi disputetur super validitate vadimonii (*nobis* **een comparitie voor Commissaris op de deugdelijkheyt ofte ondeugdelijkheyt van de gysseling**/) ubi coram Commissario victor sententiæ exponit quomodo sibi satisfieri debere putet; condemnatus vero quomodo satisfacere velit, aut possit; atque ita per modum Actionis, Defensionis, Replicationis, & Duplicationis, lite summarie instructa per libellos; (*nobis* **conclusien ten verbalen**) & adjunctis cum repertorio probationibus, si quæ sunt necessariæ, Curia per sententiam declarat, quo pacto sententiæ satisfieri debeat.

XXXIII. Illud in hac specie singulare, quod vadatus quando lis ita instruitur & ipse non est in mo-

gere, an vero id quod interest, malit postulare. *Costalius ad l. 7. ff. de jurisdictio. l. 21. §. 4. ff. de oper. novi nuntiatio. Papegay vol. 1. pag.* 488. *Busius ad l. 13. §. 1. 2. 3. ff. de re judicat. Wassenaer prax. civil. cap.* 23. *art.* 1. *num.* 5.

a §. 31. *Manente interim in carcere*] *Artic.* 275. *Instruct. Curiæ Supr. Papegay dicto loco. Gudelinus de jure noviss. lib.* 4. *cap.* 16.

a §. 35.

mora; sed adversarius, petere solet relaxationem vadimonii (*nobis* ontslaging van de gysseling) in aliquot dies, donec ipsi iterum aliquid præstandum sit; cui postulato, ut puta æquitatis pleno, adsentiri solet adversarius, ea lege ut ad præfixum diem vadatus iterum se vadimonio sistat: atque ita tandem sequitur sententia altera, post quam a condemnatus vadimonium deserere non potest, antequam adversario satisfecerit [1].

[1] *Instr. Sup. Cur. de art.* 275.

XXXVI.

a §. 35. *Condemnatus vadimonium deserere non potest, antequam adversario satisfecerit*] Jure veteri ex *ll.* XII. *tab.* debitor qui solvendo non erat, vinculis, nervis ac compedibus tenebatur, & servitio tradebatur. *Cicero pro L. Flacco. Quintilianus lib.* 7. *cap.* 4. *lib.* 3. *cap.* 8. Etsi enim *Gellius* scribat, hujus legis vim maximam, editamque & observatam à veteribus Ro. fuisse; ut in omnibus negotiis publicis ac privatis actionibus, etiam vitæ societate, quæ mutuo præsidio rerumque commercio retinetur, fides data servetur: neque jus crediti violetur, propterea quod fides fundamentum sit justitiæ, dictorum factorumque constantia. *H. Grotius de jure belli ac pac. in præfatio. nu.* 15. *lib.* 3. *cap.* 19. §. 1. *num.* 1. 2. 3. & §. 4. *lib.* 2. *cap.* 11. §. 1. *num.* 4. *Budæus ad l.* 1. *ff. de his qui notant. infam. l.* 1. *ff. de pact.* Hanc tamen legis XII. tab. inhumanam pœnæ sævitiam & crudele jus nexus & addictionis sustulerunt Romani; edito SCto atque edicto, nequis civis propter æs alienum statim necteretur; sed ut auctoritate Prætoris in caussa judicati caperentur primum res mobiles; deinde immobiles; postremò nomina. *l.* 1. §. 5. *ff. de his qui dejec. l.* 3. *C. quæ res pig. oblig. non poss. c.* 2. *x. de pignorib.* Imo ne pro publicis quidem debitis illud concessum fuisse, plurimæ leges testantur. *l.* 2. *C. de exactio. Livius*: *Plebi Ro. velut aliud initium libertatis fuit, quod necti desierunt.* Moribus nostris idem servatur: & deficiente omni bonorum quantitate, tamdiu in carcere detinentur, donec fuerit satisfactum. *Auth. Imo C. de obligatio. & actio. Valerius Maximus lib.* 4. *cap.* 1. *Groenewege de ll. abrog. ad l.* 12. *num.* 1. *C. de obligatio. & actio.*

XXXVI. Et sic quidem per executionem sententiæ litigator consequitur quod suum est, vel sibi debetur, qui scopus est omnium litium, totiusque telæ judiciariæ hactenus à nobis pertextæ; cui propterea jure meritoque hic debet imponi

H. Grotius de jure belli ac pac. lib. 3. cap. 7. §. 9. num. 1. Latè ac doctè *Rittershusius ad* XII. *tab. cap* 11.

F I N I S.



I N-

INDEX
RERUM PRÆCIPUARUM, AC VERBORUM
Quæ in hoc opere continentur.

Numerus paginam denotat.

Cessio

D.

 tum

Grieve

Ma-

M.

Ora-


Q.

R.

Raeu

Sen-

FINIS.



ERRATA.

Pag. 235. pro ſubſiſtit, lege ſubſit. pag. 313. pro ramen, lege tamen. pag. 326. pro eo, lege ea. pag. 312. pro in ſerendam, lege inſerendum. pag. 273. pro divini nominis nulla fiat mentio, lege divini nominis tantum fiat mentio. pag. 313. pro A: quarum prima erat abſolutionis, lege quarum prima erat A, abſolutionis.

